ANATOMIA PHILOLOGICA, CONTINENS DISCURSUS PHILOLOGICOS DE...

Gregor Queccius


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
11 B
24

ANATOMIA PHILOLOGICA,

Continens

DISCURSUS PHILOLOGICOS

De

NOBILITATE ET PRÆSTANTIA HOMINIS

Contra iniquos conditionis humanæ æstimatores.

AVTHORE

GREGORIO QVECCIO D.

Reip. Noriberg. Med. Ordin.

Cum duplici Indice, alterô Capitum, Rerum & Sententiarum alterô.

NORIBERGÆ,

Typis & sumptibus SIMONIS HALBMAYERI,

ANNO

DIVInæ sapIentIæ IstaVoX est; nosCe- sIs teIpsVM.

[1632]

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMplissimis & Prudentissimis Viris

Dn. JOH. FRIDERICO, Löffelholtz à Kolberg/ Scholarchæ dignissimo:

Dn. JOHANNI JACOBO Tetzel à Kirchensittenbach/ Vorrah & Artelshoven/ &c.

Inclytæ Norimbergensis Reipublicæ Senatoribus splendidissimis, Dominis & Patronis meis omni honore & observantiâ colendis.



Iciam pictorem quondam excellentissimum dicere solitum legimus, Viri Nobilissimi & Amplissimi, Senatores Prudentissimi, Artis pingendi non minimam partem in eo esse positam, ut argumentum eligatur pingi dignum, & quod spectantium oculos idoneum sit tenere. Hujus ego exemplum quantò minus ingenio fidebam, tantò diligentiùs imitandum mihi esse duxi, cùm de elucubrando aliquid cepi cogitare, quod in sacrario Musarum Vestrarum, ceu tabulam χαριστήριον appenderem, tot tantorumq; beneficiorum, quibus Vobis me fecistis dudum obnoxium, testem meæq; adeò observantiæ erga Vos summæ posteris, si fortè, monumentum perpetuum. Tantus enim est Vestrorum in me beneficiorum cumulus, ut quotiescunq; illum mente intueor, toties mihi illud Pindari succurrat:

Ἀγερίομαι πολέσιν
περὶ πλήθει καλῶν. ὡς μαὶ ψάφις
οὐκ αὖ εἰδείην λέγειν
πόνμαι ψάφων ἀριθμόν.

Cum non paucis quidem dimico, de multitudine bonorum Vestrorum: sed quemadmodum lapillorum qui in mari sunt, numerum planè recensere nequeo, sic nec omnia Vestra. De

):(2 utro-

utroqué enim Vestrûm verè usurpare possum, quod de Therone Agrigentino idem prædicat:

Olymp. 2. Επεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευ-
γεν κεῖνος ὅσα χάρματ᾽ ἄλ-
λοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δύναιτο.

Postquam ut arena numerô comprehendi non potest, sic beneficia, quæ in multos ille contulit, quis numeret? Verùm quod illi qui solvendo non sunt, neque in temporis intervallo spem habent, facere consueverunt, ut bonorum suorum possessione creditoribus cedant: idem & mihi faciendum video, ut cùm nullam Vestrorum erga me meritorũ partem referendâ gratiâ, licet rivus mihi fluat gtatiarũ consequi unquam me posse sperem omnia mea, meq; ipsum Vobis necessariò tradam & addicam. Hujus igitur meæ erga Vos affectionis velut inrerpreté esse volui Anthropographiam hanc Philologicam, primum otii mei, privatorumq; laborũ fœtum, quem ut haud gravatim tollere, benevolentiæq; Vestræ sinu fovere dignemini, obnixè & qua par est animi submissione rogo atque contendo. Fateor quidem longè majora Vobis me debere: sed, quod ipsimet nostis liquidissimè,

Invida me spatio natura coërcuit arcto,
Ingenio vires exiguasq; dedit.

Ab aliis itaqué

—— quos majoribus ire per altum
Auspiciis manifesta fides,

ampliora, Vestrisq; virtutibus digniora expectate. Ego æstimatis viribus meis, intra meam me contineo pelliculam, ne mensurâ virium imbecillitatem excedente turpiter deserere cogar, quod arroganter assumserim. Propertius enim mihi *l. 3.* aurem pervellit:

Turpe est quod nequeas capiti committere pondus
Et pressum inflexo mox dare terga genu.

Cer-

Certus autem sum, Vos pro eximiâ, Vobisq; innatâ humanitate & comitate Vestrâ, ingenuam hanc tenuitatis & infantiæ meæ confessionem gratam non minùs habituros, plurisq; offerentis animum, quàm oblationis pretium æstimaturos. Memores; etiam molâ salsâ litare, qui non habent thura. Sicut enim *non* (ut scriptoris optimi & eruditissimi habent verba) *qui sollicitè relegit & immaculatas hostias cædit, qui acervos thuris dat concremandos igni, numina censendus est colere, aut officia solus religionis implere. Cultus verus in pectore est, atq; opinatio de Diis digna.* Ita Vobis etiam oblatio hæc non pretio, sed affectu placeat. οὐ γὰρ τὸ μέτρον τῶν διδομένων, ut eleganter eruditiss. Abbas, ἀλλ' ἡ τῶν παρεχόντων προαίρεσις ταύτῃ κρίνεται. *Neq; enim tam mensura sive quantitas eorum, quæ dantur, quàm dantium facultates (& animus) attenditur, & inde judicium sumitur.* Arnob. l. 16 Isidor. Pelus. l. 4. Ep. 118.

Ab aliis itaq; (iterùm dico) qui faventiorem habent Apollinem, quibusq; arctior paulò cum Musis familiaritas & consuetudo intercedit, ampliora & virtutibus Vestris digniora expectate. Non enim deerant, nec desunt etiamnum qui Tuos, Amplissimè Scholarcha, vigiles labores, indefessam industriam, & plus quàm paternam curam & sollicitudinem, ne vel tristes morbi civiū corpora excrucient nimis, vel dira fames eorundem vires penitùs exhauriat, dignis laudibus celebraturi sunt. Tuæ enim curæ & industriæ acceptum ferendum, quòd in hac annonæ flagellatione veritatem illius Plautini adhuc quidem (præfiscini quod dixerim) experti non fuerimus:

Miser homo est, qui ipse sibi quod edit, quærit: & id ægrè invenit.
Sed ille est miserior qui & ægrè quærit & nihil invenit.
Ille miserrimus est, qui cùm esse cupit, quod edit, nō habet.

Nec contenta est tam angustiis limitibus includi virtus tua, id etiam sibi curæ habet, ne vel divitibus ornamentum, vel pauperibus adjumentũ desit. Non tantùm enim ut vivant cives satagis, sed etiam ut benè vivant, doctrináqué, & bonarum literarum cultu meliores reddantur. Meliores, inquam: Nam quò quisq; magis quid se deceat, intelligit, eò vehementiùs ipsum neglecti pudet officii: & etiamsi non omninò sibi temperet à maleficio, tamen ne planè modum excedat cavet, &c. Ut verbô me expediã, eò collineas unicè, ut in civibus sit Mens sana in Corpore sanó. Quâ in re quàm inexplicabiles, nulloq; æstimandi pretiô reconditi sint thesauri, pluribus commentari hujus loci non est.

Nec deerunt, porrò, etiam nec desunt etiamnum, qui æternis laudib. posteritrti, si quæ futura, commendaturi sunt divinas Tuas, Nobilissime Tezeli, ac penè invidendas animi dotes præclarissimaq; in communem patriam merita, quæ tot tantaq; sunt, ut unanimi omnium cordatorum consensu, non tantùm laudem, sed omnem etiam admirationem longissimè superent. Tuis enim difficilimis errorrbus (juvat enim ex magno illorum acervo hoc duntaxat extremô tantùm digitô attingere) desideratam urbi quietem peperisti. Tuô periculô cervicibus nostris imminentis dicam an inhærentis periculi metum mitigasti. Te procurante, non sine singulari Divini Numinis providentiâ DEUS ille ἀπὸ μηχανῆς (quem virtutum Tuarum splendore in favorem Tuum mirè pertraxisti) facultatem nobis concessit, quò minus in hac

Senec 7. Benef. 17. nostra, miserrimam captæ urbis faciem videre coacti fuerimus, in quâ omissô pudoris rectiqué respectu, vires in consiliô sunt, velut signô ad permiscenda omnia dato. Non igni, non ferrô abstinetur: soluta legibus scelera sunt:

sunt: nec religio quidem, quæ inter arma hostilia supplices texit, ullum impedimentum est ruentium in prædam. Hic ex privato, hic ex publico, hic ex profano, hic sacro rapit: hic effringit, hic transilit, hic nō contentus angustô itinere, ipsa quibus arcetur, evertit, & in lucrum ruinâ venit. Hic sine cæde populatur, hic spolia cruenta manu gestat, nemo non fert aliquid ex alterô. Ex hoc, inquam, miseriarum mari quod eluctati fuerimus, Tui cumprimis est beneficii, quod tantum est & tale, ut nemo illud, sint licet illi vel ora centum, vel linguæ totidem, vel indefessi sermonis æterna series, dignis laudibus deprædicare unquam possit. Quod cùm ita sit, satiùs longè esse duco falcem hic ab alienâ messe abstinere, & de utriusquè Vestrûm virtutibus & bene-meritis prorsus silere, quàm eorundem sublimitatem & excellentiam minùs convenienti sermonis genere labefactare aut deterere.

Accipite igitur, Viri Nobilissimi, & Amplissimi, favente fronte & benignâ manu, quod submissô animô Vobis offero, cymbæq; meæ ex angustiore lacu, in quo hactenus ludere consuevit, in apertū mare nunc primùm prosilenti, facilem auram & ferentem ventum adspirate. Nam, ut eleganter Musa Attica:

ναυσιφορήτοις Pyth. a.
δ' ἀνδράσι πρώτα χάρις
ἐς πλόον ἀρχομένοις πομ-
παῖον ἐλθεῖν οὖρον· ἐοικότα γὰρ
καὶ τελευτᾷ, φερτέρου νό-
στου τυχεῖν.

Viris navi mare trajicientibus, ubi primum per salem vehuntur, præcipua voluptas est secundos adspirare ventos. Decorum namquè est præstantiorem tandem reditum adipisci.

Estote

Nec contenta est tam angustiis limitibus includi virtus tua, id etiam sibi curæ habet, ne vel divitibus ornamentum, vel pauperibus adjumentũ desit. Non tantùm enim ut vivant cives satagis, sed etiam ut benè vivant, doctrináqué, & bonarum literarum cultu meliores reddantur. Meliores, inquam: Nam quò quisq; magis quid se deceat, intelligit, eò vehementiùs ipsum neglecti pudet officii: & etiamsi non omninò sibi temperet à maleficio, tamen ne planè modum excedat cavet, &c. Ut verbô me expediã, eò collineas unicè, ut in civibus sit Mens sana in Corpore sanô. Quâ in re quàm inexplicabiles, nulloq; æstimandi pretiô reconditi sint thesauri, pluribus commentari hujus loci non est.

Nec deerunt, porrò, etiam nec desunt etiamnum, qui æternis laudib. posteritati, si quæ futura, commendaturi sunt divinas Tuas, Nobilissime Tezeli, ac penè invidendas animi dotes præclarissimaq; in communem patriam merita, quæ tot tantaq; sunt, ut unanimi omnium cordatorum consensu, non tantùm laudem, sed omnem etiam admirationem longissimè superent. Tuis enim difficilimis erroribus (juvat enim ex magno illorum acervo hoc duntaxat extremô tantùm digitô attingere) desideratam urbi quietem peperisti. Tuô periculô cervicibus nostris imminentis dicam an inhærentis periculi metum mitigasti. Te procurante, non sine singulari Divini Numinis providentiâ DEUS ille ἀπὸ μηχανῆς (quem virtutum Tuarum splendore in favorem Tuum mirè pertraxisti) facultatem nobis concessit, quò minus in hac nostra, miserrimam captæ urbis faciem videre coacti fuerimus, in quâ omissô pudoris rectiqué respectu, vires in consiliô sunt, velut signô ad permiscenda omnia datô. Non igni, non ferrô abstinetur: soluta legibus scelera

Senec 7. Benef. 17.

sunt:

sunt; nec religio quidem, quæ inter arma hostilia supplices texit, ullum impedimentum est ruentium in prædam. Hic ex privato, hic ex publico, hic ex profano, hic sacro rapit: hic effringit, hic transilit, hic nō contentus angustô itinere, ipsa quibus arcetur, evertit, & in lucrum ruinâ venit. Hic sine cæde populatur, hic spolia cruenta manu gestat, nemo non fert aliquid ex alterô. Ex hoc, inquam, miseriarum mari quod eluctati fuerimus, Tui cumprimis est beneficii, quod tantum est & tale, ut nemo illud, sint licet illi vel ora centum, vel linguæ totidem, vel indefessi sermonis æterna series, dignis laudibus deprædicare unquam possit. Quod cùm ita sit, satiùs longè esse duco falcem hîc ab alienâ messe abstinere, & de utriusqué Vestrûm virtutibus & bene-meritis prorsus silere, quàm eorundem sublimitatem & excellentiam minùs convenienti sermonis genere labefactare aut deterere.

Accipite igitur, Viri Nobilissimi, & Amplissimi, favente fronte & benignâ manu, quod submisśô animô Vobis offero, cymbæq; meæ ex angustiore lacu, in quo hactenus ludere consuevit, in apertū mare nunc primùm prosilienti, facilem auram & ferentem ventum adspirate. Nam, ut eleganter Musa Attica:

ναυσιφορήτοις Pyth. I.
δ' ἀνδράσι πρώτα χάρις
ἐς πλόον ἀρχομένοις πομ-
παῖον ἐλθεῖν οὖρον. ἐοικότα γὰρ
καὶ τελευτᾷ, φερτέρου νό-
στου τυχεῖν.

Viris navi mare trajicientibus, ubi primum per salem vehuntur, præcipua voluptas est secundos adspirare ventos. Decorum namqué est præstantiorem tandem reditum adipisci.

Estote

Estote mihi quod Lydis lapis est Aurophylax dictus, quem ex incolis, qui potentiores sunt, coëmunt, & ante thesaurorum suorum limina ponunt sicq; securè illic repositum ac reconditum aurum custodiunt. Cùm enim fures eò pervenire volunt, lapis hic (Plutarchi fide & verbis hoc scribo) tubæ clangorem emittit: illi autem tanquam à satellitibus abacti, per præcipitia feruntur. Sic Vos quoq; contra lividorum admorsum suscipite, rogo, tutelam & patrocinium libri istius in quô velut in gazophylacio quodam recondita sunt χρυσᾶ ἔπη, *aurea sapientum dicta*, tantò omni quod supra & infra terram est aurô pretiosiora, quantò major nobiliorq; est Animi quàm fortunæ bonorum dignitas & certitudo.

De Fluv. p. 25 ex edit. Phil. Iac. Maussaci, Tolosæ 1618

Quod si à Vobis impetrare mihi datum fuerit, sicut ad priora in me collata beneficia, immensum adjecturi estis cumulum: ita Vobis me vicissim æternô grati animi vinculô, donec extremum mihi diem fata numeraverint, obstrictum & obligatum habebitis. Benè ac Feliciter valete, Viri Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi, Senatoris Prudentissimi, tàm Vestro Vestrorumqué quàm totius Reipublicæ communisq; patriæ perpetuo bono. Norb. prid. Cal. Jul. Anno clɔ Iɔc. XXXII.

Nobilitatem & Amplit. Vestram

submissè ac reverenter colens

Gregorius Queccius D.

Ad

AD BENEVOLUM ET CANDIDUM Lectorem Præloquium.



QUi hodiè relictô patriô solô ad exteros iter instituunt, variasq; regiones & loca perlustrant, duûm mihi videntur esse generum: Alii enim patriæ, rerumq; obviarum, & quæ ante pedes sunt, fastidiô id faciunt: δοῦλοι ἀτόπων, καὶ ὑπερόπται τῶν εἰωθότων, ut gravissimus Historicus Thucydides ait. Alii autem laborem variæ & longissimæ peregrinationis unâ mercede perpetiuntur, cognoscendi aliquid abditum remotumqué. Hoc, ut laudi datum semper fuit: ita illud usitatum, hodiequé nimis quàm pervulgatum humanæ gentis vitium est, de quô gravissimè Musarum illa Siren Pindarus sic canit:

---- ἀλλά τοι
Ἤρατο τῶν ἀπεόν-
των. οἷα καὶ πολλοὶ πάθον·
ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀν-
θρώποισι ματαιότατον

ὅστις αἰσχύνων ἐπιχώ-
ρια, παπταίνει τὰ πόρσω
μεταμώνια θη-
ρεύων ἀκράντοις ἐλπίσιν. *Pyth.* 3.



Quibus verbis sapientissimus Lyricus, homines præsentium fastidiosos contemtores, & quos eorum, quæ præstò sunt, pudet pigetqué; speculantur autem ac spebus inanibus venantur procul absentia, in tribu vanissimorum hominum collocat. Ex quo fonte hic manavit rivulus:

Αἰεὶ τὸν ποσὶν ὄντα παρερχόμεθα μάταιοι
κεῖνο ποθοῦντες, ὅπερ μακρὸν ἄπωθεν ἂν ᾖ.

Longinquis inhiant, spernuntq; domestica vani,
Pro nihiloq; putant, quod jacet ante pedes.

Improbavit vanam hanc fastidiosi ingenii perversitatem

quidam ex recentioribus, cujus numeros & verba notare pretium operæ:

Heu quàm turba sumus propriorum ignara bonorum
Quamq; aliena avide præferimus propriis;
Quærimus externo persæpè domestica tractu,
Et domus externas ipsa ministrat opes.
Galliam & Italiam peragramus non sine sumptu,
Tanquam apud Almannos nulla Lycea forent.
Cùm tamen (invidia exesto) Germanica tellus
In multis superet Galliam & Italiam.
Verum est, quod dico: Sapientia non benè nata
Desipere infami cogit honore animos.

At, qui non fastidiô rerum domesticarum, sed insitô mortalibus studiô magna & inusitata noscendi, faciunt quod faciunt: rectam omninò insistunt viam, ad quam capessendam ipsius, ceu dixi, naturæ stimulis impellimur & urgemur. Etenim *curiosum nobis*, inquit Romanus sapiens *Natura ingenium dedit: & artis sibi & pulchritudinis suæ conscia, spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit: perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida, & non unô genere formosa, solitudini ostenderet.* Quibus penè verbis ad perorandam innocentiæ suæ causam Prometheus etiam apud Lucianum utitur, cùm inquit: Τίθει δέ μοι, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τόδε, συννόησον εἴ τι σοι δοκεῖ ἀγαθὸν ἀμάρτυρον ἢ κτῆμα ἢ ποίημα, ὃ μηδεὶς ὄψεται μηδὲ ἐπαινέσεται, ὁμοίως ἡδὺ καὶ τερπνὸν ἔσεσθαι τῷ ἔχοντι. πρὸς δὴ τί τοῦτ' ἔφην, ὅτι μὴ γεγενημένων τῶν ἀνθρώπων, ἀμάρτυρον συνέβαινε τὸ κάλλος εἶναι τῶν ὅλων, καὶ πλοῦτόν τινα πλουτήσειν ἐμέλλομεν οὔτε ὑπ' ἄλλου τινὸς θαυμασθησόμενον, οὔτε ἡμῖν αὐτοῖς ὁμοίως τίμιον. *Cæterùm isthuc interea tecum expendas velim, Mercuri, num tibi bonũ aliquid appareat, sine omni penitus teste, & num oblectare queat, habentem possessio, aut opus quod nemo videat, nemo laudet, nemo admiretur? Quod ideò dixerim quia nisi fuerent homines, jam futurum erat, ut omnis cunctarum rerum decor esset sine teste, & opes nostræ ne à nobis quidem ipsis haberentur in preciô, cùm nemo alius sit, qui harum admiratione caperetur.* Hæc autem naturalis ingenii curiositas, ad spectacula populos contrahit, hęc cogit præclusa rimari, secretiora exquirere, antiquitates evolvere, mores barbararum audire gentium. Et hinc etiam est, quod, ut in Off. ait Cic. *Cùm sumus necessariis*

riis

riis negotiis, curisq; vacui, semper avemus aliquid videre, audire ac discere, cogitationemq; rerum aut occultarum, aut admirabilium ad benè beateq; vivendum, necessariam ducimus.

Ni erro, eadem est illorum ratio, qui licet in certa studiorum quasi patria morentur, peregrinari tamen quandoqué illis lubet, & in exteras, ut ita dicam, aliarum disciplinarum regiones excurrere. Nam & hi non sunt eadem moneta percussi, nec ad eundem scopum collineant. Sunt enim, qui propriæ sedis, nec dum satis pervestigatæ exploratæqué, vel contemptu vel fastidiô, tanquam transfugæ in aliorum castra transiliunt. Inconsultô prorsus consilio, magnaqué pretiosissimi temporis jacturâ, nec minore studiorum suorum damnô & detrimentô. Quemadmodum enim ciborum multitudine digestio impeditur, & multiformis alimonia sæpiùs causa morborum deprehenditur (*Nam pulmentorum varietas recipit varia condimenta, quibus gula ultrà quàm natura necesse est, lacessitur.: Et fit indè congeries, dum pruritu desiderii amplius, vel certè de singulis parva libantur*) Sic nimis confusa & multiplex lectio memoriam obruit, atq; ita debilitat, ut ex omnibus quàm paucissima vel planè nihil fideliter retinere & reddere possit. Hinc prudentissimè Seneca ad Lucilium suum: *Vide,* inquit, *ne ista lectio multorum autorum, & omnis generis voluminum, habeat aliquid vagum & instabile. Certis ingenijs immorari & innutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animô fideliter sedeat. Nusquam est, qui ubiq; est. In peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est eis, qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim & properanter transmittunt. Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. Nihil aquè sanitatē impedit, quàm remediorum crebra mutatio: non venit vulnus ad cicatricē, in quo crebra medicamenta tentantur: non convalescit planta, quæ sæpiùs transfertur: nihil tàm utile est, quod in transitu prosit. Distrahit animum librorū multitudo. Itaq; cùm legere non poteris, quantùm habueris: sat est habere, quantùm legas. Sed modò inquit, hunc librū evolvere volo, modò illum. Fastidientis stomachi est multa degustare, quæ ubi varia sunt, & diversa, inquinant, non alunt. Probatos itaq; semper lege, & si quando ad alios divertere libuit, ad priores redi. Et cùm multa percurreris, unum excerpe, quod illâ die concoquas.* &c.

Macrob. l.7. cap.4.

Epist. 2.

simi-

Simili imagine Polybius illos librarios helluones pulcherrimè æquiparat τοῖς λίχνοις τῶν δειπνητῶν, *catillonibus & gulosis convivis, qui*, inquit, *appositos cibos, variè & carptim delibantes, nequè in præsentia voluptatem solidam, nequè fructum aut alimoniam in posterum ferunt.*

Longè meliorem rerum studiorumvè suorum rationem ineunt illi, qui in proprii studiorum fundi, ex quo illis speranda messis, diligenti & assiduô cultu defatigati: relaxandi animi gratiâ, non tanquam transfugæ, sed tanquam exploratores, aërem quandoqué mutant, & amœnioribus studiis, animorum hebetationem & languorem, ex assiduitate laborum natum, corrigunt, ut refectis viribus, restauratoqué animi vigore, meliores acrioresqué ad laborum suorum gyrum revertantur. Luciano hoc persuasum fuit, cujus verba juvat adscribere:

lib. 1. Ver. Hist. init. Ὥσπερ τοῖς ἀθληταῖς, καὶ περὶ τὴν τῶν σωμάτων ἐπιμέλειαν ἠσκημένοις, οὐ τῆς εὐεξίας μόνον οὐδὲ τῶν γυμνασίων φροντίς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ καιρὸν γιγνομένης ἀνέσεως, μέρος γοῦν τῆς ἀσκήσεως τὸ μέγιστον αὐτὴν ὑπολαμβάνουσιν. οὕτω δὴ καὶ τοῖς περὶ λόγους ἐσπουδακόσιν ἡγοῦμαι προσήκειν, μετὰ τὴν πολλὴν τῶν σπουδαιοτέρων ἀνάγνωσιν, ἀνεῖναί τε τὴν διάνοιαν, καὶ πρὸς τὸν ἔπειτα κάματον ἀκμαιοτέραν παρασκευάζειν. *Mos est Athletarum, ac eorum, qui summâ diligentiâ corpus exercent, non modò habitudinis ac exercitationis habere rationem, verùm etiam (quod magnam exercitationis vim habere arbitrantur) nonnunquam remissioni corporis acquiescere. Idem literarum studiosis fieri oportere censeo, ut cùm gravibus ac seriis legendis defatigati fuerint, ad animi laxamentum aliquantisper declinent, donec ad futurum laborem robustiores ac vegetiores efficiantur.* Et alibi ad eandem mentem idem: ἀσθενὴς ἡ ψυχὴ διηνεκῶς σπουδῆς ἀνέχεσθαι. ποθοῦσι δὲ οἱ φιλόπονοι πόνοι, μικρὸν τῶν ἐπαχθῶν φροντίδων χαλασθέντες, εἰς ἡδονὰς ἀνίεσθαι. *Infirmior animus est, quàm ut studia continua sustinere queat. Desiderant autem labores paulò contentiores, ut curis gravioribus atq; molestis paulisper relaxatis in voluptates remittantur.* Nempe *in continuatione rerum* (ut eleganter Cassiodorus) *magnum mentibus constat esse fastidium. Dulcedo mellis, si assiduè sumatur, horrescit: Serena ipsa, quamvis magnoperè desiderentur, jugiter adepta sordescunt. Non immeritò: quia cum sit homo commutabilis, natura sua desiderat habere qualitates.* Et hinc nonnulli apud veteres, quibus de meliore lutô ficta fuerunt præcordia, mediô die

Amorib.

l.7. Epist. 36.

die interjunxerunt, & in postmeridianas horas aliquid levioris operæ distulerunt. Quod post Senecam Plutarchus asserit: ἡ μεσημβρία πέρας ἐστὶ τοῖς πολλοῖς τοῦ τὰ δημόσια καὶ σπουδαῖα πράττειν. Hoc est: *Meridies multis finem facit publica & seria tractandi.* Quæ consuetudo lepido & arguto Epigrammati, quod extat *1. Anthol.* fundum præbuit: *in quæst. Roman.*

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται. αἱ δὲ μετ' αὐτὰς,
γράμμασι δεικνύμεναι, ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

Sex satis horarum est ad seria: quæq; sequuntur
Ipsis literulis vive tibi ingeminant.

[*Acumen in Græco verbo est* ζῆθι: *cujus prior litera* 7. *sequens* 8. *tertia* 9. *&* *quarta* 10. *in numeris notat. Iis horæ solent signari in Solariis. Vult igitur: Labora ante meridiem, sequentibus horis fac, quod juncta dicant* ζῆθι, *id est, Vive.*]

Cæterùm nihil est, meô quidem animô, quod vel fastidium ex continuatione seriorum τοῖς περὶ λόγους ἐσπουδακόσι emergens & obrepens promtiùs abstergat, vel animi hebetationem & languorem ex assiduitate laborum natum feliciùs emendet, viresq; exhaustas recreet & instauret, quàm jucunda lectionum varietas. Qua de re sic optimus dicendi Magister Quintilianus: *Cur non*, inquit, *pluribus horis diversa partiamur, cùm præsertim reficiat animos, ac reparet varietas ipsa, contraq; sit aliquantò difficiliùs, in uno labore perseverare? ideoq; & stylus lectione requiescit, & ipsis lectionibus tædium vicibus levatur. Quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes sumus ad id, quod incipimus. Quis non obtundi possit, si per totum diem cujuscunq; artis unum magistrum ferat? Mutatione recreabitur: sicut in cibis, quorum diversitate reficitur stomachus, & pluribus minore fastidiô alitur.*

Hujus fructus dulcedine ego quoq; illectus, ut tædium & molestiam, quod ex quotidianis & continuis Artis Medicæ laboribus nasci solet, levem non nihil & discutiam, interjungo quandoque, & si quid superest temporis, amœnissimis studii Philologici fructibus lassum animum erigo & reficio.

Subrides fortassis, dum laborum Medicorum tædium accuso. At eâdē operâ nescire te testaris, quòd Artem Medicam ritè exercere, & non prævaricari, res sit laboris & tædii plenissima, Fatetur hoc summus Medicorum Hippocrates, cùm inquit: *L. de Flat.*

εἰσί τινες τῶν τεχνέων, αἳ τοῖσι μὲν κεκτημένοισιν εἰσὶν ἐπίπονοι. τοῖσι δὲ χρεομένοισιν, ὀνηϊστοί, καὶ τοῖσι μὲν ἰδιώτῃσι ξυνὸν ἀγαθόν. τοῖσι δὲ μεταχειριζομένοις σφίσι λυπηραί. τῶν δὲ δὴ τοιούτων ἐστὶ τεχνέων, καὶ ἣν οἱ Ἕλληνες καλέουσι Ἰητρικήν. H. c. *Sunt quædam artes, quæ illis, quibus earum cognitio contingit, multum laboris & molestiarum exhibent: illis verò, qui earum usu indigent, jucundæ ac utiles existunt. Immò ignaris etiam & plebeis hominibus, commune quoddam sunt bonum: his verò qui eas exercent, planè molesta. Ex harum artium numero est & ea, quæ Medicina appellatur.* Agnovit hoc etiam Philosophus Scenicus:

Hipp. v. 186.

Κρεῖσσον δὲ νοσεῖν, ἢ θεραπεύειν,
τὸ μέν ἐστιν ἁπλοῦν. τῷ δὲ συνάπτει
λύπη τε φρενῶν, χερσίν τε πόνος:
Faciliùs est ægrotare, quàm sanare,
Illud enim simplex est malum, *cum hoc verò conjunctus est*
Dolorqué mentis manuumqué labor.

Etenim: ῥᾷον γὰρ καταλῦσαι τὰ καθεστῶτα, ἢ καταλυθὲν ἐπαναγαγεῖν. *Faciliùs est constituta labefactare, quàm labefacta in pristinum statum reducere.* Fortassis autem (quod ἐν παρόδῳ) seditiosos humorum in corpore impetus coërcere, & sanitatem indè vel periclitantem sartam tectamq; conservare, vel afflictam jam & labefactatam in integrum restituere, laboriosæ tædiosæqué non minus plena res aleæ est (ni DEUS summus Archiater, cujus unius nutus & arbitrium in totò sanitatis negotiò utramqué, quod dicitur, paginam facit, mentem manumqué Medici direxerit) quàm in civitate aliquà res semel commotas & perturbatas in tranquillum statum reponere. Qua de re facere non possum, quin insignem Pindari sententiam, præsentibus Rerumpublicarum motibus valdè appositam, adscribam:

D. Greg. Orat. in laud. Basil.

χρὴ μαλακὰν χέρα προσβάλ-
λοντα τρῶμαν ἕλκεος ἀμφιπολεῖν.
ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖ-
σαι καὶ φαυροτέροις. ἀλλ' ἐπὶ χώ-
ρας αὖθις ἕσσαι, δυσπαλὲς
δὴ γίνεται ἐξαπίνας,
εἰ μὴ Θεὸς ἁγεμόνεσσι κυβερ-
νατὴρ γένηται.

Hanc

Hanc C. Rittershusius, immortale quondam, Academiæ Altorffinæ decus, his metris Jambicis expressit:

Molli manu curare oportet ulcera, „
Rempublicam enim turbare vir est cujuslibet „
Vel improbi ignavique. Sed turbatam eam „
In integrum & suam quietem pristinam „
Reponere, hoc opus, hic labor est. Nec id valet „
Præstare quisquam, si Deus non rexerit „
Consulta Principum, extiteritque Dux Ducum, „
Qui vota eorum ad exitum ducat bonum. „

Taceo nunc præsentissima vitæ pericula, quibus Medici, ut alios indè eripiant, ultrò se ipsos objiciunt. Etenim: *Ovid. 7 Metam. 563.*

Quò propior quisq; est, servitque fideliùs ægris
In partem lethi citiùs venit.

Taceo criminationes & calumnias, quibus sæpè sæpiùs iidem præter meritum proscinduntur infamanturque. Antiquatô illô quidem, sed iniquissimô sanè more, quem nec ipsius etiam Hippocratis æquanimitas placidè ferre, aut concoquere potuit, ceu videre est *lib. de Art. Et Epist. ad Democrit.* cujus hoc initium: Ἰητρικῆς τέχνης κατορθώματα μὲν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐ παντάπασιν ἐπαινοῦσιν. θεοῖς δὲ πολλάκις ἀναφέρουσιν. ἢν δὲ καὶ ἡ φύσις ἀντιπρήξασα ἀπολέσῃ τὸν θεραπευόμενον, ἰητροὺς καταμέμφονται, παριέντες τὸ θεῖον. *Artis Medicæ recta facta pleriq; è vulgo hominum non omninò laudant, verùm diis sæpè attribunt: si verò natura reluctata perdiderit eum, qui curatur: Medicos reprehendunt, numen prætereuntes.* Quod ipsi etiam Hippocrati Democritus in os dixerat, cùm de pravis hominum moribus, & corruptô prorsus judiciô in hunc modum philosopharetur: Κάρτα γὰρ ἔλπομαι μὴ δὲ τὴν σὴν ἰητρικὴν ἀνδάνειν αὐτοῖσιν. δυσαρεστέονται γὰρ ὑπ' ἀκρασίης ἅπασι. καὶ μανίην τὴν σοφίην νομίζουσιν. ἔτι γὰρ ὑπονοέω ὡς σαφῶς λαβέσθαι σοι τὰ πολλὰ τῆς ἐπιστήμης, ἢ διὰ φθόνον, ἢ δι' ἀχαριστίην. οἵτε γὰρ νοσέοντες ἅμα τῷ σώζεσθαι, τὴν αἰτίην θεοῖς, ἢ τύχῃ προσνέμουσι πολλοὶ δὲ τῇ ἰδίῃ φύσει προσανέψαντες, ἐχθαίρουσι τὸν εὐεργετήσοντα μικροῦ δεῖν ἀγανακτέοντες, εἰ νομίζονται χρεωφειλέται. *Quin & valdè timeo, neq; medicinam tuam ipsis placere. Nam præ intemperantia omnia ipsis displicent, & insaniam sapientiam putant: Profectò suspicor pleraq; in scientiâ tuâ palàm contumeliâ affici, aut propter invidiam, aut propter ingratitudinem. Ægrotantes enim simul ut servantur, causam diis aut Fortunæ attribuunt.*

Pleri-

Pleriq; verò sua natura adscribentes, benefactorem odio habent, & parùm abest, ut indignè ferant, si debitores esse putentur. Ni fallor, respexit huc quidam ex recentioribus:

Quod si fortis erit, si verus habetur amicus,
Fortunam socius qui per utramq; manet:
Nemo magis fidus Medico, qui tempore duro
Ipse quoq;, ut valeas, multa pericla subit.
Cùm fugiunt agnati omnes, hic solus adhæret,
Quam alii nequeunt, monstrat & addit opem:
Hei nimis ingratos, opera qui talis amici
Servati, oderunt (proh pudor) artificem.
Nam qui desperant sat præmia digna rependi
Posse, viri vultus, sustinuisse grave est.

Ut parùm absit, quin mihi persuadeam, illud quod vulgi in ore: *Medicè vivere, est miserè vivere,* haudquaquam de illis, qui secundùm leges & præcepta Medicorum vitæ rationem instituunt, sed de durissima ipsorummet Medicorum conditione accipiendum esse.

Iniquæ autem hujus nostræ sortis molestias quibusnam alii voluptatibus condiant, equidem non laboro. Mihi sanè, ceu antè innui, nullum jucundius videtur otium, quàm quod in studii Philologici negotio consumitur. Hoc cùm me παρέργως habuerit hactenus, libuit tibi A. L. aliquem percepti fructus gustum hic exhibere. Quem si gratum, vel saltem non injucundum tibi fuisse intellexero, mihi ad alios quoqué stupendam partium corporis humani tàm externarum, quàm internarum fabricam novô quodam modô clarius illustrantes (quorum alii jam ad maturitatem perducti, alii adhuc in herbâ sunt) tecum communicandos, calcar addes & stimulum. Etenim,

——*Si fata meis patientur ducere vitam*
Auspiciis, & sponte meâ componere curas,

universam Anthropologiam Philologicam quatuor partibus absolvere constitui. Quarum quæ præsentem hanc propediem sequetur, Externarum; Tertia, Internarum partium descriptionem, Quarta verò ossium compagem exhibitura est. In quibus tamen omnibus, quod hic scire te volui, cautio mihi fuit, ne quem-

quemquam vel lacessere importunè, vel pungere mordaciter, vel aliâ quàvis ratione dissensione meâ offenderem. Memor illius Isidori Pelusiotæ: Τοὺς λέγοντας πρεπωδέστερον εἶναί φημι, ἀμφισβητεῖν μὲν, μὴ ἐρίζειν δέ· ἀμφισβητοῦσι μὲν γὰρ πολλάκις πρὸς φίλους, φιλονεικοῦσι δὲ οἱ δυσμενεῖς. *Porro quod ad eos qui dicunt attinet, ajo: ipsos maximè decere modestam dubitationem, non autem rixosam contentionem. Sæpè enim ad amicos ambigere solent homines: Contentionibus vero operam dant inimici.* Ad quam faciem graviter & Plutarchus: οὐδὲν ἄλλο Μουσῶν εὐμενείας ἀπολαύουσιν ἄνθρωποι τοσοῦτον, ὅσον ἐξημεροῦσι τὴν φύσιν ὑπὸ λόγου καὶ παιδείας, τῷ λόγῳ δεξαμένην τὸ μέτριον, καὶ τὸ ἄγαν ἀπολαβοῦσαν. *Nihil majus ex Musarum placidô commerciô homines capiunt, quam quòd naturam mitigent, & mansuetã faciant. Ratione & Doctrinâ, amplectentẽ ex iis Modestiam, & quod nimis est fugientem.* Ego sanè odi rixosum & contentiosum illud hominum genus, qui opiniones & somnia sua tueri se non posse putant, ni pro animi sui livore contumeliosè diversùm sentientes insectentur & perstringant: aut etiam bonorum famam & existimationẽ colubrinis calumniosæ obtrectationis molaribus iniquè admordeant. (Res, ita me veritas! viro bono & cordato indignissima.) Quos ego insignẽ hanc Hippocratis sententiam, suis, si quod illis est, pectoribus, altiùs infigere velim: Τὸ λόγων οὐ καλῶν τέχνῃ τὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένα αἰκίζειν προτεθυμέεσθαι, ἐπανορθοῦντα μὲν μηδὲν, διαβάλλοντα δὲ τὰ τῶν εἰδότων πρὸς τοὺς μὴ εἰδότας ἐξευρήματα· οὐκέτι δοκεῖ ξυνέσιος ἐπιθύμημά τε καὶ ἔργον εἶναι, ἀλλὰ κακαγγελίη μᾶλλον φύσιος, ἢ ἀτεχνίη. μούνοισι γὰρ τοῖσιν ἀτέχνοισιν, ἡ ἐργασίη αὕτη ἁρμόζει, φιλοτιμευμένων μὲν (οὐδαμοῦ δὲ δυναμένων κακίῃ ὑπουργέειν) εἰς τὸ τὰ τῶν πέλας ἔργα ἢ ὀρθὰ ἐόντα διαβάλλειν, ἢ οὐκ ὀρθὰ μωμέεσθαι. *Verborum inhonestorum & maledicentiæ arte ea, quæ ab aliis inventa sunt, turpiter incessere velle, nullò quidem castigandi, sed ea, quæ à peritis pervestigata sunt, apud imperitos calumniandi studiô, id profectò non scientiæ optabilis negotium videtur esse: sed aut (maligna) naturæ, aut ignorantiæ argumentum. Solos enim imperitos artis hoc factum decet, qui ambitiosè quidem contendunt (quamvis maliciei non respondeant eorum vires) ut aliorum præclara opera calumnientur; vel si illa vitiosa fuerint, ad reprehendendum se convertant.* Sed quid?

Quò te ambulando cumq; vertis gentium
Vitare non est disputatorum genus;
Pugnax, protervum, fastuosum, garrulum,

l. 4. Ep. 130.

in Corial.

l. de Art.

Quos pacis hostes ultima hac ætas tulit,
Qui nocte lucem, nigra vertunt candidis
Et quæstionum tristitate condiunt
Natas in usum veritatis literas
Hos nec decorum est, nec tutum refellere.
Tali hoste victô, quis triumphus te manet?
Luctante eodem pugna gliscit acrior
Nec dignitatem fronte ferrea pudor
Expressius auget; claritatem nec dabit
Extorta rixis veritas. In jurgiis
Vicisse nolle, cùm queas, victoria est.

Sæpè enim numerò alter quidem litigantium hircum mulget: alter verò cribrum illi supponit, ut festivè apud Lucianum Demonax. Mihi sanè sedet illud Divi Gregorii: Σοφία καὶ τὸ γινώσκειν ἑαυτὸν, ἀλλὰ μὴ ὑπεραίρεσθαι, μηδὲ ὥσπερ τὰς φωνὰς πάσχειν, αἳ παντελῶς ἐκλείπουσιν, ἐὰν ὑπερφωνῶνται δι' ἀμετρίαν, κρεῖττον ὄντα σοφὸν, ὑφίεσθαι δι' ἐπιείκειαν ἢ ἀμαθῶς ἔχοντα διὰ θράσος ὑπερεκτείνεσθαι. Hoc est: *Sapientiæ quoquè genus est, seipsum nosse, ac non immodicè efferri, eodemq́, modo, quo voces affici, quæ si vehementius contendantur, propter immoderationem penitus deficiunt. Præstat cum doctrinâ instructus sis, propter animi æquitatem facilitatemque consultò cedere, quàm cum eruditione careas, per insolentiam & temeritatem altius efferri.* Sed hæc ultra clepsydram. Nunc ad rhombum. Ad adstruendam autem τῶν προβλημάτων ἢ ζητημάτων veritatem non tàm veterum testimoniis, quàm recentiorum suffragiis usus sum: ut secessionem facerem ab iis, qui fastidiosi sunt præsentium contemptores,

Miranturq́, nihil, nisi quod Libitina sacravit.

Quod perversum & φθονερὸν ἦθος à Martiali etiam notatur:

Esse quid hoc dicam, vivis quod fama negatur,
Et sua quod rarus tempora lector amat.
Hi sunt invidiæ nimirum, Regule, mores
Præferat antiquos semper ut illa novis.

Sum sanè quidem ex iis, qui non tàm mirer, quàm venerer antiquos: non tamen, ut quidam, temporum nostrorum ingenia

nia despicio: Sicut enim haud quaquam fas est existimare homi naturam, quam primus ille mundi Genitor perpetuâ fœcunditate donavit, quasi quodam morbo sterilitate affectam: neque prudentis est credere, tellurem, quæ divinam & æternam juventam sortita, communis omnium parens dicta sit, quia & cuncta peperit semper, & deinceps paritura sit, velut hominem consenuisse. Ita nec opinari fas est eandem adeò lassam & effœtam esse, ut nihil jam laudabile pariat. Eleganter, ut omnia, Plinius junior de Pompejô Saturninô: *An si inter eos, quos nunquam vidimus, floruisset, non solùm libros ejus, verùm etiam imagines conquireremus: ejusdem nunc honor præsentis & gratia, quasi satietate languescet? At hoc pravum malignumque est, non admirari hominem admiratione dignissimum, quia videre, alloqui, audire, complecti; nec laudare tantùm, verùm etiam amare contingit.*

Collegi autem varios variorum germinum flores, è multorum hortis, in unam quasi paropsidem: ut quamlibet diversa genera lectorum, per diversas autorum & sententiarum varietates tenerem. Pariter enim, ut qui herediolum sterilem & agrum scruposum, meras rupinas & senticetas colunt: quoniam nullus in tesquis suis fructus est, nec ullam illic aliam frugem vident: sed

Infelix lolium & steriles dominantur avenæ:

Suis frugibus indigent, aliena furatum eunt, & vicinorum flores decerpunt; scilicet ut eos flores carduis suis misceant: ita & ego cùm tenuis mihi ingenii campus aretur, propriæq; eruditionis & doctrinæ sterilis sim, sub aliena utplurimùm arbore, fructum legi, & ex alieno litore gemmas & lapillos petii, & verbô ut absolvam, de alieno liberalis fui.

Sicut autem vereor, ne quibusdam pars aliqua, secundùm suam naturam non exactè probetur: ita videor posse confidere, ut universitatem omnibus varietas ipsa commendet. Nam & in ratione conviviorum, quamvis à plerisque cibis singuli temperemus; totam tamen cœnam laudare omnes solemus. Nec ea, quæ stomachus noster recusat, adimunt gratiam illis, à quibus capitur.

Non est autem, quod quemquam offendat, quòd alienô tantummodò frumentô, agrum meum conseverim. Etenim ut scitè Lucianus: οὐδὲ τῷ Ἀσκληπιῷ μείων ἡ γίγνεται τῆς τιμῆς, εἰ μὴ τῶν προσιόντων αὐτῷ ποιησάντων ἄσματα, τὰ Ἀλισοδήμου τοῦ Τροιζηνίου, καὶ Σοφοκλέους ᾄδεται· καὶ τῷ Διονύσῳ τὸ μὲν ποίησιν καινὴν ποιεῖν, κωμῳδίας, ἢ τραγῳδίας, ἐκλέλοιπεν· τὰ δ᾽ ἑτέροις συντεθέντα, τοῖς νῦν εἰς μέσον ἐν καιρῷ κομίζουσι χάριν οὐκ ἐλάττω φέρει, πρὸς τὸν Θεὸν δοκεῖν τετιμηκέναι. *Non minor honos habetur Æsculapio, cùm Alisodemi & Sophoclis versus ei decantantur, si desit novum poëma sacrificantibus. Et Baccho jam olim desiit mos nova poëmata faciendi: sed aliis composita non minorem gratiam merentur his, qui ea tempestivè proferunt ad Bacchum celebrandum.* Nam quodam pactô societatem laudis affectat: qui aliena benè dicta primus enunciat. Nullius autem nomen ingratus reticui, aut alienæ industriæ laudem, suppressô auctoris nomine, mihi vindicavi, ne quisquam verbis Aristophaneis de me conqueri possit:

Encom. Demosth.

Equit.

------ καὶ πρῴην, γ᾽ ἐμοῦ
μᾶζαν μεμαχότος ἐν Πύλῳ Λακωνικὴν
Πανουργότατά πως περιδραμὼν, ὑφαρπάσας
Αὐτὸς παρέθηκε τὴν ὑπ᾽ ἐμοῦ μεμαγμένην·
ἡμᾶς δ᾽ ἀπελαύνει.

Cumq́; ipse pridem pinsuerim mazam im Pylô
Laconicam, iste accurrit astutissimè
Raptamq́; mox apposuit, quam ego pinsui.

Adde quòd in eodem cursu lampadem illi nobis prætulerint, quos in amplissimo doctrinæ & eruditionis gradu Musæ collocarunt. Hos autem hic, majori licet voluntate, quàm facultate, imitari tantùm, non æmulari, aut paria cum illis facere, animus mihi fuit. Ut enim non ignoro illud Theocriti:

Idyll. 5.

----- Οὐ σύμβλητ᾽ ἐστὶ κυνόσβατος οὐδ᾽ ἀνεμώνα,
πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνδηρα, παρ᾽ αἱμασιαῖσι πεφύκει.
Non conferenda sunt rubus caninus & anemone
Cum rosis, quarum flores circa sepes nascuntur.

Et hoc ejusdem:

Οὐ θεμιτὸν ποτ᾽ ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδειν
οὐ δ᾽ ἔποπας κύκνοισι.

Non fas est picas certare cum luscinis
Neq; upupas cum cycnis.

Ita contrà non me fugit illud D. Gregorii: Οὐ μικρὸν τοῖς σπουδαίοις κἂν μικρὰ τῶν μεγίστων ἡ μίμησις; *Probis viris atq; honestè studiosis, non exiguam laudem affert, summorum virorum quamvis parva imitatio.* Addidit autem animum & Horatius:

In laud. Basil.

lib. 1. Epist. 1

Non possis oculo quantum contendere Lynceus;
Non tamen idcircò contemnas lippus jungi.
Nec quia desperes invicti membra Glyconis;
Nodosâ corpus nolis prohibere podagrâ.
Est quodam prodire tenus, si non datur ultra.

Summum enim culmen affectantes, satis honestè vel in secundo fastigio conspiciuntur. His accessit & Plinii illud: *Ut satiùs est unum aliquid insigniter facere, quàm plurima mediocriter: ita plurima mediocriter, si non possis aliquid insigniter.* Sicut namque ad pœnam sufficit meditari punienda: sic & ad laudem satis est, conari prædicanda. Non enim turpe est, non consequi, dummodò sequaris. Quod dum conatus fui, fateor, rerum copiam & sententiarum ubertatem me quandoq; longiùs provexisse: ut idem penè mihi acciderit quod cuidam ex Apellis discipulis Helenam multô aurô ornatam pingenti. Ad quem Apelles: *O adolescens*, inquit, *cùm non posses pingere pulchram, fecisti divitem.* Ad eundem enim modum & ego cùm præstantiæ & dignitatis humanæ commendationem elegantem facere non potuerim, prolixam feci. Verùm tamen satiùs esse duxi, plus probare aliquid quàm necesse erat, quàm minùs forsitan, quàm negotio debebatur. Memor illius: *Ut corpori ferrum, sic orationem animo, non ictu magis quàm morâ imprimi.* Adde, quod difficile sit, modum tenere in eo, quod bonum esse credideris.

Columel.

Apul.

Senec. 5. Benef. 5.

Clem. Alexandr. 2. Pedag. p. 1. 55.

Habes. A L. consilii mei motus, in quo si cum voto ac voluntate facultas non eadem est monetâ percussa, συγγνώμην boni adhibebunt omnes: gnari Diis immortalibus in Sacris bonam voluntatem etiam sine sumptu nos probare. κρεῖσσον γὰρ, inquit disertissimus Nazianzenus, τὸ κατὰ δύναμιν εἰσενεγκεῖν, ἢ τὸ πᾶν ἐλλείπειν. *Satiùs est, id, quod per facultates licet, afferre, quàm officio penitus deesse.* Tu bonæ mentis Lector, fac æquus sis, & da crescendi copiam.

De moderat. in Disp. servand.

 Nam,

Nam, ut ait Sidonius, *equo animoso, si inter tesqua & confraga frenorum lege teneatur, intelligis non tàm cursum deesse, quàm campum.* Quocunq; autem utaris calculô, æquè jucunda mihi erit simplicitas dissentientis, quàm comprobantis autoritas, VALE.

Ad Clarissimum Dn. Autorem hujus operis,

Dn. GREGORIUM QVECCIUM,

Philosophiæ & Medicinæ Doctorem experientissimum.

I.

NOn opus accensâ rutilum face quærere Phœbum,
Vendibiliq; mero non opus est hederâ:
Nam, mi QUECCE, tuos ego non celebrabo labores
Clarior es, versu quàm potes esse meô.
Illa suô quæ se commendant lumine scripta
Sat solidæ laudis, sat quoq; lucis habent.
Non etenim steriles tricas, sed nobile tractas
Thema, quod Imperii sub ditione viget.
Macte: perinsignem feret hæc industria laudem:
Et tibi posteritas præmia digna dabit.
Gratia pro meritis, ut cedat digna laborum,
Præmia debentur splendidiora tibi.
Semina naturæ sequeris, vulgaria spernis.
Nec juvat, ut multos, dicere dicta priùs:
Si Medicos laus digna manet, qui arcana recludunt,
Undè hominis corpus debile sentit opem:
Quæ tua, GREGORI, laus est, qui arcana recludis,
E quis compages civica sentit opem?
Unô complector verbô: dum arcana recludis
Non erit arcanum nomen in orbe tuum.
Nomen in orbe tuum clarescet, honosq; manebit
Et famam extollet candida posteritas.
Quare age perfectum crebrâq; incude novatum
Christo, quo cœptum est, auspice, profer opus.

Sic

Sic tua per totum lucens prudentia mundum
Extollet totô nomen in orbe tuum.

Aliud, ad Benevolum Dn. Lectorem.

NE pigeat, si grata placet cognoscere, Lector,
Hunc oculis crebro pervoluisse librum.
Invenies casus, quos non tractaverit alter
Tam fidà & doctà dexteritate priùs.
Invenies passim, quæ te legisse juvabunt:
Seria sunt lepidis plurima mixta jocis.
Omnia tempus edax rerum, & mors invida tollunt,
Sola manent docti scripta diserta viri,
Ergò fave autoris conatibus, optime Lector,
Atq; precans ipsi prospera cuncta, VALE.

Domino Autori, amico suo summo, & ex paucis optimo, hoc syncera amicitiæ, & amoris singularis symbolum ponebat Noribergæ XII. die Feb. Anno 1632.

Fridericus Conradus Tuschelin
JC. à consil. Palat. & Noricis.

II.

Sit sua laus aliis, meritò celebratur & audit
QUECCIUS *humanæ Conditor historiæ.*
Tale opus hoc! hominem quo commentatur, eumq;
Semideum exemplô comprobat esse suô.
Scilicet hic spirat divinæ particula auræ,
Quaq; refert genium pagina & ingenium.
Sic igitur cœlô descendit ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ,
Et jure in cœlum tollitur iste liber,

Altorphi f.
Georgius Nœslerus D. & P. P. Principis Palatini & Reip. Norib. Medicus.

III.

POlitioris sæculi, QUECCI, decus
Salubriore quum explicas indagine
HOMO quid sit, illa Summi Numinis
Imago, & orbis maxumi compendium;

Novem

Novem ſororum totus aſſurgit Tibi
Chorus: tuumqué nomen aſtris inſerit;
Quod fama mundi per patentis machinam
Nepotibus deprædicabit poſtumis
O noſtri honorum ſæculi, QUECCI, decus.

Matthias Harſcherus D.
Reip. Baſileenſ. Archiater.

IV.

QVur doctis calamis Hominem offert QUECCIUS *Orbi.*
Nempe illi cordi γνῶθι σεαυτὸν erat.

V. & H. p.
Johannes Screta Schotnovius
à Zavorzitz Pragâ-Boh.
M. D. Baſileæ.

V.

NOn placitis tantùm Medicorum imbutus ad unguem es,
QUECCI, & germanus filius Hippocratis;
Cuncta ſed & penitùs percalles ſcita ſophorum,
Germen uti clueas nobile Ariſtotelis.
Hiſtoricorum etiam volitas per florida tempe:
Et quicquid Latia ac Graja Poëſis habet.
Omne tuum facis, atq; omnes excurris in artes,
Quas ferit Aonio dædala Pallas agro.
Quicquid & inde boni, velut impigra apicula, libas,
Congeris, & calamo digeris artifici.
Hinc Liber is natus, quem in publica commoda vulgas,
Parvula qui dici *Bibliotheca* poteſt.
Nempe parùm fuerat mala corporis arte fugare,
Conſulis & menti qui ſua damna levet.
Qui tibi, pro gemino hoc medicandi munere, QUECCI,
Digna tuis meritis, pendere ſoſtra queat?

Amico benè de ſe merito & merenti
F. Hersbrucci Noric.
Caſpar Horn, Philoſ.
& Med. D.

QUEC-

VI.

QUECCIUS ante annos aliquot delectus ab arte,
Dissecat humanum, vegeto sine sanguine, corpus,
In minimas partes, cunctos cœcosq; meatus
Posset ut intimari oculis, omnesq; recessus.
Advolitant populi pars ultima & optima nostri,
Indocti, docti: spectant, mirantur, opemq;
A Medicô tali promittunt atq; salutem
Quisq; sibi, nihil errantes. Ego & inter eosdem.
Quando sed hac reputo, nil segnis QUECCIUS idem,
Exhibet in corpus, cujus dedit anteà partes,
Collectum, atq; animam pariter systemate in uno,
Ornatum ratione suâ ceu principe parte
Totius istius sic quivis factus, ad unguem,
Est homo: sic etiam argutus tibi QUECCIUS omnem
Ante oculos statuit microcosmum, summô in Olympô
Regnantis DOMINI, facturam ad imaginis illam
Effigiem vivam, priscam vel sanguine Christi
Puram, exultantem terris cœlisqué futuro
Ævo pancratice. Ast in terris quando beatum
Omni ex parte nihil; vitiis describit eundem,
Ægrum, mortalemq; hominem ut se corrigat inde
Emendetqué malum ingeniô meliore, subinde
Ac renovet vitam in vitam semperqué beatam.
Ecce tibi divinum opus hoc, quô discere possis
Unde homo sis & Tu, scitissime Lector;
Ecce tibi varia hic scitu, & lectissima lectu!
Huc ades, & nôris, quæ non sit curta supellex!
His epulis fieri poteris, conviva Deorum.
His Clariæ poteris, & amiculus esse Thaliæ.
Moribus his, magnum est, magnum polyhistora dici.

M. Christoph. Reich, ad B. Sebald. Collegii
Ecclesiastici Dispositor, Affinis conjunctiss.

VI.

IMprobus hic hominum mos est, dignusq; notari:
Cùm sua prætereant oculis bona donaq; lippis,
Aut certè extenuent vani, ingratiq; salutis:

)()()()(Atta-

Attamen adverſis cernunt in rebus acutùm,
Et mala ſolliciti numerant ſua, multa querentes
De fortuna, homini ſoleat quæ illudere ſæva,
Atq; illum ærumnis tot mergere, beſtia quævis
Sanctius hoc animal, mentisq; capacius altæ
Ut vincat, ſitq; omnigenis inſtructior armis.

Queccius errorem cum vulgo haud errat eundem:
Sed verum ſermone hominis decus adſtruit, atq;
Plura malis numero bona monſtrat: & unguibus uncis,
Dentibus & cornu, & ſquammis, roſtroq; minaci
Plus poſſe humanam Rationem ac munera Mentis,
Arguit. Hæc etenim ſecla immanſueta ferarum
Subjicit imperiis hominum, frenoq; coërcet.
Hæc varias ſolerti indagine repperit artes,
Moliturqué fide majora, & fabricat aptè,
Sive voluptatem ſpectes, ſeu commoda vitæ.
Hæc eadem inſultus fortunæ & noxia tela
Cautior eludit: quin buſtum & funera temnit:
Non ignara, virum, qui laude & dignus honore,
Quanquam morte obitâ notum uſq; ad ſidera famâ,
Tandem etiam rutili ſcanſurum limina cœli:

Talia Gregorii diſcuſſa volumine Quecii,
Cernis, & auſa Viri miraris, candide Lector.
Non contentus enim Medicâ ſudare palæſtrâ,
Multorum & ſtamen producere longiùs ævi:
Inſuper & ſuccisivas benè collocat horas,
Evolvitq; catus monumenta antiqua Sophorum:
Nec de corporibus ſolùm ſtudet uſq; mereri
Præclarè: ingeniis ipſis prodeſſe laborat,
Divinis ingenii diffundes undiq; venam.

Hunc ſi fata virum longo tibi tempore ſervant,
Norimberga potens, ſi veſcitur ætheris aurâ:
Spes eſt & Sophiam fore ſalvam, Artemq; medendi.

M. Georgius Mauricius, quondam
Univerſitatis Altorfinæ P. P. & P. L.
ὁ νῦν ἐν ἁγίοις.

VIII.

IN

DISCURSUM PHILOLOGICUM

De Homine,

GREGORII QUECCII, MED.

Doctoris excellentissimi, & in Inclytâ Republ. Noricâ Practici Celeberrimi

Amici mei ob Virtutem & benemerita plurimùm colendi,

EPIGRAMMA.

I.

Divinorum operum totius fabrica mundi
Nil HOMINE *ostendit pulcrius aut melius.*
Sed quid HOMO *sit per partes, per membra, quis usus*
Ethicus & Physicus, quis sit & Historicus:
Vix ullius Veterum Scriptorum, ulliusvè Novorum
Hoc NOSTRO *aptiùs aut doctiùs exposuit.*
Quod cùm ita sit, mecum, Lector non invide, dices,
Nil esse hoc LIBRO *comtius aut melius.*
Ergò laudetur, placeat, relegatur, ametur:
Donec erunt Docti, donec erunt Homines.

II.

Haud secus ut parvus magni Mundi est HOMO *Mundus,*
Atq; operum PLASTÆ *Summa, Corona, Caput:*
Sic inter libros, quos QUECCIUS *edidit Autor,*
Hic, de HOMINE, *est meritò Gemma, Corona, Caput.*

Jonas Libingus Silesius
Officialis Archipalatinus, &c. in Exiliô,
L. M. Q. F.

)()()()(2 Sic

IX.

Sic sua laus aliis! sed tu Clarissime Doctor,
Abstrusas rerum causas viresq; latentes
Sedulus indagas, vitæq; salubria tractas
Plurima! nec levibus rationibus omnia fulcis.
Præclarè factum! sic gloria vera paratur.
Sic tua laus meritò vasto clarescet in orbe!
Ingenii tua fama (decus prænobile mentis)
Nobilitate viget, magis & splendescet in ævum
Donec aquas Isther, dum Rhenus volvet arenas.

Observantia causâ adjecit

Thomas Cleuselius
Ratispon.

In-

Index & series Capitum.

Caput I.

Caput II.

Caput III.

CAPUT VIII.

CAPUT IX.

CAPUT X.

mira-

)()()()(

DIS-

DISCURSUUM PHILOLOGICORUM

De

NOBILITATE ET PRÆSTANTIA HOMINIS, &c.

CAPUT I.

Notam ex auctoribus [1.] *Q. & L. Metellorum felicitatem, fuisse notham. Nihil enim* [2.] *ab omni parte beatum ob perpetuam* [3.] *bonorum & malorum miscellam. Non tamen majorem esse horum* [4.] *quàm illorum* [5.] *numerum, quod Pindarus aliiq; asseverabant.*

VAlerius Maximus, scriptor elegantissimus, juxta ac facundissimus, ut ostenderet, *fortunam ubi malignitatis oblivisci sibi imperasset, non solùm plurima & maxima, sed etiam perpetua bona congerere*; Q. Metelli Macedonici producit exemplum, quem fictitiam illam deam multis beneficiorum gradibus à primo originis die ad ultimum usq; fati tempus, nunquam cessante indulgentià, ad summum beatæ vitæ culmen perduxisse memorat. *Nasci enim eum in urbe terrarum principe voluit: parentes nobilissimos dedit: adjecit animi rarissimas dotes, & corporis vires, ut sufficere laboribus possent: uxorem pudi-*

1. *Si verum facere judiciū volumus, ac repudiatâ omni fortunæ ambitione decernere, mortalium nemo est felix. Plin. l. 7. c. 40.*

citiâ & fœcunditate conspicuam conciliavit. Consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphi prætextam largita est: Fecit, ut eodem tempore tres filios consulares, unum etiam censorium, ac triumphalem, & quartum prætorium videret. Utq; tres filias nuptum daret, earumq; sobolem sinu suo exciperet. Tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ, tam multæ nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis summa abundantia: cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla causa tristitiæ. Cœlum, addit, *contemplare: vix tamen ibi talem statum reperies: quoniam quidem luctus & dolores Deorum quoq; pectoribus à maximis vatibus assignari videmus. Hunc autem,* subjungit tandem, *vitæ actum ejus consentaneus finis excepit. Nam Q. Metellum ultima senectutis spatio defunctum, leniq; genere mortis inter oscula complexusq; charissimorum pignorum extinctum: filii & generi humeris suis per urbem latum rogo imposuerunt.* Hæc ille.

l. 7. c. 1. Cic. 5. de Fin. Vellej. 1. Eutrop. Flor. l. 2. c. 14. Plin. l. 7. c. 13. l. 7. c. 44.

Verùm enim verò, utut hæc ita gesta fuisse consensus auctorum confirmet: eundem tamen Metellum adversæ quoq; fortunæ iniquitatem probè sensisse, Plinius auctor est. In ipso enim flore dignationis suæ, à Catinio Labione, Tribuno plebis (quem è Senatu Censor ejecerat) faucibus intortis, expressoque per aures sanguine, ad Tarpejum, ut præcipitaretur, eum raptum fuisse refert: ægrè reperto qui intercederet, & à limine ipso mortis revocaret. Meritò igitur subjungit: *Quis hunc jure felicem dixerit, periclitatum ad libidinem inimici perire? Quos hostes vicisse tanti fuit? Aut quos non honores currusq; illâ suâ violentiâ fortuna retroëgit, per mediam urbem Censore tracto in Capitolium illud, in quo triumphans ipse de eorum exuviis, ne captivos quidem sic traxerat? Nulla est profectò solida felicitas, quam contumelia ulla vita rumpit, nedum tanta.*

Sunt alii, qui pro hominis felicissimi omniq; tum fortunæ tum animi bonorum genere affluentissimi exemplo laudent L. Metellum, Quinti avum, quem filius in Oratione, quam habuit supremis laudibus patris sui, decem maximas res optimasq;, in quibus quærendis sapientes ætatem exigerent, consummasse testatus fuerat. *Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum Imperatorem, auspicio suo maximas res geri, maximo honore uti, summa sapientia esse, summum Senatorem haberi, pecuniam*

cuniam magnam bono modo invenire, multos liberos relinquere, & clarissimum in civitate esse. Verùm hanc quoq; felicitatis perfectionem abundè tristis casus refutavit. Siquidem is Metellus orbam luminibus exegit senectam, amissis incendio, cum Palladium raperet ex æde Vestæ, memorabili causa, sed eventu misero. *Plin. l.7. cap. 43.*

II. Proindè ut verè, ita & eleganter Pausanias: Ἀνθρώπων μὲν τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ κακῶν ἄν τις ἐλάσσονα ἀναδέξαιτο. καθὰ καὶ ναῦς ἧσσον ἂν χειμασθείη νεῶς ἄλλης. ἄνδρα δὲ συμφορῶν ἀεὶ πόδα ἐκτὸς, ἢ τὰ πάντα οὐρίῳ ναῦν χρησαμένην πνεύματι, οὐκ ἔστιν ὅπως δυνησόμεθα ἐξευρεῖν. h.e. *Fieri quidem potest, ut alicui minus obtingat malorum, quàm aliis, sui temporis hominibus: Sicut scilicet navis nave minus experitur tempestates. At hominem qui toto vitæ spatio extra calamitatum aleam fuerit; aut navem, quæ secundis semper ventis usa fuerit, invenire haudquaquam poterimus.* Quam cedrô sanè dignam gnomen, nobilissimo scriptori subministrasse videtur Musarum illa Syren Pindarus, *Pyth. 3.* *Arcad. sive l.8.* *Neminem post homines natos invenias, cui omnia ex animi sententia successerint, ita ut nulla in re fortuna ei sit adversa Dion. Halycarn.*

——————αἰὼν δ' ἀσφαλὴς
οὐκ ἐγένετ', οὐκ αἰακίδᾳ παρ Πηλεῖ
οὔτε παρ' ἀντιθέῳ
Κάδμῳ. λέγονται γε μὲν βροτῶν
ὄλβον ὑπέρτατον οἳ σχεῖν.

Vitam ab omni incommodo immunem, neq; apud Æacidem Peleum, neq; apud æqualem Deo Cadmum reperies: qui tamen & ipsi mortalium felicissimi fuisse dicuntur. Et alibi: *Nem. 7.*

εὐδαιμονίαν ἅπα-
σαν ἀνελόμενον οὐκ ἔχω
εἰπεῖν, τίνι τοῦτο μοῖρα τέλος ἔμπεδον
ὤρεξε.

Nec habeo de quo pronunciem, quod ad stabilem usq; finem hoc fatum porrexerint, ut omnem prosperitatem recipiat. Ad quam mentem D. Gregorius: *De Nat. H.*

Χῶρον μέν τιν' ἄθηρον ἀκούομεν, ὥς ποτε Κρήτην
Καί τινα καὶ κρυερῶν ἀλλοτρίην νιφάδων.
Θνητῶν δ' οὔ πω ἴσμεν τὸ δ' ἐπίμοχθον, ὡς ἀδάμαστος
Τοῦ δὲ βίου στυγερῶν ἔσχεν ἀπῆλθε μόγων.

Quorum hic sensus est: *Ferunt regionem quandam ferarum omninò expertem esse: nam id de Creta memoriæ proditum est. Aliam rursus esse, quæ nullis nivibus conspergatur. At nemo est mortalium, qui gloriari possit, se hujus vitæ laborum & ærumnarum expertem è vita discessisse.*

ſceſſiſſe. Horſum non inconcinnè retuleris illud Democriti Abderitæ (quem Divinus Hippocrates vocat ἄνδρα σοφώτατον, σωφρονίζειν ἀνθρώπους μοῦνον δυνατώτατον, *virum ſapientiſſimum, qui ſolus potentiſſimus ſit homines prudentes reddere.* Item: ἀρίστῳ φύσιος ἑρμηνευτῇ καὶ κόσμου, *optimum naturæ ac mundi interpretem*) ad Darium Perſarum Regem. *Hunc cum Philoſophus è longinquâ peregrinatione ſalutaret, eo ipſo tempore, quo defunctæ conjugis* (alii concubinam fuiſſe ferunt) *obitum lugeret: quaſi vitam defunctæ redditurus, ſolatio Regem erexit, ſi modò ſuppeterent, quæ ad eam rem neceſſaria. Fruſtra verò Rex fuit de gaudio, quod animo conceperat. Petiit enim inſcribi ſepulchro nomina trium hominum, quibus vita ſine luctu ac dolore acta eſſet: cujus rei copia ipſi in toto regno fieri non potuit.* Addidit igitur Philoſophus: *viriliter ferendam quæ ſors omnibus communis eſſet.* Ad hanc, ni fallor, cynoſuram reſpexit Doctiſſ. Poſſelius, quâ ferendum eſſe monet placidè ἐπιβάλλον μέρος ærumnarum, ſciendumque neminem omnium ſanctorum ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere perveniſſe. Sic autem canit:

Epiſt. ad Damaget.

Ald. Manut. in Ep. Græc.

in Reg. vitæ num. 65.

Στερρῶς χρὴ φέρειν τὰ προσδόκητα πειράσματα ἡμᾶς
ἐν τούτῳ μικρῷ ἀργαλέον τε βίῳ.
Οὐδεὶς τῶν μακάρων ποτὲ εὐτυχίαν διαπερῶν
τὴν εὐδαιμονίην κτήσατο ἀΐδιον.

III. Nempè in hac rerum univerſitate ita comparata res eſt, ut *nihil quicquam homini tam proſperum divinitùs datum, quin ei tamen admixtum ſit aliquid difficultatis, ut etiam in ampliſſima quaq; lætitia ſubſit quæpiam vel parva querimonia, conjugatione quadam mellis & fellis, ubi uber, ibi tuber.*

Gaudium & dolor totam miſcet hominum vitam.

Phædr.

Apul. 4. Florid.

Nunquam mel ſine felle: nempè quædam eſt
 Conjugatio mellis atque fellis.
 Ubi uber, ibi tuber eſt: ſibiq;
 Cedunt hic dolor invicem & voluptas.

Poëtarum Plato Homerus (in cujus ſcriptis, doctorum judiciô, rerum humanarum omnium ſimulachra & effigies continentur) ut hoc ipſum innueret, duo Jovi dolia ad manus eſſe comminiſcitur, in quorum unô commoda; alterô incommoda recondita ſint.

Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
Ζώειν ἀχνυμένοις· αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί.
Δοιοὶ γὰρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
Δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ, ἑάων.
Ὧ μὲν καμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος
Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.
Ὧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε
Καί ἑ κακὴ βούβρωστις, ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει
Φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος, οὔτε βροτοῖσιν. Iliad. ω.

H. e. Eobano interprete:

Hanc misero superi sortem junxêre, malorum
Expertes, hominum generi: Nam dolia, in ipso
Limine cœlestis primo, duo sunt posita aulæ,
Unde duûm generum Jupiter mortalibus offert
Munera: in hôc bona sunt: adversa recondita in illô.
Cui commixta Tonans depromit dona, fruetur
Non nunquam adversis rebus, quandoq; secundis.
Sed cui sola dedit de dirô tristia vase:
Is miser est, neq; Diis, hominum nec amabilis ulli,
In terraq; suos lugubriter exigit annos.

Ex hoc fundo est illud Euripidis:

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά,
ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς. Plutarch. περὶ εὐθυμίας.

Bonum à malo esse separatum non potest,
Mixtura quadam si utriusq; sit, benè est.

Et hoc Sophoclis: Trachin.

———— ἀνάλγητα γὰρ οὐ
δ' ὁ πάντα κραίνων βασιλεὺς
ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας.
ἀλλὰ πῆμα καὶ χαρὰ
πᾶσι κυκλοῦσι.

————*Nam sine labore nihil*
Qui omnia gubernat,
Dedit Deus mortalibus
Sed simul ærumnæ & gaudia
Omnibus advolvuntur.

Mercat. A.2. S.2. Ad quam faciem Romanæ delitium Musæ Plautus:

> *Dic mihi an boni quid usquam est, quod quisquam uti possiet*
> *Sine malo omni: aut, ne laborem capias, cum illô uti voles?*

Homil. de Parad. fol. 643. Præclarè etiam Divus, vereq; Magnus Basilius (quem D. Gregorius, præclarô sanè elogiô, vocat

> Ἄγγελον ἀτρεκίης ἐριηχέα, ὄμμα φαεινὸν·
> Χριστιανοῖς, ψυχῆς κάλλεσι λαμπόμενον.

veritatis vocalissimum nuncium, clarissimum Christianorum oculum, animæ multiplici pulchritudine lucentem) ἐνταῦθα τὸ ῥόδον μετὰ τῆς ἀκάνθης ἐστὶ κεκρυμμένην ἔχον τὴν ἀκίδα τῇ χάριτι, μονονουχὶ διαμαρτυρόμενον ἡμῖν, ὅτι τὰ τερπνὰ ὑμῖν, ὦ ἄνθρωποι, τοῖς λυπηροῖς ἀναμέμικται. τὸ ὅτι γὰρ οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἀκραιφνὲς, ἀλλὰ εὐθὺς αἱ λῦπαι ταῖς εὐφροσύναις παραπεπήγασι. *Rosa hic spinis est conjuncta, externâ quadam gratiâ molestiam obtegens, & tantum non apertâ voce contestans, ac dicens: Quæ jucunda vobis sunt, ô homines, tristibus permixta sunt. Nam verè in humanis bonis ita comparatum est, ut nullum eorum sincerum sit, sed confestim lætis tristia conglutinentur.*

Elegantissimè hac de re elegantissimus Muretus:

> *Memini magistrum puero mi olim hoc dicere:*
> *Summum Jovem facere item, ut caupones solent:*
> *Qui vina ut vendant, turbant, miscent, diluunt;*
> *Nec cuiquam vini simplicis donant cadum.*
> *Iisdem illum, ajebat, in vitâ mortalium*
> *Nunquam fortunam simplicem cuiquam dare:*
> *Sed semper ære fata lætis tristia.*

Symmach. l. 4. Ep. 34. Sen. Ep. 91. Adeò autem hoc verum est, ut non tantùm *omnibus humanis gaudiis hanc legem naturæ dixerit, ut curæ voluptatem sequerentur:* sed *ut in ipsis sæpè voluptatibus causæ doloris orirentur.* Unde Lucretius:

> ———— *medio de fonte leporum*
> *Surgit amari aliquid quod in ipsis floribus angit.*

Curcul. A. 1. S. 3. Sic Plautus:

> ———— *Nulli est homini perpetuum bonum,*
> *Jam huic voluptati, hoc adjunctum est odium.*

Et Te-

Et Terentius: *And. A. 5. S. 5.*

— — — — — mihi immortalitas
Parta est, si nulla huic ægritudo gaudio intercesserit.

Pindaricum illud hujus loci est: *Olymp. 8.*

ἐν μιᾷ μοίρᾳ χρόνου
ἄλλοτε ἀλλοῖαι διαιθύσσοισιν αὖραι.

Uno & eodem temporis momento rapidæ interdum auræ, eæq; diversæ spirant. Et hoc ejusdem: *Nem. 11.*

ἐν σχερῷ δ' οὔτ' ὦν μέλαιναι καρπὸν ἔδωκαν ἄρουραι
δένδρεά τε οὐκ ἐθέλει πάσαις ἐτέων περιόδοις
ἄνθος εὐῶδες φέρειν, πλούτῳ ἴσον,
ἀλλ' ἐν ἀμείβοντι. καὶ
θνατὸν οὕτω ἔθνος ἄγει
μοῖρα.

Neq; deinceps nigra tellus in promptu fructum dedit, nec arbores singulis annorum revolutionibus benè olentem florem ferre divitiis similem volunt, nisi per alternationem. Eodem pacto mortales hominum vires ducit Fatum.

Hoc ergò cum nosset mulier illa Ceiensis apud Valer. Maximum, cum diu ex animi votô ac sententiâ & nunquam omninò adversam fortunam experta vixisset, diffidens semper-blandienti fortunæ, metuensque ne quid in extrema jam senectute molesti pateretur, haustô venenô mortem sibi conscivit. Sed placet audire facundissimum scriptorem. *Cùm,* inquit, *cum S. Pompejo Asiam petens Julida oppidum intrassem: fortè evenit, ut tunc summæ dignitatis ibi fœmina, sed ultimæ jam senectutis, redditâ ratione civibus, cur excedere vitâ deberet, venenô consumere se destinarit, mortemq; suam Pompeii præsentiâ clariorem fieri magni æstimarit. Nec preces ejus vir ille, ut omnibus virtutibus, ita humanitatis quoq; laudibus instructissimus, aspernari sustinuit. Venit itaq; ad eam, facundissimoq; sermone, qui ore ejus quasi è beato quodam eloquentiæ fonte manabat, ab incepto consilio nequicquam revocare conatus, ad ultimum propositum exequi passus est, quæ nonagesimum annum transgressa, cum summa & animi & corporis sinceritate, lectulo, quantum dignoscere erat, quotidiana consuetudine cultius strato recubans, & innixa cubito, Tibi quidem, inquit, S. Pompeii, Dii magis quos relinquo, quàm quos peto gratias referant:*

l. 2. c. 6.

metu, ne lascescat fortuna, semel reperto, solida felicitas non est. Plin. l. 7. c. 40.

rant: quia nec hortator vitæ meæ, nec mortis ſpectator eſſe faſtidiſti. Cæterùm ipſa hilarem fortunæ vultum ſemper experta, ne aviditate lucis triſtem intueri cogar; reliquias ſpiritus mei proſpero fine, duas filias & ſeptem nepotum gregem ſuperſtitem relictura, permuto. Cohortata deinde ad concordiam ſuos, diſtributo eis patrimonio, & cultu ſuo ſacriſq; domeſticis majori filiæ traditis; poculum in quo venenum temperatum erat, conſtanti dextrâ arripuit.

Pyth. 7. extr. Prudenter itaq; Pindarus:

> νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ
> χαίρω τι, τὸ δ' ἄχνυμαι
> φθόνον ἀμειβόμενον
> τὰ καλὰ ἔργα φαντί γε μὰν
> οὕτω κεν ἀνδρὶ παρμονίμαν
> θάλλοισαν εὐδαιμονίαν
> τὰ, καὶ τὰ φέρεσθαι.

Ob recentem quidem felicitatem gaudeo, verum & quadamtenus doleo, reputans invidiam, quæ permutare rerum proſperum ſucceſſum conſuevit. Atqui vulgatum eſt, varia homini florenti conſtituto fortuna contingere.

Immota nempè ſtat horum Alcaicorum veritas:

> *Non eſt voluptas ulla homini integra*
> *Quin dulce amaro numina temperent.*
> *Mortalium & res circumacta*
> *Inſtabili variant tenore.*

IV. Huic autem ſententiæ quicunq; experientiâ docti ductiq; ſuum adjecturi ſunt calculum: iidem, nî fallit opinio, graviter hallucinari Pindarum, immò impietatis peſſimam terere judicabunt orbitam, dùm inquit:

Sunt mala mixta bonis.

Pyth. 3.

> ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα σύν-
> δυο δαίονται βροτοῖς
> ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν
> οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν.

> *Semper uni ſunt duo*
> *Bono malæ à Diis annexa ſummis,*
> *Ferre quæ ſtulti probè nequeunt.*

Pindaro subscribit Philemon vetus Poëta:

τοιοῦτος ὁ βίος ἐστὶν ἀνθρώπου γυνή
εὐφραινόμεσθ' ἔλαττον ἢ λυπούμεσθα.

Talis est, ô mulier, humana vita,
Paucioribus gaudiis fruimur quàm dolore & mœstitiâ.

Ejusdem notæ est Aristophanis querela: *Acharnens.*

ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν
ἥσθην δὲ βαιά, πάνυ δὲ βαιά τέτταρα
ἃ δ' ὠδυνήθην ψαμμακοσιογάργαρα.

Quàm multa sunt quæ assiduè cor mordent meum?
Quàm rara, quibus oblector! ea rara admodum,
Vix quatuor: quæ verò dolorem mihi ferunt,
Innumera sunt, & montem arenæ æquant.

Eadem quoq; Alcumenæ mens est apud Comicorum principem: *Amphitruo. A. 2, S. 2.*

Satin parva res est voluptatum in vita
Atq; in ætate agunda
Præ quàm quod molestum est: ita cuiq; comparatum
Est in ætate hominum,
Ita Dîs est placitum voluptatem ut mæror comes sequatur:
Quin incommodi plus maliq; illico assit, boni si obtigit quid.

Consentit Mysis Terentiana: *Andr. A. 4, S. 3.*

Facile hic plus mali est, quàm illic boni.

Juvenalis quoq;: *Sat. 10.*

——sed quæ præclara & prospera tanti,
Ut rebus lætis par sit mensura malorum?

Plinius: *Quid quod bona malis paria non sunt etiam pari numero: nec lætitia ulla minimo dolore pensanda.* Huic cœtui accensendus & Plutarchus, cum inquit: πολλῷ πλείονα τὰ κακὰ (τῶν ἀγαθῶν) καὶ τὰ μὲν μόλις καὶ διὰ πολλῶν φροντίδων κτώμεθα, τὰ δὲ κακὰ πάνυ ῥᾳδίως. στρογγύλα γὰρ εἶναί φασι ταῦτα καὶ συνεχῆ καὶ πρὸς ἄλληλα φερόμενα κατὰ πολλὰς αἰτίας. τὰ δ' ἀγαθὰ, διεχῆ τε καὶ δυσκόλως συνερχόμενα πρὸς αὐτοῖς τοῦ βίου τοῖς τέρμασι. *Multò plura sunt mala quàm bona: quorum hæc difficulter & multis impensis curis consequimur: illa ultrò facilimè obtingunt. Ferunt enim mala esse teretia ac continua* *l. 7. c. 40.*

inter se, invicemq́; sese multis de causis insequentia: bona verò dejuncta, & quæ difficulter sub ipsum vitæ terminum coëant.

l. 1. Anthol. εἰς ἀνθρωπ. βίον. Ex hac officinâ prodiit hoc Epigramma Græcum incerti auctoris:

πῶς τις ἄνευ θανάτου σε φύγοι, βίε; μυρία γάρ σου
λυγρά, καὶ οὔτε φυγεῖν εὐμαρὲς, οὔτε φέρειν.
ἡδέα μὲν γάρ σου τὰ φύσει καλά, γαῖα, θάλασσα,
ἄστρα, σεληναίης κύκλα, καὶ ἠελίου.
Τἆλλα δὲ πάντα, φόβοι τε καὶ ἄλγεα, κἤν τι πάθῃ τις
ἐσθλὸν, ἀμοιβαίην ἐκδέχεται νέμεσιν.

Non mihi, vita, patet, te dein tua dona revolvens
Quæ mala tot fugiam, vel tolerare queam.
Allicis aspectu blandò more, tellus & æther,
Cynthius ac Phœbe, sydera quaq; poli.
At, rogo, quis contrà numeret mala cuncta vicissim
Vltrix non æquâ quæ mihi lance refers.

de ext. Hom. vilit. Eandem quoq; telam texuit D. Gregorius:

εἰ γάρ κεν ὅσα τερπνὰ καὶ ὁππόσα λυγρὰ βίοιο
Ἀντιταλαντεύοις μέσσα ταλαντ' ἐρύων
πολλῶν κεν βρίθουσα κακῶν ἐπὶ γαῖαν ἵκοιτο
πλάστιγξ, ἡ δ' ἀγαθῶν, ἔμπαλιν ὕψι θέοι.

Etenim si omnes hujus vitæ jucunditates cum ejusdem ærumnis molestiisq́; perpenderis, lanx certè illa, quæ mala continentur, multis partibus præponderabit: Ac contrà lanx ea, in qua vitæ commoda existunt, levi-
de vita Itin. *tate sua sursum tendet.* Et alibi:

πολλαὶ μὲν βιότοιο πολυτλήτοιο κέλευθοι
Ἄλλος δ' ἀλλοίοις πήμασι συμφέρεται:
Κοὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι καλὸν, κακότητος ἄμικτον
εἴθε δὲ μὴ τὰ λυγρὰ πλείονα μοῖραν ἔχει.

Multæ quippè ærumnosæ vitæ hujus viæ sunt, aliusq́; cum aliis rerum difficultatibus calamitatibusq́; conflictatur: nec ullum apud homines bonum est, quod non aliquid vitii admixtum habeat. Atq; utinam non majorem quoq; partem mala sibi vendicarent.

V. Sed bona plura malis. Verùm enim verò, hos omnes meliorum oblitos, fortunam suam quâ deterior est aspexisse, verosimile est: quos plerumq; plurimum malis suis adjicere, ac sibi ipsis mentiri, quodam in loco ait Romanus sapiens. De quibus usurpes illud
Epist. 18. Menandri:

Τὰ δο-

Τὰ δυσχερῆ γὰρ, καὶ τὰ λυπηρὰ σὺ
ὁρᾷς ἐν αὐτῷ. τὰ δ' ἀγαθὰ δ' οὐκ ἐμβλέπεις.

Nam tristia atq; acerba sensibus tuis
Vides in ipso te: bona autem non vides.

Sed Plutarchum hos audire velim: καὶ δεινὸν ἔτι ἑτέρους μὲν ἄλλους ἀκιλᾶς τὴν σὴν τύχην καὶ ταύτην προσούσης ἐφ' ᾗ νῦν ἀνιώμεθα, σὲ δ' ἐγκαλεῖν, καὶ δυσφορεῖν παρούσης, καὶ μηδ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ δάκνοντος αἰσθάνεσθαι πηλίκας ἔχει τὰ σωζόμενα χάριτας ἡμῖν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ τοὺς ἀκεφάλους καὶ μειούρους ὁμήρου στίχους ἐκλέγοντες, τὰ δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα τῶν πεποιημένων ὑπὲρ αὐτῶν παρορῶντες, οὕτως ἐξακριβοῦν καὶ συκοφαντεῖν τοῦ βίου τὰ φαῦλα, τοῖς δὲ χρηστοῖς ἐνάρθροις καὶ συγκεχυμένοις ἐπιβάλλοντες, ὅμοιόν τι τοῖς ἀνελευθέροις καὶ φιλαργύροις πάσχειν, οἳ πολλὰ συνάγοντες οὐ χρῶνται παροῦσιν, ἀλλὰ θρηνοῦσι καὶ δυσφοροῦσιν ἀπολομένων. *Turpe verò fuerit, cum alii tuam exoptent fortunam, etiam cum hôc, quod nunc nobis molestiam adfert, conjunctam, te eam præsentem vituperare: neq; ex ipsô calamitatis morsu sentire, quantùm habeant gratiæ, ea quæ supersunt. An sicut nonnulli capite vel fine carentes, Homeri versus seligunt, multis interim tot atq; præclaris ejus poëmatum partibus supinâ oscitantiâ præteritis: ita incommoda vitæ calumniose conquiremus, & enumerabimus, commodis promiscuè neglectis? imitabimurq; avaros & sordidos homines, qui multa ubi quæsiverunt, non utuntur partis, sed amissa deplorant.* Ea fini idem eleganter: αἱ μὲν γὰρ, inquit, ἰατρικαὶ σικύαι τὸ φαυλότατον ἐκ τοῦ σώματος ἀναλαμβάνουσαι κουφίζουσι καὶ σώζουσι τὸ λοιπόν. αἱ δὲ φιλόλυποι καὶ φιλαίτιοι, τὰ χείριστα τῶν ἰδίων συνάγειν ἀεὶ καὶ διαλογίζεσθαι καὶ προσπεπτηκέναι τοῖς ἀνιαροῖς, ἄχρηστα καὶ τὰ χρήσιμα ποιοῦσιν ἑαυτοῖς, ἐν ᾧ μάλιστα καιρῷ βοηθεῖν πέφυκε. τοὺς γὰρ δοιοὺς πίθους, ὦ φίλε, οὓς ὅμηρος ἔφη κηρῶν ἐμπλείους ἐν οὐρανῷ κεῖσθαι, τὸν μὲν ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαύλων, οὐχ ὁ Ζεὺς ταμιεύων κάθηται, καὶ μεθιεὶς τοῖς μὲν ἤπια καὶ μεμιγμένα, τοῖς δὲ ἄκρατα ῥεύματα τῶν κακῶν. ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν οἱ μὲν νοῦν ἔχοντες ἐκ τῶν ἀγαθῶν τοῖς κακοῖς ἐπαρυτόμενοι τὸν βίον ποιοῦσιν ἡδίω καὶ ποτιμώτερον, τοῖς δὲ πολλοῖς ὥσπερ ἠθμοῖς ἐμμένει καὶ προσίσχεται τὰ φαυλότατα, τῶν βελτιόνων ὑπεκρεόντων. *Nam cucurbitulæ Medicorum humorem è corpore pessimum ad se trahentes, allevant & servant reliquum. Qui verò ægritudini animi nimis sunt dediti, ii, dum pessima quæq; suarum rerum conquirunt, de iis secum sibi soli disputant, inhærentq; iis unde ad ipsos molestia pervenit: ii etiam ea, ex quibus utilitatem capere poterant, inutilia sibi reddunt. Quo quidem tempore potissimum iis opitulandum est: Duobus enim istis doliis, quæ fatalium eventuum plena Homerus in cœlo ait jacére: non Jupiter promus adhibet, ut aliis lenia & temperata, aliis sincera malorum exhibeat fluenta. Sed nostrûm unusquisque, si sapimus,*

Consol. ad uxor.

l. de Exsul.

haurientes de bonis quò mala temperemus, vitam facimus jucundiorem & tolerabiliorem: ceteris tanquam colis & cribris intus manent atq; inhærent, optimis per foramina aut rimas ejectis.

Ecquis autem non, iterum dico, impietatis reum faciat Pindarum, quosq; paulò antè audivimus πιθηκίζειν? DEUS enim, qui ipsa Bonitas est, levissimam etiam jacturam compensat bono potiori. Quod probè agnovit Theseus Euripideus:

Supplicib. ў. 196.

——ἔλεξε γάρ τις· ὡς τὰ χείρονα
πλείω βροτοῖσίν ἐστι τῶν ἀμεινόνων.
ἐγὼ δὲ τούτοις ἀντίαν γνώμην ἔχω.
πλείω τὰ χρηστὰ τῶν κακῶν εἶναι βροτοῖς
εἰ μὴ γὰρ ἦν τόδ', οὐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει.

——*Dixit autem quidam: mala*
Plura esse quàm bona in vita mortalium.
Ego verò his contrariam habeo sententiam,
Plura bona esse quàm mala hominibus.
Nam si hoc non esset, nos hoc non frueremur lumine.

ўſ. 471. Idem Hippolytô:

Ἀλλ' εἰ τὰ πλείω χρηστὰ τῶν κακῶν ἔχεις
Ἄνθρωπος οὖσα κάρτα γ' εὖ πράξειας ἄν.

Sed si habes plura bona quàm mala
Cum sis homo, præclare agitur tecum.

Quò traho illud Martialis:

lib. 11. Epigr. 34.

Triginta mihi quatuorq; messes
Tecum, si memini, fuêre Juli:
Quarum dulcia mixta sunt amaris
Sed jucunda tamen fuêre plura.
Et si calculus omnis * *huc & illuc*
Diversus bicolorq; digeratur:
Vincet candida turba nigriorem.

* *adi Plin. l. 7. c. 40.*

Id quod à vero proximiùs abesse arbitror, quàm hoc Scaligeri:

5. Epid.

Si candidus enumerabit dies lapillus,
Qui commoda vitæ placido sole reducunt:
Nullus niger in litore luceat lapillus.

Revera

Revera enim: 5. Trist. 8.

Si numeres anno, soles & nubila, totò,
Invenies nitidum sæpius isse diem.

Qui autem verum hoc esse dubitat, quidni eàdem operâ

Ostendi solem postulat ille sibi.
Nec frondes silvis, nec aperto gramina campo
Mollia, nec pleno flumine cernit aquas.

CAPUT II.

Videri in eodem erroris luto cum Pindaro hærere eos, qui de Hominis natura & conditione abjectius, quàm par est, sentiunt: perhibentes, vilem [1] & abjectam esse nascendi originem. Lachrymosum [2] in lucem ingressum. Laboriosum [3] & ærumnosum vitæ progressum. Miseram [4] & umbratilem felicitatem, &c. Attestari [5] vetus verbum: Optimum non nasci, &c: quod præsentium temporum [6] injuria illustratur. Hinc de Thracum [7] consuetudine, natales hominum fletu; exequias, hilaritate celebrantium.

Æterùm ex Pindaricâ Scholâ prodiisse mihi videntur quicunq; ad pauca tantùm respicientes, Hominem nobile illud Naturæ opus, itemq; optimum & commendatissimum, infrà aliorum sortem & conditionem longissimè abjiciunt: Bona & commoda quibus cumulatissimè ornatus est, cum incommodis, si quæ fortè illis commixta sunt, iniquâ prorsus lance ponderantes. Sen. 1. Ira. 5

Odyss. Σ. Inter quos agmen mihi ducat Homer. quo auctore

'Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο
πάντων ὅσσά τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει.

Quicquid alit tellus, quicquid mare, quicquid & aër,
Nil homine infirmum magis est.

Ad quem scopum collineat Aristoteles, cui hæc adscribuntur: τί γὰρ ἐστιν ἄνθρωπος; ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκών, φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ, τὸ δὲ λοιπὸν, φλέγμα καὶ χολή. *Quid Homo? imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ ludicrum, mutationis imago, invidiæ & calamitatis trutina: cætera pituita & bilis.*

Consol. ad Marc. 11. Ex hoc fonte hominis descriptionem hausit Seneca: *Quid est homo? imbecillum corpus & fragile, nudum, suapte naturâ inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum: cum benè lacertos exercuit, cujuslibet feræ pabulum, cujuslibet victima, ex infirmis, fluidisq; contextum, & lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, æstus, laboris impatiens: ipsô rursus situ & otiô iturum in tabem, alimenta metuens sua, quorum modo inopiâ, modò copiâ rumpitur: anxiæq; solicitæq; tutelæ, precarii spiritus & malè hærentis, quem pavor repentinus, aut ex improviso sonus auribus gravis excutit: soli semper sibi nutrimentum vitiosum & inutile.* Plinii verba, Sidonii & aliorum, qui per eandem lineam serram reciprocant, infrà referendi occasio erit. Eodem navigant flumine Hexametri Bernardi Morlanensis, Monachi Ordinis Cluniacensis (qui claruit Anno 1140.) ex quibus nonnullos ob libri raritatem lubet adscribere:

lib. 1. de contemtu mundi.

Flatus homo levis, atq; vapor brevis, ad breve paret,
Paret & enitet, illicò delitet, herba fit, aret.
Flens homo nascitur, & citò tollitur, efflat, humatur,
Stat breve, mox cadit, est modo, cras abit, hic breve flatur;
Turbo levissimus, atq; brevissimus est homo flatus,
Hic caput exerit, emicat, interit, est quasi bulla.
Bulla citatius aura fugacius haud fugit ulla.
Est caro terrea, terraq; carnea, fumus, imago,
Massa putredinis, unda voraginis, immò vorago,
Dum sibi cælitus influit halitus, est rosa, floret.
Dum vapor abfuit, illicò corruit, infimus horret, &c.

Sed in-

Sed in rem præsentem ire, eamq; mentis oculis paulò propius admotis, diligentiùs intueri libet. Ac primùm quidem nascendi necessitatem, sivè originem nostri processûs conceptumq;, si quis secum perpendat, is perspectâ ejus fœditate, non immeritò cum Plinio dementiam eorum admirabitur, qui ab ejusmodi initiis se ad superbiam genitos putant. Sanè fœditatem nostræ originis vivis coloribus depinxit Innocentius III. Pontifex Romanus, quem Hieron. Megiserus raræ eruditionis fuisse scribit, & Phil. Ludovic. *summorum Pontificum doctissimum, & doctissimorum summum vocat*. Sic autem ille: *Formatus est homo de luto, de pulvere, de cinere, quodq; vilius est, de spurcissimo spermate, conceptus in pruritu carnis, in fervore libidinis, in fœtore luxuriæ, quodq; deterius est, in labe peccati. Neq; in una tantùm iniquitate, non in uno tantùm delicto, sed in multis iniquitatibus, in multis delictis. Quis enim est, qui nesciat concubitum etiam conjugalem nunquam omninò committi sinè carnis pruritu, sinè fervore luxuriæ, sinè fætore libidinis? Unde semina concepta vitiantur & fædantur, è quibus anima tandem infusa contrahit labem peccati, maculam culpæ, sordes iniquitatis, sicut è vase corrupto liquor infusus corrumpitur, & pollutum contingens ex ipso contactu polluitur. O gravis necessitas & infelix conditio! Antequam peccamus, peccato constringimur, & antequam delinquimus, delicto tenemur. Porrò conceptus infans sanguine menstruô nutritur, qui fertur esse tam detestabilis & immundus, ut ad ejus contactum fruges non germinent, arescant arbusta, moriantur herbæ, arbores fœtus amittant, & si canes inde comederint, in rabiem agantur.*

I. *confer Nanc. Anal. Micr. ad Macr. lib. 13. Probl. 14. Proœm. lib. 7. lib. 1. de mis. hom. c. 2. & seq in Iconib. & vit. Papar.*

Pertinet huc Palladæ carmen: *lib. 1. Epigr. Græcor. tit. εἰς ὑπερηφανίαν.*

Ἂν μνήμην ἄνθρωπε λάβῃς ὁ πατήρ σε τί ποιῶν
  Ἔσπειρεν, παύσῃ τῆς μεγαλοφροσύνης.
Ἀλλ' ὁ Πλάτων σοι τῦφον ὀνειρώσσων, ἐνέφυσεν
  ἀθάνατόν σε λέγων καὶ φυτὸν οὐράνιον.
Ἐκ πηλοῦ γέγονας, τί φρονεῖς μέγα; τοῦτο μὲν οὕτως
  εἶπ' ἄν τις κοσμῶν πλάσματι σεμνοτέρῳ.
εἰ δὲ λόγον ζητεῖς τὸν ἀληθινὸν, ἐξ ἀκολάστου
  λαγνείας γέγονας, καὶ μιαρᾶς ῥανίδος.

Quid Pater egit, homo, cum te tuus ederet olim,
Si recolas, tumidâ mente ferêre minus.

Sed

Sed Plato te fastu complet, dum cœlitus ortum
Somniat, ætherea stirpis & esse genus,
Nate luto. Nam quid turges? sic plasmate dicet
Si quis honestatum nobiliore velit.
Quin si vera petis, te flagitiosa cupido
Sevit, & è spurco vita liquore tua est.

de Nat. hum. Allusisse huc videtur D. Gregorius:

εἰκὼν εἰμὶ θεοῖο, καὶ αἴσχεος υἱὸς ἐτύχθην,
Αἰδέομαι ἡμᾶς μητέρα μαχλοσύνην
Ῥεῦσις γὰρ μ' ἐφύτευσεν, ὃ δ' ἔφθιτο, νῦν βροτὸς, αὖθις
Οὐ βροτὸς, ἀλλὰ κόνις. ἐλπίδες ὑστάτιαι.

Imago sum Dei, & obscænitatis filius factus sum. Est itaq; cur me pudeat, libidinem honoris dignitatisq; matrem habere. Genitali quippe profluvio natus sum, quodq; corruptum erat, nunc homo est: rursus autem non homo, sed pulvis erit. En spes nostras postremas.

Et hoc etiam nobis inculcant Hebræorum sapientes, qui, ut omnem effugiamus peccandi occasionem, tria nobis assiduè meditanda esse tradunt: Ortum, Interitum, Judicem. Sed verba ipsa Rabbi Akabiæ filii Mahalaliel, cum à præsenti instituto

פרקי אבות c. 3. non aliena sint, in gratiam φιλεβραίων non piget adscribere:

הִסְתַּכֵּל בִּשְׁלֹשָׁה דְבָרִים וְאֵין אַתָּה בָא לִידֵי
עֲבֵרָה דַּע מֵאַיִן בָּאתָ וּלְאָן אַתָּה הוֹלֵךְ
וְלִפְנֵי מִי אַתָּה עָתִיד לִתֵּן דִּין וְחֶשְׁבּוֹן מֵאַיִן בָּאתָ
מִטִּפָּה סְרוּחָה וּלְאָן אַתָּה הוֹלֵךְ לִמְקוֹם עָפָר רִמָּה
וְתוֹלֵעָה וְלִפְנֵי מִי אַתָּה עָתִיד לִיתֵּן דִּין וְחֶשְׁבּוֹן
לִפְנֵי מֶלֶךְ מַלְכֵי הַמְּלָכִים הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא:

H. e. si verbum ferè verbô reddas: *Considera tres res, & non venies in manus transgressionis. Cognosce unde veneris: & quò tandem sis abiturus: coram quo etiam oportebit te tandem judicium & rationem reddere. Unde venisti? ex guttula sordida. Quò tandem abis? ad locum pulveris & vermium. Et coram quo futurum est ut rationem reddas? coram rege, qui rex est omnium regum, qui scil. est sanctus Deus benedictus.*

Post

Post immensos autem matris dolores & atrocissimos cruciatus, abjectum hoc sive animal, sive monstrum potiùs, cujus totus orbis ambitionem non capit, fletu spectatores salutat, neq; oratione primas agit partes, sed lacrumis. II. D. Heinsius Orat. 14.

Lucretius eleganter: lib. 5.

Tum porrò, puer, ut sævis projectus ab undis
Navita, nudus humi jacet, infans indigus omni
Vitaï auxilio: cùm primùm in luminis oras
Nixibus ex alvo matris natura profudit;
Vagituq; locum lugubri complet ut æquum'st,
Cui tantum in vita restet transire malorum.

Verè Lactantius: *Infans conditionis suæ fragilitatem ploratu ominatur.* Et Plato: κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλαίει τὸ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρξάμενον: *Natus in lucem infans, plorat, & vitam ab ærumnis orditur.* De opif. 3. Axiochô.

Græcus Poëta, Palladas: I. Epigr. tit. 13.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω·
Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.

In lacrymis lucem vidi, in lacrymis quoq; linquo,
In lacrymis vita est tota peracta mihi.

Vel:

Flens veni in terras & flens discedo, fuitq;
Dum vixi, fletus vita, dolor, gemitus.

Et hinc effictum est Epitaphium Anconitanum, quod refertur à Camerario: Cent. 1. horar. succis. c. 26.

Flens primum has auras hausi puer omine diro
Flebilis ereptâ vita fuit patriâ.
Nunc quoq; flens morior, ne quid non flebile restet:
Hæc est humani conditio generis.

Plinius locô suprà laudatô *Hominem nudum natura, (quam non satis est æstimare, parens melior homini, an tristior noverca fuerit) & in nudâ humo, natali die abjicit ad vagitus statim & ploratum, nullumq; tot animalium aliud ad lacrymas, & has protinus vitæ principio.*

Seneca: *Non vides qualem vitam nobis rerum natura promiserit,* Consol. ad Polyb. c. 23.

quæ primum nascentium omen fletum esse voluit? Hoc principio edimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit: sic vitam agimus.

lib. 1. de mis. hom. c. 6. De hoc infantum planctu ita disserit Innocentius: *Omnes nascimur ejulantes, ut naturæ miseriam exprimamus. Masculus enim recens natus dicit A. fœmina E. Dicentes E vel A quotquot nascuntur ab EVA. Quid est igitur Eva, nisi heu ha? Utrumq; dolentis est interjectio, doloris exprimens magnitudinem.* Hoc ab Innocentio mutuatus est J. Ludovic. Vivald. *Vir natus voce clamat O A fœmina vero O E. Quasi masculus dicat, ò Adam, quare peccasti? quia pro te patior miseriam infinitam! & fœmina dicat in suo lamentabili cantu, ò Eva, quare peccasti? nam tuo peccato sum passura miserabilem vitam in hoc mundo!*

III. Universa, porrò, vitæ ratio, ex Regii Prophetæ effatô, labor est & dolor. Totius enim vitæ cursus, ab ejus inde principio, per omnes ætatum partes, annorumq; seriem, ad extremam usq; vitæ lineam, variis variorum affectuum & perturbationum procellis, mirè ac miserè jactatur & exagitatur: In cujus rei fidem non piget adscribere Aurei oris & Doctoris elegantissima

Homil. 83. in Matth. verba: πέλαγος γάρ ἐστι πλατύμενον ὁ παρὼν βίος: καὶ ὥσπερ ἐν τῇ θαλάττῃ ταύτῃ διάφοροί εἰσι κόλποι διαφόρους ἔχοντες χειμῶνας. καὶ ὁ μὲν αἰγαῖος διὰ τὰ πνεύματα ἐστὶ χαλεπός. ὁ δὲ πορθμὸς ὁ τυρρηνικὸς, διὰ τὴν στενοχωρίαν. ἡ δὲ χάρυβδις ἡ πρὸς τὴν λιβύην, διὰ τὰ τέναγα. ἡ προποντὶς ἡ ἔξω τοῦ εὐξείνου πόντου, διὰ τὸ ῥαγδαῖον καὶ ῥόθιον. τὰ ἔξω γαδείρων, διὰ τὴν ἐρημίαν, καὶ τὸ ἄτριβες, καὶ ἀνιστόρητον τῶν τόπων, καὶ ἄλλο μέρος δι' ἕτερα. οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας. Καὶ πρῶτον πέλαγός ἐστιν ἰδεῖν, τὸ τῆς παιδικῆς ἡλικίας, πολὺν ἔχον τὸν σάλον. διὰ τὸ ἀνόητον, διὰ τὴν εὐκολίαν, διὰ τὸ μὴ πεπηγέναι. διὰ τοῦτο καὶ παιδαγωγοὺς καὶ διδασκάλους ἐφιστῶμεν, τὸ λεῖπον τῇ φύσει διὰ τῆς ἐπιμελείας εἰσφέροντες, ὥσπερ ἐκεῖ διὰ τῆς τέχνης τῆς κυβερνητικῆς. μετὰ ταύτην τὴν ἡλικίαν, ἡ τοῦ μειρακίου διαδέχεται θάλαττα, ἔνθα σφοδρὰ τὰ πνεύματα, καθάπερ ἐν τῷ αἰγαίῳ τῆς ἐπιθυμίας ἡμῖν αὐξανομένης. καὶ αὕτη μάλιστα ἡ ἡλικία διορθώσεως ἔρημος. οὐ διὰ τὸ ἐνοχλεῖσθαι μόνον σφοδρότερον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τὰ ἁμαρτήματα μὴ ἐλέγχεσθαι. Καὶ γὰρ καὶ διδάσκαλος καὶ παιδαγωγὸς λοιπὸν ὑπεξίσταται. ὅταν οὖν τὰ μὲν πνεύματα σφοδρότερα πνέῃ, ὁ δὲ κυβερνήτης ἀσθενέστερος ᾖ, καὶ ὁ ἀμύνων μηδεὶς ᾖ, ἐννόησον τοῦ χειμῶνος τὸ μέγεθος. μετὰ ταῦτα πάλιν ἕτερον μέρος τῆς ἡλικίας τὸ τῶν ἀνδρῶν ἔπεισιν, ἐν ᾧ τὰ τῆς οἰκονομίας ἐπίκειται. ὅτε γυνὴ καὶ γάμος, καὶ παιδοποιΐα. καὶ οἰκίας προστασία. καὶ αἱ πολλαὶ τῶν φροντίδων νιφάδες. τότε καὶ φιλαργυρία ἀνθεῖ καὶ βασκανία, &c. *Pelagus est longe lateq; protensum hæc vita: & quemadmodum in mari universo sinus diversi, aliis atq; aliis tempestatibus commoventur: velut Ægeum ventis exasperatur: Tyrrhænum vero fretum propter angustias: Charybdis autem quæ est Lybien versus,* propter

propter stagna syrtis & brevia: Propontis quæ extra Pontum Euxinum est magnitudine fluctuum atq; impetu: Hispanicus Oceanus, quia invius carentiâ portuum, & locorum ignorantiâ intricatus, difficilis est navigantibus; similiter alia Pelagi pars aliis de causis: sic & in vita nostra fieri videmus. Nam primùm in ea pelagus statim videre licet puerum ætatis conditione, quæ multis ac magnis procellis exagitatur: tum quia mens imbecilla est, tum quia nullâ firmitate adhuc roboratur, sed huc atq; illuc flectitur. Quapropter pædagogos illis & magistros præficimus, ut defectus naturæ diligentiâ suppleat, veluti & in navigando gubernatoris artificiô maris asperitas superatur. Adolescentium fluctus pueritiæ succedunt, qui vehementioribus sicut Ægæum Pelagus exagitantur concupiscentiæ ventis: quæ quidem ætas potissimùm correctione destituitur, non solùm quia majoribus turbationum fluctibus caditur; verùm etiam quia peccata non redarguuntur, cum & magister & pædagogus subtrahantur. Cùm igitur majore turbine venti spirent, & gubernator sit imbecillior, nemoq; alius tutor adsit atq; defensor, considera tempestatis magnitudinem. Virilis tertium locum ætas occupat, quam rerum omnium dispensatio maximè urget, quando uxor, nuptiæ, procreatio poli... familiæ gubernatio, & immentem plurimæ innumeræq; curæ veniunt, quando avaritia & invidia maximè vigent. Quem Chrysostomi locum antè oculos habuisse mihi videtur auctor Carminis incertus, de misera humanæ vitæ conditione:

Vitæ, ecce, quicquid currimus, mare est mali:
Quod vanitate effervet & doloribus,
Infans inermis, nudus absq; viribus,
Complêta lunæ post novena cornua,
Laborioso nixu ab alvo extruditur.
Mox vincla profert, & tenella fasciis
Membra implicatur: triste quod præsagium
Est servitutis imminentis: quæ recens
In lucis oras editum occupans premit.
Hinc fari ut occæpit, statim jugum
Novum induit, nubemq; herilis expavet
Supercilii, & linguæ magistræ verbera.
Ætas virum firmata cùm jam fecerit,
Facem & flagellum luctuum Erynnis quatit:

Hinc uxor urget: hinc jugalis pignora
Tori lacessunt, queis cibum & cultum paret.
Huc spe allicit lucrum, huc metu damnum rapit,
Curamq; cura, fluctus ut fluctum excipit.
Obrepit his senecta furtim ævo obsita,
Effœta, corpus artuum gelu tremens;
Delira mentem, liberorum opprobrium,
Crux atq; tabes milvis nepotibus.
Et certa, firma, optata speres hic homo?
Homo umbra, fumus, somnium, bulla & cinis!
Quid ô miser, quid intumescis, & graves
Minace fastus ore fers homo? omnium
Quodcunq; terrâ vel mari spirat, nihil
Sol igneo te vidit orbe desuper
Magis caducum, & imbecillum & futile.
En castra & hostem, en arma! Te mundus, Satan,
Opes, voluptas agminatim provocant:
Pugnam & malum tibi ominantur exitum.

Cæterùm vitæ nostræ rationem, cum procellosi maris æstu alii etiam eleganter compararunt. Inter quos omnium elegantissimè M. Basilius: πολλαχοῦ γὰρ ὕδατα καὶ θάλασσαν, τὸν βίον τοῦτον εὑρίσκομεν ὑπὸ τῆς γραφῆς ὀνομαζόμενον, ὡς ἐν τῷ ψαλμῷ· ἐξαπέστειλεν ἐξ ὕψους, καὶ ἔλαβέ με, προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. πρόδηλον γὰρ, ὅτι τὴν ταραχὴν τοῦ βίου, ὕδατα λέγει. οὔτε γὰρ τὰ δεξιὰ καὶ περισπούδαστα τοῖς πολλοῖς, τὸ στάσιμον καὶ μόνιμον ἔχει. οὔτε τὰ περιστατικὰ τῶν πραγμάτων καὶ κατηφῆ, πάγιος ἵδρυσις· ἀλλὰ πάντα σάλου ἐστὶ καὶ κλόνου καὶ μεταβολαῖς ἀδοκήτοις ὑπόκειται. ὥσπερ οὖν θάλασσαν ἀμήχανον τὴν αὐτὴν ἐπὶ πολὺ διαμεῖναι. τὴν γὰρ νῦν λείαν καὶ σταθερὰν, μικρὸν ὕστερον ὄψει βιαίοις ἀνέμοις τραχυνομένην, καὶ μέντοι καὶ τὴν ἀγριαίνουσαν καὶ βρεμομένην τῷ κλύδωνι, βαθεῖαν γαλήνην ταχὺ καταστορέσουσαν· οὕτω καὶ τὰ τοῦ βίου πράγματα ῥᾳδίως λαμβάνει τὰς περιστροφὰς ἐφ' ἑκάτερα. *In multis locis invenimus vitam hanc aquas & mare à scriptura appellatam. Velut in Psalmo: Emisit ex alto, & capit me, suscepit me ex aquis multis. Manifestum est enim, quòd turbas vitæ, aquas dicit. Nam neq; res secundæ, & quarum studio pleriq; tenentur, stabilitatem & diuturnitatem habent: neq; calamitates ac res tristes firmam sedem habent: sed omnia fluctibus ac turbationibus, & improvisis mutationibus subjecta sunt. Quemadmodum igitur impossibile est, mare diu in eodem statu permanere, quod enim nunc leve & tranquillum est; paulo post videbis violentiâ ventorum exasperatum, & tamen etiam efferatum ac undis effervescens, altera tranquillitas*

Homil. in princ. Prov.

Ps. 17. v. 17.

quillitas statim sedat: sic etiam res humanæ vitæ facilem in utramq; partem conversionem accipiunt.

Nec abludit ab his Epigramma Græcum Palladæ: *lib. 1. Epigr.*

πλοῦς σφαλερὸς τὸ ζῆν· χειμαζόμενοι γὰρ ἐν αὐτῷ
πολλάκι ναυηγῶν πλείομεν οἰκτρότερον.
τὴν δὲ τύχην βιότοιο κυβερνήτειραν ἔχοντες
ὡς ἐπὶ τοῦ πελάγους ἀμφίβολοι πλέομεν.
οἱ μὲν, ἐπ' εὐπλοΐην, οἱ δ' ἔμπαλιν. ἀλλ' ἅμα πάντες
εἰς ἕνα τὸν κατὰ γῆς ὅρμον ἀπερχόμεθα.

Vita rapit miseros scapha ceu vicina periclis,
Naufragus ærumnis quâ patet assiduis.
Inconstans regit hanc fortuna volubilis, errans,
Nec nisi per gyros & unda cæca trahit.
Navigat hinc felix alius, sorte alter iniquâ
Cuiq; tamen pulvis, tumbaq; portus erit.

Billius quoq; non invenustè: *l. 2. Anthol. 37.*

Vita mari est similis namq; ut mare, vita procellas
Hæc habet, & ventos, naufragiumq; frequens.
Nil stabile in vita, nec in æquore cernitur unquam:
Saxa habet, & conchas, ut mare, vita leves.
Qui prorsus gravitate carent, rebusq; sinistris
Franguntur, conchas hos ego jure voco.
At mihi sunt firmæ rupes, sunt saxa, movere
Quos nequit è recti, sæva procella, gradu.

Eandem de miseria humana serram reciprocavit quoquè G. Remus, immortale quondam urbis nostræ decus, in Biante Christiano:

Vita quid hac? Miscella malorum: vita misella
Fiscella calamitatum.
Res, homo, pertenuis, fumóq;, umbráq; volanti
Simillimus: Ah cinis est homo!
Vita caduca; Eheu! variè immutatur in horas
Mel myrrhinum; aloës saccharum.
Solvitur interdum risu: ocyus ast ululatu
Plangit miserias lugubri

Adfixus lecto hæret Homo; modo latius abundat,
Luxuriat, ut volens mala
Ipse suo accersat prudens sibi mille caballo
Caculus adeo strenuè, &c.

In Epist. Parænet. Horum omnium veluti summam colligit Eucherius: *Quid tàm infidum, tàm varium, tàm calamitosum, quam vita istius cursus est? quæ plena laboris, plena solicitudinis, plena curarum est? quæ per ancipites distracta casus, fit corporis vexationibus inquieta, animi angoribus anxia, & periculorum turbinibus incerta, &c.*

Περὶ τῆς τ̃ βίου ματαιότητος, &c. Et horum quidem consideratio D. Nazianzeno hoc extorsit desiderium:

ἤθελον ἢ πέλεια τανύπτερος, ἢ χελιδὼν
ἔμμεναι, ὥς κε φύγοιμι βροτῶν βίον, ἢ ἐπ' ἐρήμην
Ναιέμεν θήρεσσιν ὁμέστιος. Hoc est, Jacobo Billio interprete:

O utinam vel hirundo forem, vel more columbæ
Aera dividerem pennis, ut perpete cursu
Labilis effugerem miseranda pericula vitæ.
Jerem. 9. 2. *Aut ego deserto versarer solus in antro,*
Cumq; feris agerem.

Octav. Huic non absimilis est Senecæ lamentatio:

Quis mea digne deflere potest
Mala? quæ lacrymis nostris questus
Reddet Aedon? cujus pennas
Utinam miseræ mihi fata darent.
Fugerem luctus ablata meos
Penna volucri, procul & cœtus
Hominum tristes, cædemq; feram.
Sola in vacuo nemore, & tenui
Ramo pendens, querulò possem
Gutture mœstum fundere murmur.

IV. Quòd si non tantùm felicitatis, si quæ est, humanæ umbram, quàm brevis, vana & inanis illa sit: sed vitæ etiam, seu temporis illius fruendi nobis concessi, momentaneam usuram consideres: non miraberis principem Prophetarum hanc quidem fœno; illam verò, herbaceo & fugaci flori comparare:

Audi

Audi clamantem cum magnâ voce Prophetam, S. Orientius in Monitis.
Seu mandata legis pristina, sive nova:
Quæ latet in vultu est? fœnum omnem credite carnem,
Quippè ut flos fœni, gloria carnis erit.
Nam veluti flores æstus meus, atterit æstus,
Confundunt imbres, fortior aura rapit:
Sic vultum, quandoq; placet, consummere tempus,
Et tumor & livor despoliare potest.
Atq; ipsam ut taceam, quæ conterit omnia mortem,
Quanta licent morbis, febribus, hulceribus, &c.

Eadem etiam Regio Prophetæ mens fuit, quam Eobanus Hessus hisce versibus expressit: Psal. 103.

Est homo persimilis fœno per prata virenti,
Ut brevis in pingui quæ rosa floret agro:
Quam simul attigerint urentis flamina venti,
Aret, & exiguò victa calore jacet.

Nec ineleganter Universitatis quondam Altorffinæ, nunc cœli sidus, Matthias Bergius:

Instar est mollis caro nostra fœni
Quod per herbosos adolescit agros;
Suave dum flatu vegetante vernat
Aura Favoni.
Sirii fœnum feriunt calores,
Candidos Cauri perimuntq; flores;
At DEI sermo stat, & omne firmus
Durat in ævum.

Sed juvat hîc audire Magnum Basilium: πρῶτον μὲν οὖν ὅταν ἴδῃς βοτάνην χλωρὰν καὶ ἄνθος, εἰς ἔννοιαν ἔρχου τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, μεμνημένος τῆς εἰκόνος τοῦ σοφοῦ Ἡσαΐου: ὅτι πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου, ὡς ἄνθος χόρτου. τὸ γὰρ ὀλιγοχρόνιον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ἐν ὀλίγῳ τερπνὸν καὶ ἱλαρὸν τῆς ἀνθρωπίνης εὐημερίας, καταλληλοτάτης παρὰ τοῦ προφήτου τετύχηκε τῆς εἰκόνος. σήμερον εὐθαλὴς τῷ σώματι καὶ πιαινόμενος ὑπὸ τρυφῆς, ἐπανθοῦσαν ἔχων τὴν εὔχροιαν, ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμῆς σφριγῶν καὶ σφοδρὸς, καὶ ἀνυπόστατος τὴν ὁρμήν, αὔριον ὁ αὐτὸς οὗτος ἐλεεινός. ἢ τῷ χρόνῳ μαρανθεὶς, ἢ νόσῳ διαλυθείς. ὁ δεῖνα περίβλεπτός ἐστι χρημάτων περιουσίᾳ, καὶ πλῆθος περὶ αὐτὸν κολάκων, δορυφορία φίλων προσποιητῶν τὴν ἀπ' αὐτοῦ χάριν θηρευόντων, πλῆθος συγγενείας καὶ ταύτης κατεσχηματισμένης, ἑσμὸς τῶν ἐφεπομένων μυρίος, τῶν τε ἐπισιτίων, καὶ τῶν κατ' ἄλλας χρείας αὐτῷ προσεδρευόντων, οὓς καὶ προϊὼν καὶ πάλιν ἐπανιὼν ἐπισυρόμενος, ἐπίφθονός ἐστι τοῖς ἐντυγχάνουσι. Homil. 5. Hexaëm. p. 19.

πρόσθες

προσθήκη τοῦ πλούτου καὶ πολιτικήν τινα δυναστείαν, ἢ καὶ τὰς ἐκ βασιλέων τιμάς. ἐθνῶν ἐπιμέλειαν, ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίαν, τὸν κήρυκα μέγα βοῶντα πρὸ αὐτοῦ, τοὺς ῥαβδούχους ἔνθεν καὶ ἔνθεν βαρυτάτην τοῖς ἀρχομένοις ἐμβάλλοντας ... τὰς πληγάς, τὰς δημεύσεις, τὰς ἀπαγωγάς, τὰ δεσμωτήρια, ἐξ ὧν ἀφόρητος ὁ παρὰ τῶν ὑποχειρίων ἀθροίζεται φόβος. καὶ τί μετὰ τοῦτο; μία νὺξ ἢ πυρετὸς εἷς, ἢ πλευρῖτις, ἢ περιπνευμονία, ἀνάρπαστον ἐξ ἀνθρώπων ἀπάγουσα τὸν ἄνθρωπον οἴχεται, πᾶσαν τὴν κατ' αὐτὸν σκηνὴν ἐξαπίνης ἀπογυμνώσασα, καὶ ἡ δόξα ἐκείνη, ὥσπερ ἐνύπνιον ἀπηλέγχθη. ὡς τι ἐμπέπλασται τοῦ προφήτου ἡ πρὸς τὸ ἀσθενέστατον ἄνθος ὁμοίωσις τῆς ἀνθρωπίνης δόξης. H. e.

Primum itaq; ut herbam fœni conspexeris atq; florem, in mentem tibi veniat humana natura, ac sapientis Esaiæ imaginariam similitudinem in memoria habeto: Omnis caro, *dicentis,* ut fœnum est, omnisq; gloria hominis veluti fœni flos est. *Brevitas enim temporariæ istius ac deciduæ vitæ, oblectamentumq; prosperitatis humanæ, atq; hilaritas exiguo tempore persistens, accommodatissimam est apud Prophetam similitudinem sortita. Hodie florulentus corpore, propter delitias obesus, & florente colore præditus, ob ætatis viriditatem efflorescentem lasciviens vehemens, impetu intolerabilis, nec quoq; secum consistens: cras idem et ipse miserabilis, aut tempore marcidus, aut morbo forsitan dissolutus, senioq; confectus. Est quispiam ob amplitudinem patrimonii illustris ac suspiciendus, & adulatorum hominum copia & satellitium circa ipsum versatur, septusq; est fictis amicis, qui gratiam ipsius venantur, magna quoq; catervâ sanguine propinquorum & ipsâ simulatâ, stipatus: innumera denique sequitur illum eorum hominum multitudo, qui partim alimonia emerendæ gratiâ comitantur, aut propter alios usus ei adsunt: quos abiens domo, domumq; se recipiens, secum trahens, invidiosus est occurrentibus. Adde divitiis, si volueris, civilem aliquam potestatem, vel etiam honores ex Regibus, curam & administrationem gentium, imperatorum munus, exercitum ducendi, præconem præstantem & anteambulonem ipsius qui exerta voce reboet, ferulígeros lictores, qui vel ipso prægressu terrorem acerrimum incutiant subditis, imperio plagas ingerant, & irrogent facultatum publicationes, abreptiones, carceres: e quibus intolerabilis subditorum metus emergit, atq; accumulatur. Quid post hæc quæso? Nox una, aut una febris, aut certe pleuritis, aut peripneumonia, abreptum hunc e medio hominum cœtu abit secum abducens hominem, omni pror sus, quæ eundem circumstabat scena spolians in vestigio ac nudans. Splendor ille majestatis ac gloria ad insomnii imaginem momento disparuit. Quare per hoc Prophetæ oraculum gloria humanæ similitudo ad debilissimum florem apposite videtur accommodata.*

Alluda-

Alludit ad hanc Prophetæ comparationem etiam S. Gregorius Theolog.

τροχὸς μὲν ἐστιν ἀστάτως πεπηγμένος·
ὁ μικρὸς οὗτος καὶ πολύστροφος βίος.
ἄνω κινεῖται, καὶ περιστρέφεται κάτω.
οὐχ ἵσταται γὰρ κἂν δοκῇ πεπηγέναι
φεύγων κρατεῖται, καὶ μένων ἀποτρέχει.
σκιρτᾷ δὲ πολλὰ, καὶ τὸ φεύγειν οὐκ ἔχει.
ἕλκει, καθέλκει τῇ κινήσει τὴν στάσιν
ὡς οὐδὲν εἶναι τὸν βίον διαγράφων,
ἢ καπνὸν, ἢ ὄνειρον, ἢ ἄνθος χλόης

Trochus est parum certus, parumq; stabilis
Fallacis hujus cursus & vita brevis,
Sursum, deorsum volvitur, revolvitur,
Et quum videtur stare, consistit minus.
Fugiens tenetur, & manens subducitur
Et subsilit multum, tamen non effugit.
Cursu trahit retrahitq; mobilem statum,
Ut vita sit (nam ritè sic depinxeris)
Insomnium, fumusve, flosve herba brevis.

Eandem rem Poëta quidam eleganter & copiosè persequitur, his verbis:

O curas, ô vota hominum, variosq; labores,
O spem fallacem, ô cæca solatia mentis,
O fluxum decus humanum, ô variabile tempus!
Quàm brevis, incerta & multorum plena laborum,
Et quantis nostra est obnoxia vita periclis!
Quæ jucunda quidem facie, dulcisq; videtur,
Sed quantùm intus habet fellis, quantumq; veneni!
Quid sumus, ô miseri, nisi pulvis motus ab aurâ?
Et fragili vitro similes, umbræq; fugaci?
Atq; rosis, quæ manè nitent, mox vespere languent?
Nunc vivi atq; hilares, paulò post vermibus esca:
Nunc pulchri & validi, paulo post turpe cadaver.
Hei mihi quid prodest, congesta pecunia nobis?
Quid gemmæ, argentum, atq; aurum pretiosaq; vestis?
Quid populos, magnasq; urbes ditione tenere?

 Marmo-

Marmoreosq; habitare lares, vultuq; superbò
Omnes despicere, atq; parem se credere divis?
Si mors cuncta capit, si tanquam pulvis & umbra
Deficimus miseri, si tam citò fastus & omnis
Gloria nostra perit, nullum redituraper ævum?

Hæc omnia & singula unô quasi fasciculò comprehendit M. Antoninus Philosophus Imperator, cujus verba adscribo: Τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ὁ μὲν χρόνος στιγμή. ἡ δ' οὐσία ῥέουσα, ἡ δ' αἴσθησις ἀμυδρά. ἡ δὲ ὅλου τοῦ σώματος σύγκρισις, εὔσηπτος. ἡ δὲ ψυχή, ῥεμβός. ἡ δὲ τύχη, δυστέκμαρτον. ἡ δὲ φήμη, ἄκριτον, συνελόντα δὲ εἰπεῖν, πάντα τὰ μὲν τοῦ σώματος ποταμός. τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος καὶ τῦφος. ὁ δὲ βίος, πόλεμος, καὶ ξένου ἐπιδημία, ἡ ὑστεροφημία δὲ, λήθη. *Vita humana tempus, punctum est: natura, fluit: sensus, obscurus: corporis universi concretio, facilis putrescere: animus, vagus: fortuna, res impervestigabilis: fama, res incerta: & ut verbô dicam, omnia, corporis quidem, fluvius: animi verò, somnium & fumus, vita, bellum, & hospitis in peregrinâ urbe mora: fama post obitum, oblivio.*

Respexit autem sapientissimus Imperator ad illud Pindari; Pyth. 8.

ἐπάμεροι. τί δέ τις. τί δ' οὔ τις;
σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι.

Diurni sunt homines, quid verò quisquam?
Quid verò nullus? umbræ somnium.

Sic Æschylus apud Stobæum:

Τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἐφήμερα φρονεῖ
καὶ πιστὸν οὐδὲν μᾶλλον ἢ καπνοῦ σκιά.

Caduca molitur genus mortalium,
Neq; certa res est ulla, nec tuta, haud magis
Atq; umbra fumi.

Quibus convenienter Sophocles:

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν
εἴδωλ' ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

Nos esse nam video nihil quàm vel mera
Simulacra, qui spiramus, aut umbram levem.

Tandem non possum mihi temperare, quin hisce subjungam Francisci Petrarchæ verba, queis vitam quam degimus graphicè describit: Ita autem ille ad Lobardum Desciticum: *Quid* lib. 9. Epistol. Fam. 2.

mihi,

mihi, inquit, *de hac vitâ, quam degimus, videatur, interrogas, neq; immeritò. Multa enim ac varia de hac ipsa opiniones hominum sunt: meam brevibus accipe: Videtur mihi vita hac dura quadam arca laborum, palæstra discriminum, scena fallaciorum, labyrinthus errorum, circulatorum ludus, desertum horribile, limosa palus, spineculosa regio, vallis hispida, mons præruptus, caligantes speluncæ, habitatio ferarum, terra infelix, campus lapidosus, vepricosum nemus, pratum herbidum, plenumq; serpentibus, florens hortus ac sterilis, fons curarum, fluvius lachrymarum, mare miseriarum, quies anxia, labor inefficax, conatus irritus, grata phrenesis, pondus infaustum, dulce virus, degener metus, inconsulta securitas, vana spes, ficta, fabulosa, falsa lætitia, verus dolor, risus inconditus, fletus inutilis, inane suspirium, confusus ordo, tumultuosa confusio, trepidatio turbulenta, sollicitudo perpetua, insomnis inertia, inops copia, dives inopia, imbecilla potentia, tremula vires, ægra sanitas, jugis morbus, gemina ægritudo, pulchra deformitas, honor inglorius, infames tituli, ridiculus ambitus, ima elatio, excellentia fictilis, humilis altitudo, fusca claritas, ignota nobilitas, pertusus sacculus, vas rimosum, specus inexplebile, cupiditas infinita, damnosum desiderium, luxus hydropicus, sitis insatiabilis, aridum fastidium, famelica nausea, ventosa prosperitas, querula semper adversitas, viror transitorius, flos caducus, amœnitas labilis, fugax forma, mœstum gaudium, amara dulcedo, voluntas aculeosa, stulta sapientia, cæca prudentia, tetra domus, breve diversorium, fœdus carcer, sine gubernaculo navigatio, sine baculo senectus, sine freno juventus, sine duce cæcitas, iter lubricum, recta fovea, latens præcipitium, silens lima, tenax viscus, operti laquei, abdita retia, inescati hami, sentes asperi, lappæ hærentes, tribuli acuti, scopuli rigentes, venti rapidi, fluctus impetuosi, atri turbines, horrisonæ tempestates, procellosum pelagus, vadosa littora, anceps portus, exarmata navis, immane naufragium, officina scelerum, sentina libidinum, caminus errorum, puteus odiorum, catena consuetudinum, Sirenum cantus, circea pocula, mundi vincula, rerum ignes, conscientiæ morsus, pœnitentiæ stimuli, peccatorum incendia, putre ædificium, fundamentum fragile, muri hiantes, tecta labentia, prolixa brevitas, lata angustia; calles inexplicabiles, passus impliciti, circulorum motus, statio instabilis, rota volubilis, manens cursus, scabra levitas, scrupulosa*

Videtur auctor hic velut de palma in hoc circo contestare cum D. Gregorio in Carm. de vita Itiner. quod vide.

ſuavitas, blanda crudelitas, doloſa blanditia, fallax amicitia, concors diſcordia, fidifraga inducia, bellum inexorabile, pax infida, ſimulata virtus, excuſata nequitia, laudata fraus, honoratum dedecus, irriſa ſimplicitas, & contempta fides, nuga ſeria, ingenioſa dementia, loquax torpor, velata ignorantia, opinio ſcientiæ tumida, ſcientia vero nulla, querularum ſuſpiria, contentionum ſtrepitus, vulgi fragor, oblivioſa peregrinatio, patriæ odium, amor exilii, lemurum civitas atq; larvorum, dæmonum regnum, luciferi principatus (ſic enim Principem mundi hujus veritas vocat) vita dæmonum mendax & exanimis, ſpirans mors, ſegnis incurioſitas ſuipſius, inutilium cura, apparandi ſtudium, ſupervacui appetitus, operoſus vermium apparatus, viventium infernus & vivorum corporum divites exequiæ, longum funus, pompoſa vanitas, laborioſa militia, periculoſa tentatio, ſuperba miſeria, miſeranda felicitas. En amice, qualis mihi hæc videtur, quæ tàm multis exoptatiſſima & gratiſſima vita eſt, nondum tamen conceptum omnem meæ mentis expreſſi. Pejor enim eſt, multoq; miſerior quàm à me, ſeu quocunq; hominum dici poſſit. Hæc ille.

V. Harum autem miſeriarum, quibus paſſim vita mortalium infeſtatur, conſideratio, in cauſa fuit, ut multi Sapientis illius ſententiam (cujus princeps autor fuit ſapientiſſimus rerum humanarum exquiſitor & arbiter, Salomon) probarent, *Optimum non naſci, aut quàm ocyſſimè aboleri.* Theognis apud Stobæum, *Serm. 117.*

Optimum non naſci.

Eccl. 3. v. 25. & c. 7. v. 1. Plutarch. ad Apollon. Laërt. l. 10. Plin. proœm. l. 7.

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον
Μηδ' εἰσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου·
φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι
καὶ κεῖσθαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον.

Optimum eſt hominibus omninò non naſci
Nec intueri radios fervidi ſolis
Genitum verò quamprimum ad orci migrare portas
Et jacere copioſâ obrutum tellure.

Vel:

Non natum eſſe, loco primo eſt optabile, & illud
Non vidiſſe facis lumen Apollineæ,
Proximum huic, natum citò trans ſtygis ire paludem
Obſcuroq; tegi corpus mane ſolo.

Vel:

Vel:

Non nasci melius semper mortalibus ægris,
Et solem quidnam profuit inspicere?
Protenus aut natum ad manes properare repostos,
Et tumulô corpus mox sine fine tegi.

In hanc rem festivum extat Epigramma Posidippi sivè (ut aliis placet) Cratetis Cynici in Epigrammatibus Græcis: l. 1. εἰς ἀνθρώπινον βίον.

Ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν
Νείκεα, καὶ χαλεπαὶ πρήξιες, ἐν δὲ δόμοις
φροντίδες. ἐν δ' ἀγροῖς, καμάτων ἅλις, ἐν δὲ θαλάσσῃ
τάρβος. ἐπὶ ξείνης, ἢν μὲν ἔχῃς τι, δέος.
ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιηρόν. ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
ἔσσεαι. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐρημότερος.
τέκνα, πόνοι. πήρωσις, ἄπαις βίος. αἱ νεότητες
ἄφρονες. αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
ἦν ἄρα τοῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

Quod sic, post alios, paraphrastικῶς reddidit Erasmus:

Quodnam iter humanæ cupias insistere vitæ?
Quoquò te vertas, omnia plena malis:
Litigiis causisq; forum strepit usq; molestis:
Perpetua cruciat sollicitudo domi.
Enecat assiduis rus triste laboribus, undas
Et freta si sulces, mille pericla premunt.
Viventi peregrè, si res tibi suppetit ampla,
Cuncta miser metues, nec benè tutus ages.
Rursus si vacuæ pendebunt ære crumenæ,
Ut durum ac miserum est hospitem egere virum!
Conjugium sequeris, quanta hìc te cura sequetur?
Desolatus eris, si sinè conjuge eris.
Si tollis sobolem, multô educanda labore est.
Non tolles, orbi lumine vita vacat.
Si juvenis fueris, vaga & inconsulta juventa est.
Viribus effeta est cana senecta suis.
Ergò quid reliquum est, quæso, nisi sanus ut optes
Alterutrum, aut nunquam tristibus è finibus

Materni prodiisse uteri, aut ubi protinus illinc
Exieris, stygias abdier in tenebras.

Et hinc effecta est Ausonii Eccloga de ambiguitate eligendæ vitæ: quam, quia paulò prolixior, parco adscribere.

VI. Quòd si quis præsentium temporum (in quæ, Eheu! incidimus) rationem statumque, ubivis locorum, quaqua totius mundi patet ambitus, tàm mentis, quàm corporis oculis attentiùs intueatur & consideret: aut cœcus omninò est, aut in priscorum sententiam non pedibus tantùm, sed totâ ibit mente animoq;. Etenim:

NON NASCI *ullò unquam si mundi tempore verè*
Esse optimum dixit vetustas provida,
Aut ubi sis natus rursum cito morte potiri,
Nunc illud esse dixerit quis optimum.
Plena malis quoniam & terra, & maris æquora plena,
Et bellicis tumultibus orbis perstrepit,
Et cognata sibi, videas diffidere corda,
Exemplaq; invicem minari pessima:
Exitiumq; sibi moliri perniciemq;,
Malum nisi avertat Dei benignitas.
Quid dicam ut passim serpant contagia, multos
Ætatis ipso in flore demetentia?
Quid morum, pejora etiam, contagia dicam,
Regnum per orbem hinc indeq; obtinentia?
Quàm pauci ex animô numen cœleste verentur!
Profana ubiq; turba longè plurima est,
Contemptrix Divûm, cui cœlum fabula manesq;,
Audacter hinc blasphemat atq; peierat,
Quidquid collibuit, creditq; impunè licere,
Dum carnifex non imminet suprà caput.
Dura adamante magis clauduntur viscera egenis,
Patere quæ jussit Dei clementia.
„ *Hinc tamen etsi & ager messem produxerit amplam,*
„ *Et vineas largi coronarint botri,*
„ *Unde simul densa stipant horrea fruges,*
„ *Cellaq; vino sunt referta plurimo:*

Vixta-

„ *Vix tamen hisce frui donis licet, usq; adeò illa*
„ *Radix malorum avaritia incubans premit,*
„ *Nec cellas, pretium nisi des immane, recludit,*
„ *Tenacibusq; obdit seras granariis.*
Plurima quid memorem luxus portenta nefandi?
Quid ebriositatis atq; crapulæ
Continuam seriem, naturæ inimicaq; bella
Tot poculorum, provocantium invicem?
Ludibrium probitas, & culta modestia debet:
Ventosa ubiq; pompa primas obtinet.
Quid referam, fraudum atq; injustitiæ genus omne
Quod interim colore juris pingitur?
Blandè & in os tibi qui coràm dat byssina verba,
Te perfidè interim parat pessundare:
Quid memorem capitale odium, quod relligionum
In Christiano orbe excitat diversitas?
Dum sibi quisq; sapit verissima; nemo aliorum
Infirmitatem fert vel ignorantiam.
„ *Intereà Christi certissima discipulorum*
„ *Nota, orbe in omni cernitur vix Charitas:*
„ *Pro qua succrevère calumniaq; & maledicta,*
„ *Detractioq; & scæva criminatio,*
„ *Interdictioq; ignis aquaq; simulq; sacrorum,*
Et plura quæ referre Musa jam abnuit.
NON NASCI *ergò ullo si mundi tempore verè*
Esse optimum dixit vetustas provida;
Aut ubi sis natus, rursùm citò morte potiri,
Nunc illud esse dixerit quis optimum.

Nullò itaque pactò (ut hæc tandem finiam) improbanda videtur Thracum consuetudo, qui non sinè sapientiæ laude infantem recens natum circumsedentes, ploratu atq; lachrymis prosecuti fuerunt: commemorantes, quot, & quantæ illi, vitam hanc ingresso, clades atq; calamitates subeundæ sint, atq; perferendæ. Contrà autem hominem defunctum, cantu, tripudiis, omniq; lusus lætitiæq; genere fuerunt prosequuti, narrantes, quantis malis atque ærumnis ille sit liberatus. Valer. Maxim.

VII. *Herod. Terpsich. Solin. Pomp. Mela. l. 2. Stuck l. 1 Antiq. Conviv. c. 16. ex. Camer. T. 1. Hor. c. 12.*

Thracia verò illa natio, inquit, *meritò sibi sapientiæ laudes vendicaverit, quæ natales hominum flebiliter; exequias cum hilaritate celebrant, sine ullis Doctorum præceptis. verum conditionis nostræ habitum pravidit. Removeatur itaq; naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ multa & facere & pati turpiter cogit, si ea mortua, aliquantò ejus felicior & beatior reperietur finis.* Hujus moris (qui Thracibus cum Causianis communis est, auctore Nic. Damasceno, de moribus gentium:

Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γεινομένους θρηνοῦσι·
τοὺς δὲ πλευτήσαντας μακαρίζουσι.

Causiani eos qui in lucem eduntur, deplorant.
Qui autem è vitâ excedunt, eos prædicant beatos.)

lib. 1. Tuscul. Præter alios Cicero quoq; meminit: *Hac sententia,* inquit, *in Cresphonte usus est Euripides:*

Nam nos decebat, cœtus celebrantes, domum
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
Humanæ vitæ varia reputantes mala.
At, qui labores morte finisset graves,
Omnes amicos laude, & lætitiâ exequi.

lib. 1. Anthol. εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον. Archias quoq; eundem eleganti carmine græco expressit:

Θρήϊκας αἰνείτω τις, ὅτι στοναχεῦσι μὲν υἷας
μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους
Ἔμπαλι δ' ὀλβίζουσιν, ὅσους αἰῶνα λιπόντας,
ἀπροϊδὴς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος.
Οἱ μὲν γὰρ ζώοντες ἀεὶ πάντα περῶσιν
ἐς κακά, τοὶ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

Laudantur Thraces, natos quòd viscera matrum
Egressos gemitu protinus excipiunt:
Quodq; relinquentes vitam finè sine beatos
Credunt, incautos dum fera parca rapit.
Illos vita malis quia destinat omnibus: hinc hos,
Pharmaca quòd mortem tot reperere malis.

Vel sic:

Laudantur meritò Thraces, modo luce potitos
Qui gemitu infantes protinus excipiunt.

Quòd

Quod si cui contrà lumen vitale relictum est,
Illum felicem dicere non dubitant.
Illos quippe malis vita objicit omnibus: Ast his
Est inventa omnis morte medela mali.

CAPUT III.

Προπαρασκευὴ [1] *seu generalis quædam ad rem ipsam præmunitio. Judicium hic,* [2] *non secus ac in capitali caussa non præcipitandum. Sapientes* [3] *quoque & cordatos quandoq; errare. Quid nostrarum esse debeat partium* [4] *aureô Sophoclis locô ostenditur. Vulgi* [5] *judiciũ parvi æstimandum. Nasci* [6] *quàm Non-nasci, melius.*

ET hoc quidem velut promptuarium est armorum, quibus humanæ conditionis dignitatem & excellentiam parum-æqui ejus æstimatores oppugnatum eunt, Quæ ut in medium proferremus, eorumque velut lustrationem quandam institueremus, Euripides aurem vellit: I.

Σοφὸν τι χρῆμα τοῦ διδάξαντος βροτοὺς
Λόγους ἀκούειν τῶν ἐναντίων πάρα. *Androm. v. 957.*

Sapiens quædam res est ejus, qui docuit homines
Rationes audire coràm ab adversariis.

Quo, ni fallor, respexit ad proverbialem illum versum, qui cùm ab aliis multis, tum à Luciano, & Marco Tullio citatur: *l. de calumn. l. ad Attic.*

Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. *id est:*
Ne judex fueris, partes ni audiveris ambas.

E Eodem

In Vesp. Eodem reſpexit & Ariſtophanes:

ἦπου σοφὸς ἦν ὅστις ἔφασκε, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς
οὐκ ἂν δικάσαις.

Sapiens fuit is, quisquis dixit,
Prius ac partem audieris utramq;
Ne judicem agas.

Heraclid. Quam ſententiam alibi ſic extulit Euripides:

Τίς ἂν δίκην κρίνειεν ἢ γνοίη λόγον
πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ.

De lite quinam judices, aut qui queas
Pernoſſe rem, prius atq; partem audiveris
Utramq;.

Medea. Alluſit huc etiam Seneca Tragicus:

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita alterâ,
Æquum licet ſtatuerit, haud æquus fuit.

II. Velim autem te, quisquis es, ſuſpendere parumper aſſenſum inq; condemnando homine nigriorẽ calculum: attendere autem graviſſimæ ac divinæ prorſus Greg. Nazianz. ſententiæ: ἐν τοῖς ἀμφιβόλοις, νικάτω χωλύων πρὸς τὸ φιλάνθρωπον καὶ ἀπογινωσκέτω μᾶλλον, ἢ καταγινωσκέτω τῆς ὑπαιτίαν. ὁ μὲν γὰρ κακὸς τάχιστα ἂν καταγνοίη καὶ τοῦ ἀγαθοῦ: ὁ ἀγαθὸς δὲ οὐδὲ τοῦ κακοῦ ῥᾳδίως· τὸ γὰρ εἰς κακίαν οὐχ ἕτοιμος οὐδ' εἰς ὑπόνοιαν ὀξύς. *In dubiis rebus atq; incertis, faciendum nobis eſſe, ut ad humanitatem, clementiamq; propenſiores ſimus, ſen: eſq; potiùs abſolvamus, quàm ſententiâ noſtrâ condemnemus. Malus enim celerrimè adducitur, ut bonum etiam virum condemnet: contrà vir probus ne malum quidem facilè condemnaverit. Qui enim ad vitium minimè proclivis eſt, is nec facilè ad malè de aliis ſuſpicandum movetur.* Faciendum autem hoc vel ideò, quòd in communi vitæ ratione & uſu, Fama cum vita in eodem dignitatis gradu collocata, pariq; paſſu ambulare dicatur.

Ammian. Marcellin. l. 29. *De vitæ autem & ſpiritu hominis, qui pars mundi eſt, & numerum animantium complet, laturus ſententiam, diu multumq; cunctari oportet, nec præcipiti ſtudio ubi irrevocabile factum eſt, agitari.* Dixit hoc, ſed dixit tantùm, Alexander Magnus, à quo cùm Olympias mater peteret, ſi quicquam vellet rependere pro eo, quòd ipſum tot menſes uterô geſtaſſet peperiſſetque, uti in ſuam gratiam, quendam, quem illa capitaliter oderat, necari juberet; negavit ſe factùrum. Ne quid tale pro antipelargeſi aut antithreptiriis ab ſe peteret mater ſua. *Salus enim*, inquit, *hominis nullô pretiô penſa-*

pensatur. Hic mihi illi, (quod ἐν παρόδῳ) qui vitam hominis talorum jactui, aut tesserarum & aleæ lusui similem esse dictitant, Ptolomæi Regis Ægyptiorum factum in memoriam revocant, quem inter aleæ lusum de causis capitalibus cognoscere solitum accepimus. Aleâ namque ludenti sibi recitari jubebat nomina capitis damnatorum & elogia sive crimina, quorum essent peracti rei, ut Rex, qui nam ex illis mortem meriti essent, judicaret. Cujus rei tempore quodam certior facta Berenice, Regis conjunx, nomenclatori tabellam è manibus eripuit, cumque indignatione abrupit funestam recitationem, & maritum gravissimâ objurgatione corripuit, argutâ hac & memorabili cumprimis prolatâ sententiâ: "ὅσιον πάνυ σφόδρα προσέχειν τὴν διάνοιαν ὑπὲρ ἀνθρώπου ψυχῆς διαλογιζόμενον, καὶ μὴ πρὸς παιδιὰν γενόμενον. οὐ γὰρ ὅμοια εἶναι τὴν πλῶσιν τῶν τε κύβων, καὶ τῶν σωμάτων." *De anima*, inquit, *hominis disceptantem, fas est magnâ uti attentione animi, neque tantam rem tam negligenter agere convenit, dum lusui das operam, & ad fritillum sedes. Multum enim inter casum talorum & corporum interest.*

Cæterum, ut quod interest agamus, si omnes, quotquot de miserâ hominum sorte & conditione testimonium dixisse, suprà audivimus, propiùs intuearis, eorumque mentem ac animum penitiùs introspicias, diversæ videbuntur esse conditionis, ideoq; & diversa mereri subsellia.

Alterrm quidem & superius, illos, qui cordatiores & sapientiores videntur, rerumq; tàm divinarũ, quàm humanarum consulti. Alterum verò & inferius, prioribus succenturiatos, ac velut pedarios, quosq; minorum esse gentium, ultraque vulgi, si quæ est, sapientiam non ascendere, manifesta fides? Illos, hoc quidem in negociô, (ut liberè tandem, quod sentio aperiam) magis audiendum quàm auscultandum, censeo.

Euripidis enim non dictum, sed Oraculum locum hîc habere videtur:

> Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
> πέφυκεν ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας. Rhes. v. 106.
>
> *Verùm non unus & idem mortalium omnia scire*
> *Naturâ potest, alii enim divinitus aliud attributum est*
> *munus.*

Nem. 7. Cui conſpirat illud Pindari:

Φυᾷ δ' ἕκαστοι διαφέρο-
μεν, βιοτὰν λαχόντες
ὁ μὲν τὰ. τὰ δ' ἄλλοι. τυχεῖν δ' ἐν ἀδύνατον
εὐδαιμονίαν ἅπα-
σαν.

Naturâ ſinguli à ſingulis diſtamus diverſa vivendi ratione, dum alii ad hoc, alii ad alia rapiamur. Unum autem omnia conſequi impoſſibile. Qui rivuli ex Homerico Oceano ebulliiſſe videntur, apud quem Iliad. 5. Polydamas ſic Hectorem alloquitur:

Ἀλλ' ὅπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι
Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε Θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κιθαριστὺν καὶ ἀοιδὴν
Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι νόον, εὐρύοπα Ζεὺς,
ἐσθλὸν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι.

Haudquaquam poteris ſortirier omnia ſolus.
Namque aliis divi bello pollere dederunt,
Huic ſaltandi artem, voce huic citharaque canendi.
Rurſum alii inſevit ſagax in pectore magnus
Juppiter ingenium: at multis eſt utilis ille.

III. Nec eſt, quod illuſtris illorum auctoritas veritati præjudicium facere, aut illius ſplendorem obſcurare debeat. Phœbææ Olymp. 7. enim veritatis eſt illud Pindari:

ἀμφὶ δ' ἀνθρώ-
πων φρεσὶν ἀμπλακίαι
ἀναρίθμητοι κρέμανται.

Circa humanam mentem innumeri
errores pendent.

Et hinc:

Ἁμαρτάνει καὶ σοφῶν σοφώτατος.

Erratque ſapientiſſimus ſapientium.

Seneca verè &, ut omnia, eleganter. *Inter cætera mortalitatis* 3. de Ira c. 9. *incommoda, & hoc eſt, caligo mentium: nec tantùm neceſſitas errandi, ſed errorum amor.* Et alibi: *Pro quocunque illud reſpondeamus nobis: ſapientiſſimos quoque viros multa delinquere: neminem eſſe tam circumſpectum,* 3. de Ira c. 24. *cujus non diligentia aliquando ſibi ipſi excidat: neminem tàm maturum, cujus non gravitatem in aliquod fervidius factum caſus impingat, &c.*

Ecc-

Etenim:

Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ Θεῶν, καὶ πάντα κατορθοῦν. *Solon apud Demosthen. Orat. pro Corona.*

Omnia praclarè gerere, ac successibus uti
Perpetuis rerum, nec quicquam errare, Deorum est.

Unde (ut alios taceam) D. Gregor. γνῶμεν ὅτι τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτεῖν ὄντως ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ μόνου Θεοῦ: *Illud cognoscamus, quod omni quidem vitio carere, ejusmodi procul dubio est, ut humanum modum excedat, soliq́; Deo conveniat.* *Orat. in plagam grandinis ad suum parentē p. 61. Cōfer Isidor. Pelus l. 4. Epist. 116.*

Quod mutuasse videtur Joh. Saresber. *In multis labi humana infirmitas est, sicut in nullo aliter sentire, quàm res se habet, Angelica vel Divina perfectio.* *lib. 2. Policrat. c. 12.*

Alludit ad hanc mentem eleganti sententiâ Galenus: Χαλεπὸν ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοοῦντα, τὰ δὲ κακῶς κρίνοντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράφοντα. *Difficile est, ut, qui homo sit, non in multis peccet, quadam videlicet penitus ignorando, quadam verò malè judicando, & quadam tandem negligentius scriptis tradendo.* *2. περὶ δυν. c. 1.*

Eleganter, ita me veritas! juxta & graviter quidam ex recentioribus: *Nemo est mortalium, quem non aliqua pars ignorantia attingat. Hanc contagionem ex ipsa mortalitate traximus. Nam homo cùm errat, humanitus errat. Errorem autem in homine calumniari, est toti ipsi mortalitati convicium facere.*

Quod cùm ita se habeat, illos, qui in hac disceptatione τὰ πρωτεῖα φέρουσι, primique sunt subsellii, Sophoclem audire, gravissimæq; ejusdem admonitioni locum aliquem apud animum suum concedere velim: IV. *Antig.*

Μὴ νυν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ φέρε
ὡς φὴς σὺ κοὐδὲν ἄλλο τοῦτ' ὀρθῶς ἔχειν.
Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ
Ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
Οὗτοι διαπτυχθέντες, ὤφθησαν κενοί.
Ἀλλ' ἄνδρα κἄν τις ᾖ σοφὸς, τὸ μανθάνειν
πόλλ' αἰσχρὸν οὐδὲν, καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.
Ὁρᾷς παραῤῥείθροισι χειμάῤῥοις ὅσα
Δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσώζεται,
Τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται;
Αὕτως δὲ, ναὸς ὅστις ἐγκρατὴς, πόδα
Τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω
Στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν, ναυτίλλεται.

Notent hoc illi, qui in controversiis potiùs vadimonium, quàm præconceptā opinionem, etiam meliorum doctr. deserendam putant.

Persuasionem hanc obtinere ne velis,
Ut nil nisi quod tu dixeris rectum putes.
Nam quisq; se unum præ omnibus sapere autumat,
Linguavé, quali nemo, animové præditum:
Hic si excutiatur, vanus esse cernitur.
Quantumlibet docto viro non est probrum
Addiscere plura, nec nimis contendere.
Viden' ut undis assitæ torrentibus
Quæcunq; vi sese arbores submiserint,
Stent incolumes, ramosq; servent integros;
Obnitì at ausæ, concidant radicitus?
Sic & gubernator ratis si cedere
Ventis recuset, firmiter fixo pede
Evertit hanc, fractisq; tabulis mox natat.

2. de Placit. H. & P. 9. Ab hac Sophoclis mente non aliena videntur Galeni verba: *Cùm, inquit, incerta sunt dogmata, & rationum argumentis probabilia aliis, aliis absurda videantur: sicut succensendum non est, si quis veras esse suas opiniones defendat: ita concedere, ut alii nobis ipsis contradicant, debemus: At carpere mordaciter, atque irridere quasi stultum aliquid, quod dogmaticè in controversiam venerit, illud verò est procacis hominis & petulantis.*

V. Alterius autem & inferioris subsellii, hoc est, vulgi testimonia quod attinet, quò plura sunt, tantò sunt & infirmiora.

De vita beat. c. 1. Unde tantū Boni, ut plurib. quæ vera sunt placeant? Quintil. l. 1. c. 6. Seneca: *Non tàm benè cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant: argumentum pessimi, turba est: Quæramus, quid optimè factum sit, non quid usitatissimum: & quid nos in possessione felicitatis æternæ constituat, non quid vulgo, veritatis pessimo interpreti, probatum sit.* Cùm hoc Senecæ congruit insignis Gregorii Nazianzeni locus, quem in gratiam Lectoris φιλελλήνος juvat adscribere:

Orat. de affectata Cathedra Constantinopol. p. 172. Confer D. Chrysostom. Homil. 3. ad Tit. ἀλλ' οὕτω, φησὶ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς. τί δέ μοι διαφέρει ὅτι τὸ εἶναι πλείων ὁ λόγος, μᾶλλον ἢ πᾶς; τοῦτο γὰρ ἢ κατέκρινεν, ἢ ἐδικαίωσεν, ἢ ἄθλιον πεποίηκεν, ἢ μακάριον. τὸ δὲ δοκεῖν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ οὐδὲ ὄναρ ἀλλότριον. οὐχ οὕτω, φησὶ, δοκεῖ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις. ἡ γῆ δὲ δοκεῖ τοῖς ἰλιγγιῶσι στρέφεσθαι. τοῖς δὲ μεθύουσι νήφειν οἱ νήφοντες. ἀλλ' οὖν ἐπὶ κεφαλὴν βαδίζειν, ἢ περιτρέπεσθαι; τὸ μέλι δὲ οὐ πικρόν ἐστιν ὅτι καὶ οἷς νομίζεται νοσοῦσί τε καὶ κακῶς διακειμένοις; ἀλλ' ἡ ἀλήθεια τοῦ τὸ πρᾶγμα οὕτως ἔχει, ὃ δοκεῖ τοῖς πάχεσι. *Atqui multis secus videtur, inquies? Quid verò mea interest, qui rei veritatē magis curo, imò solā eā curo. hoc enim vel me condemnaverit vel absolverit, hoc miserum vel beatum reddiderit. At quid aliis*

viden-

videatur, nihil ad nos, quemadmodum nec alienum somnium: Non ita alius videtur, ais. Quid verò? an iis, qui vertigine correpti sunt, terra fixa & stabilis esse videtur? an ebriis, qui sobrii sunt, integrâ mente esse, ac nō potiùs in caput incedere, ac sursum deorsumq; moveri? Annon quibusdam interdum hominibus mel amarum est, nempe morbo laborantibus maléq; affectis? At non propterea res ita se habet, ut, qui hoc statu sunt, arbitrantur.

Eadem & Epicuro mens fuit: *Nunquam volui populo placere: nam quae ego scio, non probat populus: quae probat populus, ego nescio.* Ita Diogenes Cynicus, cùm aliquando theatrum iniret, adversus & obnitens exeuntibus, rogatus, quid faceret? *Quod in omni vita*, inquit, *studeo: nempe adversus & diversus vobis esse.* Idem dicentib. Διογένην ἀνόητον εἶναι. Ἀνόητος μὲν οὐκ εἰμὶ, ἔφη, τὸν δ' αὐτὸν ὑμῖν νοῦν οὐκ ἔχω. Diogenem amentem esse: *Amens quidem inquit, non sum, sed eandem vobiscum mentem non habeo.*

Sapiens non it, qua populus, sed ut sydera contrarium mundo iter intendunt, ita hic adversus opinionẽ omnium vadit. Sen. in sap. non cad. 15.
Sen. epist 29.
Laërt. l. 7.
Stob. ser. 111.

Cleanthes omninò hic quoque audiendus:

Μὴ πρὸς δόξαν ὅρα ἐθέλων σοφὸς αἶψα γενέσθαι,
μηδὲ φοβοῦ πολλῶν ἄκριτον καὶ ἀναιδέα δόξαν.
οὐ γὰρ πλῆθος ἔχει συνετὴν κρίσιν οὔτε δικαίαν
οὔτε καλήν. ὀλίγοις δὲ παρ' ἀνδράσι τοῦτό κεν εὕροις.

Cl. Alexan. l. 5. Strom. p. 404.

Quos versus J. Camerarius, literarum jam senescentium reductor & reformator, sic reddidit:

Si sapientiam amas, tibi ne sit opinio vulgi
Ante oculos, populi neque sit sententia cura,
Vana, pudore vacans, temeraria: nam neq; prudens
Nec justum est confusae hominum turbae nec honestum
Judicium, invenies q; bonum hoc, contingere paucis.

Nec minùs eleganter Bergius:

Si cordi est verum, placitis ne ducere vulgi,
Rara ferè in vulgo sapiens, bona, sobria mens est
Justaq;. Raris autem quibus haec laus convenit. Ergò,
Turba hominum quò stulta vocat, properare caveto.

Eadem mente Parmenides Eleates de duabus doctrinarum viis, referente eodem Alexandrino:

ἡ μὲν, ἀληθείης εὐπειθέος ἀτρεμὲς ἦτορ.
ἡ δὲ βροτῶν δόξαις. ταῖς οὐκ ἔνι πίστις ἀληθής.
Una quidem veri est, benè quàm cor credere constans
Possit, opinio, sed nimium levis altera vulgi,
Cui non certa fides, nec inest persuasio vera.

Scitè

Scitè etiam Ill. Scaliger, in eum, qui à vulgo pendet, ita lusit:

l. 2. Epidorp.

Qui pendet ab errore & opinione vulgi:
Pendet magis, atq; arbore qui pendet ab alta:
Nam quod semel evenit, & abiit, id nocet nil.
At quod dubiis articulis stat, instat, urget,
Vanescit, adest: esse malum id puto bo solum.

l. 3. Epid.

Et alibi eleganter vulgi judicium bullæ comparat:

Quid vulgus iners sentiat, occinatq; de te,
Pax. Bulla tumens futilis, & tippula rumor
Miranda tamen fors cluet, omnibus placere.

Hoc ipsum innuebat Pythagoras, hoc Symbolô: Τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν. Quod præter Philonem, Clem. Alexandrinum, Jamblich. & alios, ita exponit Athenæus: γνώμην πολλῶν μὴ ἀκολουθεῖν. εἰκῇ γὰρ ἕκαστος ὅ,τι ἂν δόξῃ ἀποκρίνεται· τὴν δ' εὐθεῖαν ἄγειν, ἡγεμόνι χρώμενον τῷ νῷ. i. *Vulgi sententiam ne secuteris. Nam unusquisque temere, ut fors tulit, & prout sibi visum fuerit, respondet ac statuit. Sed potius rectam insistas viam, mente usus gubernatrice.*

l. 10 c. 19. V. Camerar. Cent. 1. Hor. 51. Rittersh. in Malch. de vita Pyth.

His itaq; præmunitionis loco præmissis, de Homine cum Seneca asserimus: *Inter maxima rerum suarum Naturam nihil habere, quo magis glorietur, aut certè cui glorietur.* Nec ullam videri vel auctoritatem cogere, vel rationem persuadere, ut non nasci optimum esse credi debeat. Contraria potiùs Metrodori sententia, quò propiùs à veritate abest, eò magis apud omnes bonos & cordatos fidem & assensum mereri debet. Ita autem Græcus ille Poëta:

Παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν
Κύδεα, καὶ πινυταὶ πρήξιες. ἐν δὲ δόμοις
ἄμπαυμ'. ἐν δ' ἀγροῖς, φύσιος χάρις· ἐν δὲ θαλάσσῃ
Κέρδος. ἐπὶ ξείνης ἢν μὲν ἔχῃς τι, κλέος,
ἢν δ' ἀπορῇς, μόνος οἶδας. ἔχεις γάμον, οἶκος ἄριστος
ἔσσεται. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερος.
Τέκνα, πόθος, ἄφροντις ἄπαις βίος. αἱ νεότητες
ῥωμαλέαι. πολιοὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες.
οὐκ ἄρα τῶν δισσῶν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν, πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίῳ.

Quæ paraphraste potiùs, quàm interprete Erasmo sic habent:

Quam

In 2. Epist.

Et, si quæ videntur mala, ut mala mala esse [illegible]
Quæ [illegible] contaminat, [illegible]
Commoda, [illegible] male: si incommoda, [illegible]

Huic assertioni quæ [illegible] [illegible] quæque ad asserendam hominis dignitatem [illegible] primo loco [illegible] afferre: post, quæ [illegible] bis sentientium tela declinanda, emolienda [illegible] cere animus est. Fallacium [illegible] non [illegible] rit a te, quid vel verum, vel vero consentaneum [illegible]

CAPUT IV.

Assertio nobilitatis & præstantiæ Hominis ab Auct[illegible] Conditoris τῆς ἀριστοτέχνου *dignitate, qui Hominem [illegible] ut universam mundi machinam, verbo aut iussu [illegible] duxit: sed propria manus opera [illegible] formavit [illegible] vino divinæ imaginis suæ [illegible] [illegible] tivagabimur, ut illius τὸ [illegible] condecoravit.*

ATque hoc [illegible] aggredior, [illegible] offert, ut quid primo [illegible] quid [illegible] [illegible] anceps sit animus, quod et vel Pindarus [illegible] sibi proposita esse videret.

Ἰσμηνὸν, ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν, ἢ Κάδμον ἢ [illegible] κυανάμπυκα Θήβαν, ἢ τὸ πάντολμον σθένος Ἡρακλέος, ἢ [illegible] [illegible], ἢ [illegible] Ἁρμονίας ὑμνήσομεν.

Num sea Ismenum, Meliamve nympham,
Seu magis Cadmum, genus aut virorum
Dentibus sati genitum Draconis
Carmine dicemus?
Seu tuam Thebæ, celebresque pugnas
Herculis, seu Bacchi [illegible]

Seu

[illegible]

[illegible]

[illegible] Ptolemæi Phi- [illegible] Idyll. 17.

[illegible]

[illegible]

[illegible] Demosth. en-com.

[illegible]

[illegible] secundum [illegible] illud: Idyll. 5.

[illegible]

Judicare non decet mortales divina opera

Sed [illegible] Pindari [illegible]: Olymp. 1.

[illegible]

Decet [illegible] de Diis [illegible] loqui: [illegible] enim non parva est. Olymp. 9.

[illegible]

[illegible]

 τὸ και-

[illegible]

Sed [illegible] [illegible]

[illegible] Deus [illegible] [illegible]

Quid si [illegible] quibus [illegible] quod cum [illegible] Naturam DEUM TER OPT. MAX. [illegible]

Lactant. l. 2. c. 5.

[illegible] opus [illegible], primus fuit [illegible]

Ille, inquiunt, *Deus qui terram stabili [illegible] distinxit astris fulgentibus, qui Solem rebus humanis [illegible] singulare lumen in argumentum suae unica [illegible] autem maria circumfudit, flumina [illegible]*

Jussit & extendi campos, [illegible]

Fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.

Omnia, quaecunque voluit, omnipotente [illegible] fecisse, (Clem. Alexandrin.) [illegible] *Dei solum voluntas est mundi creatio.* Et [illegible] *Solo enim [illegible] solum velle, factum esse consequitur.* Theodoretus [illegible] *omnium Deus opifex, nec instrumentis, nec materia ullo [illegible] aliis artificibus sunt materia, & instrumenta, tempus, [illegible] faciendi opera, ipsaque ars & exactissima diligentia: hic [illegible] unicaque voluntas, &c.* Quem locum, [illegible] bus Prudentius:

Protrept.

Graec. affect. lib. 4.

Hymn. [illegible]

Hic non labore & arte molitus Deus,

[illegible] potestas [illegible]

Mandavit esse [illegible] facta sunt, [illegible]

[illegible] creavit omnis [illegible]

[illegible] non [illegible] tantum verbo [illegible] sed [illegible] potius [illegible] opera [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] *est [illegible]*

[illegible]

[illegible] *non Angelis* [illegible] *non dixit* [illegible] *sed terra in* [illegible] p. 214. [illegible] primos [illegible] [illegible] *omnia* [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] Iacobo Billio [illegible]

[illegible] *hominem rationis lumine* [illegible]

[illegible] *mentesq; supernas,*

[illegible]

Lau-

[illegible]

Et rursus alibi:

Orat. ad Arian.

[illegible]

Orat. in Adam.

[illegible]

[illegible] D. Hieronym[illegible]

[illegible]

[illegible] — *In Genes. v. 119.*

[illegible] animal, [illegible]
Est [illegible]

[illegible] — *Apotheos. v. 1092.*

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] comprendere [illegible]
[illegible]
[illegible] massa contagia.

[illegible] — *Hexaëm. v. 217.* Vid. Alcim. [illegible] Cl. Mar. Victor. lib. 1 in Gen. [illegible]

[illegible] hominem non terra parit, non [illegible]
[illegible], non astra creavit, non [illegible]
[illegible] dominator summus & auctor
[illegible]

Verum [illegible] quam [illegible] accipienda sint D. Augustinus [illegible] verba juvat adscribere: *Nec illud movere debet [illegible] quod cetera omnia dixit, & facta sunt; hunc autem ipse fecit, [illegible] quia hunc ad imaginem suam fecit. Nam illa, quae dixit, & facta sunt, ideo hic scriptum est, quia per verbum ejus facta sunt, sicut per hominem hominibus dicit [illegible] verbis, quae temporaliter cogitantur, voce proferuntur, non sic autem loquitur Deus, nisi cum per corporalem creaturam loquitur. Ecce etiam caelum Deus verbo fecit, & tamen scriptum est, opera manuum tuarum sunt caeli. & de hoc mundo quasi fundo mundi scriptum est: quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud; & aridam manus ejus finxerunt. Non igitur hoc in honorem hominis deputetur, velut cetera Deus dixerit, & facta sint; hunc autem manibus fecerit: sed hoc excellit in homine, quia DEUS ad imaginem suam hominem fecit, &c. Nec [illegible] est, hominem ipse fecit, pecora vero jussit & facta sunt: & hunc enim & illa per verbum suum fecit, per quod facta sunt omnia: Sed quoniam idem verbum & sapientia & virtus ejus est, dicitur & manus ejus non visibile membrum, sed faciendi potentia.* Haec Augustin. — 11. de Genes. ad lit. c. 12.

Nimi-

D. Hieronymus: *Recordemur, quòd mundus ex nihilo à Deo factus est: & quòd cuncta animalia per Deum Verbô opifice vocata venerunt, quæ à naturâ non fuerunt: quoniam soli ipsi fas est vocare, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, quòd ipsum hominem, cui tanta possessio parabatur, ad imaginem suam, non aliquis Prometheus ex fabulâ, sed ille Conditor universitatis manu quoq; suâ (ne qua pars ejus vacaret in nobis) de limo terræ facere dignatus est. Quæ cogitatio vita est animæ.* T. 8. Epist. 7. Rom. 1.

Huc traho elegantem Gregorii Nazianzeni locum: *Multum diuq; antè versandus, atque contorquendus est animus, multa ferenda, quàm alium impietatis damnemus. Non idem est stirpem, aut brevem quendam & caducum florem evellere, atq; hominem excindere. Imago Dei es? & imaginem quoq; Dei alloqueris. Judicium quoq; subibis, qui judicas, & quidem alienum servum judicas, & quem alius moderatur. Sic fratrem tuum explora, quasi ipse ad eandem mensuram expendendus. Quocirca non citò ac temerè membrum seces ac projicias, cùm incertum sit, an hac ratione partes quoq; sanæ perniciem aliquam contractura sint.* Orat. 26. p. 461.

Nec possum mihi temperare, quin Cl. Marii Victoris huc adscribam versus, ægros licet nonnusquam & Medicâ opus habentes manu:

Postquam cuncta datus generatim protulit ordo,
Quæ mandante Deo, cùm plenius mente parentis
Filius Omnipotens faceret, Sanctusq; probaret:
Veris plena bonis, & multâ dote referta
Spiritus, ac longam in seriem mansura foveret;
Causa datur mundo propior, cur justa vicissim
Causa pejor. Jam mundus erat, jam sidera, & ortus
Aërq; & vitreum pelagus, terraq; virentes:
Nec spectator adest quem tantæ gloria molis
Impleat atq; oculis avidum per singula ducat,
Quid possint conferre Deo? Possessio nulla est,
Si rerum possessor abest. Nunc Rector Olympi
Stat data summi operi, bona sunt, quæcunq; creavi:
Nunc HOMINEM FACIAMUS, *ait, qui regnet in orbe*
Et sit Imago Dei, (similem decet esse creanti)
Liber ad arbitrium fruitur qui mente creatus.

l. 5. Strom. p. 208. Agnovit hoc quoque Eurysis Pythagoreus, qui, referente Cl. Alexandrino, cùm in libro de fortuna dixisset, τὸν δημιουργὸν αὐτῷ χρώμενον παραδείγματι, ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον, *Opificem seipso exemplari utentem fecisse hominem*; subjungit: τὸ δὲ σκᾶνος τοῖς λοιποῖς ὅμοιον. οἷα γεγονὸς ἐκ τᾶς αὐτᾶς ὕλας, ὑπὸ τεχνίτα δ' εἰργασμένον λώστω. ὃς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸ ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ. *Corpus autem est reliquis simile, ut quod factum fuerit ex eadem materia: à præstantissimo autem effectum est artifice, qui ipsum est fabricatus, seipso usus archetypo.*

lib. de virt. Et hac fortassis mente à Plethone dictum: ἕκαστος ἡμῶν γέγονε τοιοῦτον μὲν Θεοῦ τι ἔργον οὐ πάνυ τι ἀλλότριον, ἀλλά πη οἰκεῖόν τε, καὶ ξυγγενές. *Unusquisque nostrûm ita factus est, ut Dei quoddam sit opus, idque non prorsus alienum, sed quasi familiare & cognatum.*

p. 258. Claudo hoc caput gravissimis D. Gregorii Nazianzeni verbis Orat: εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. Τοῦτο δὴ βουληθεὶς ὁ τεχνίτης ἐπιδείξασθαι λόγος, καὶ ζῶον ἓν ἐξ ἀμφοτέρων ἀοράτου τε λέγω καὶ ὁρατῆς φύσεως, δημιουργεῖ τὸν ἄνθρωπον. καὶ παρὰ μὲν τῆς ὕλης λαβὼν τὸ σῶμα ἤδη προϋποστάσης, παρ' ἑαυτοῦ δὲ ζωὴν ἐνθεὶς (ὃ δὴ νοερὰν ψυχὴν καὶ εἰκόνα Θεοῦ οἶδεν ὁ λόγος) οἷον τινὰ κόσμον ἕτερον ἐν μικρῷ μέγαν ἐπὶ τῆς γῆς ἵστησιν. ἄγγελον ἄλλον προσκυνητὴν, μικτὸν, ἐπόπτην τῆς ὁρατῆς κτίσεως, μύστην τῆς νοουμένης, βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς βασιλευόμενον ἄνωθεν, ἐπίγειον, καὶ οὐράνιον, πρόσκαιρον καὶ ἀθάνατον, ὁρατὸν καὶ νοούμενον μέσον μεγέθους καὶ ταπεινότητος, τὸν αὐτὸν πνεῦμα καὶ σάρκα. πνεῦμα διὰ τὴν χάριν, σάρκα διὰ τὴν ἔπαρσιν. τὸ μὲν ἵνα μένῃ καὶ δοξάσῃ τὸν εὐεργέτην, τὸ δ' ἵνα πάσχῃ, καὶ πάσχων ὑπομιμνήσκηται καὶ παιδεύηται, τῷ μεγέθει φιλοτιμούμενος ζῶον ἐνταῦθα οἰκονομούμενον, καὶ ἀλλαχοῦ μεθιστάμενον, καὶ πέρας τοῦ μυστηρίου, τῇ πρὸς Θεὸν νεύσει θεούμενον. *Hoc igitur cum artifici verbo visum fuisset ostendere, animal unum ex utroque, hoc est, ex visibili naturâ fabricatur, nempe Hominem, atque à materiâ, quæ prius jam creata erat, accepto corpore, à se autem spiraculum inferens, quod quidem intellectualem animam & imaginem Dei Scriptura vocat. velut secundum quendam & alterum mundum, in parvo magnum super terram constituit, Angelum alium, mixtum adoratorem visibilis naturæ spectatorē, intellectilis mysten, eorum quidem quæ in terra sunt, Regem, è cœlo autem imperium accipientem: terrenum & cœlestem, caducum & immortalem, visibilem & intelligibilem, medium inter magnitudinem & dejectionem, eundem spiritum & carnem: spiritum propter gratiam; carnem ob superbiam: illud, ut maneat, ac benefactorem suum concelebret: hoc, ut vexetur, ac vexatus commonefiat &*

& de

& de magnitudine sibi placens, erudiatur ac coërceatur, animal hic variè gubernatum, atq; aliò demigrans, &, quod mysterii extremum est, animi ad Deum nutu & subjectione divinitatem assequens.

CAPUT V.

Imago Dei in Homine [1] quæ fuerit? Illius meritò non tantùm omnia creata hominis usibus & commodis [2] destinata, sed ejusdem etiam, veluti Regis ac Domini [3] potestati & arbitrio subjecta fuisse. Regia hominis, Paradisus, [4] In quo qualemnam vitam egerit, [5] D. Augustini verbis declaratur.

VErùm enimverò, quânam in re hæc DEI in Homine consistat imago, licet alius fori quæstio sit; lubet tamen, quoniam huc ventum, pauca de illa balbutire: licet non ignoremus illud D. Hieronymi monitum: *Deo concedere oportet donationis suæ certamen, & veram scientiam, in quâ potissimùm parte homines condiderit ad imaginem & similitudinem suam.* T.2. Ep.64. c.4.

I. Constat ex sanioris Theologiæ Philosophiâ, in hôc hominem à Deo creatum esse, ut felicitatis & beatitudinis suæ, quæ in suiipsius visione & fruitione consistit, participē faceret. Si enim ex Evangelistæ sponsione (quæ certâ nos alit spes) DEUM, sicuti est, hoc est, de facie ad faciem visuri sumus: similes utique illi erimus, quia eâdem visione, eôdemque suavissimô pabulo fruemur. Cæterū, cùm omnia DEI opera (ut præclarissimi cujusdam Ecclesiæ Doctoris ac Homiletæ, cujus vitulâ hunc aramus agrū, verba habent) rectissimè instituta sint, necesse erat, ut quem hominem altissimo huic & supernaturali fini destinarat, supernaturalib. etiam donis ornaret, quibus hac tantâ gloriâ dignus fieret, præsertim cùm finis, & ea, quæ ad finem destinata sunt, ejusdem originis & dignitatis esse debeant. Primùm igitur illum Originali Justitia: hoc est, regiâ coronâ decoravit, quâ immortalitatē illi & imperiū supra cuncta animantia, & (quod erat multò majus) supra seipsum, hoc est, supra omnes affectus

Lud. Gran. tom.4. Conc. p.mihi 527.

& motus animæ ſuæ, donavit, rerumq; omium ſcientiam, quæ ad illius ſtatus dignitatem pertinebat, contulit. Neque hanc juſtitiam modò, ſed Gratiam quoq; & cœleſtes virtutum habitus in mentem ejus infudit; illam quidem, ut animam Deo gratam & amabilem faceret; hanc autem, ut operoſam, hoc eſt, ad omnia virtutis opera exercenda, potentem redderet, atque ita demum puritatis & ſanctitatis divinæ participem efficeret, ejusq; imaginem his virtutum gemmis clariorem & pulchriorem redderet: Hæc ille. Et hinc etiam primi parentes nudi relinquebantur, cùm illâ induti eſſent gratiâ, quâ fiebat, ut nuditas corporis, nullâ eos lege peccati mente eorum repugnante confunderet. Cùm membra eorum voluntati repugnare neſcirent, nullamvé ſentirent legem in membris ſuis (ut cùm Gentium Doctore Paulo loquar) repugnantem legi mentis ſuæ. Subjiciebatur .n. corpus animo, animus Deo. Ut verbô dicam, nihil putabant velandũ, quia nihil ſentiebant refrenandum. Baſil. M. Θεοῦ ὅμοιος ἐγένου διὰ τῆς χρηστότητος, διὰ τῆς ἀνεξικακίας, διὰ τῆς κοινωνίας, διὰ τοῦ φιλάλληλος καὶ φιλάδελφος εἶναι, μισοπόνηρος, κρατῶν τῶν παθῶν τῆς ἁμαρτίας, ἵνα σοι ὑπάρχῃ τὸ ἄρχειν. *Deo ſimilis factus eſt, per probitatem, per tolerantiam malorum, per ſocietatem, per mutuum amorem, per fraternam charitatem, per odium mali, per dominium affectuum peccati, ut tibi contingat imperium.* Videtur huc etiam reſpicere Lectantius: *Primus eſt virtutis gradus, malis operibus abſtinere: ſecundus etiam malis verbis: tertius, etiam cogitatione rerum malarum: Qui primum gradum aſcendit, ſatis juſtus eſt: qui ſecundum jam perfectæ virtutis: qui tertium, is verè ſimilitudinem Dei aſſecutus videtur.*

Auguſt. l. 14. de Civ. Dei, cap. 17.

Nazaïm. Homil. 10. p. 40.

Lib. 5. de vero cultu c. 13.

Cæterùm, cùm univerſitatis Parens & Architectus Deus, antè etiam quàm illius fundamenta jacerentur, hanc ſui imaginem homini formando communicare ſtatuiſſet: jam tum immenſus immenſô, erga illum accendebatur amore: adeò, ut non tantùm omnia quæcunq; creare illi animus erat, ſolius hominis uſibus & commodis perpetuâ neceſſitate inſervire ac famulari voluerit; ſed eundẽ etiam in totius mundi Monarcham elegerit, & omnia, quæ ejus ambitu cõprehenderentur, illius ſolius nutui ac arbitrio ſubjecerit. De priori beneficii hujus parte juvat audire Socratẽ cum Euthydemo in hunc modũ conferen-

tem:

rem: εἰπέ μοι, inquit, ὦ Εὐθύδημε, ἤδη ποτέ σοι ἐπῆλθεν ἐνθυμηθῆναι, ὡς ἐπιμελῶς οἱ θεοὶ, ὧν οἱ ἄνθρωποι δέονται, κατεσκευάσασι; καὶ ὃς, μὰ τὸν Δί' ἔφη, οὐκ ἔμοιγε. ἀλλ' οἶσθα γ' ἔφη, ὅτι πρῶτον μὲν φωτὸς δεόμεθα, ὃ ἡμῖν οἱ θεοὶ παρέχουσι; νὴ Δί', ἔφη, ὅ γ' εἰ μὴ εἴχομεν, ὅμοιοι τοῖς τυφλοῖς ἂν ἦμεν, ἕνεκά γε τῶν ἡμετέρων ὀφθαλμῶν. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀναπαύσεώς γε δεομένοις ἡμῖν νύκτα παρέχουσι κάλλιστον ἀναπαυτήριον. πάνυ γ', ἔφη, καὶ τοῦτο χάριτος ἄξιον. οὐκοῦν καὶ ἐπειδὴ ὁ μὲν ἥλιος φωτεινὸς ὢν τάς τε ὥρας τῆς ἡμέρας ἡμῖν, καὶ τἆλλα πάντα σαφηνίζει. ἡ δὲ νὺξ διὰ τὸ σκοτεινὴ εἶναι, ἀσαφεστέρα ἐστὶν, ἄστρα ἐν τῇ νυκτὶ ἀνέφηναν, ἃ ἡμῖν τὰς ὥρας τῆς νυκτὸς ἐμφανίζει, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ ὧν δεόμεθα πράττομεν. ἔστι ταῦτα, ἔφη. ἀλλὰ μὴν ἥ γε σελήνη, οὐ μόνον τῆς νυκτὸς, ἀλλὰ καὶ τοῦ μηνὸς τὰ μέρη φανερὰ ἡμῖν ποιεῖ. πάνυ μὲν οὖν ἔφη. τὸ δ' ἐπεὶ τροφῆς δεόμεθα, ταύτην ἡμῖν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόναι, καὶ ὥρας ἁρμοττούσας πρὸς τοῦτο παρέχειν. αἳ ἡμῖν οὐ μόνον ὧν δεόμεθα πολλὰ καὶ παντοῖα παρασκευάζουσιν, ἀλλὰ καὶ οἷς εὐφραινόμεθα. πάνυ, ἔφη, καὶ ταῦτα φιλάνθρωπα. τὸ δὲ καὶ ὕδωρ ἡμῖν παρέχειν, οὕτω πολλοῦ ἄξιον, ὥστε καὶ φύειν τε καὶ συναύξειν τῇ γῇ, καὶ ταῖς ὥραις πάντα τὰ χρήσιμα ἡμῖν. συντρέφει δὲ καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς, καὶ μιγνύμενον πᾶσι τοῖς τρέφουσιν ἡμᾶς, εὐκατεργαστότερά τε καὶ ὠφελιμώτερα, καὶ ἡδίω ποιεῖν αὐτὰ, καὶ ἐπειδὴ πλείστου δεόμεθα τούτου, ἀφθονέστατον αὐτὸ παρέχειν ἡμῖν. καὶ τοῦτο, ἔφη, προνοητικόν. τὸ δὲ καὶ τὸ πῦρ πορίσαι ἡμῖν, ἐπίκουρον μὲν ψύχους, ἐπίκουρον δὲ σκότους, συνεργὸν δὲ πρὸς πᾶσαν τέχνην, καὶ πάντα ὅσα ὠφελείας ἕνεκα ἄνθρωποι κατασκευάζονται. ὡς γὰρ συνελόντι εἰπεῖν, οὐδὲν ἀξιόλογον ἄνευ πυρὸς ἄνθρωποι, τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων, κατασκευάζονται. ὑπερβάλλει καὶ τοῦτο φιλανθρωπίᾳ. τὸ δὲ τὸν ἥλιον ἐπειδὰν ἐν χειμῶνι τράπηται, προσιέναι, τὰ μὲν ἁδρύνοντα, τὰ δὲ ξηραίνοντα, ὧν καιρὸς διελήλυθεν, καὶ ταῦτα διαπραξάμενον μηκέτι ἐγγυτέρω προσιέναι, ἀλλ' ἀποτρέπεσθαι φυλαττόμενον, μή τι ἡμᾶς μᾶλλον τοῦ δέοντος θερμαίνων βλάψῃ, καὶ ὅταν αὖ πάλιν ἀπιὼν γένηται ἔνθα καὶ ἡμῖν δῆλόν ἐστιν, ὅτι εἰ προσωτέρω ἄπεισιν, ἀποπαγησόμεθα ὑπὸ τοῦ ψύχους, πάλιν τρέπεσθαι καὶ προσχωρεῖν, καὶ ἐνταῦθα τοῦ οὐρανοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἔνθα ἂν μάλιστα ἡμᾶς ὠφελοίη. νὴ τὸν Δί', ἔφη, καὶ ταῦτα παντάπασιν ἔοικεν ἀνθρώπων ἕνεκα γιγνομένοις. τὸ δ' ἐπειδὴ καὶ τοῦτο φανερὸν, ὅτι οὐκ ἂν ὑπενέγκαιμεν, οὔτε τὸ καῦμα, οὔτε τὸ ψῦχος εἰ ἐξαπίνης γίγνοιτο, οὕτω μὲν κατὰ μικρὸν προσιέναι, ὥστε λανθάνειν ἡμᾶς εἰς ἑκάτερα τὰ ἰσχυρότατα καθισταμένους. ἐγὼ μὲν, ἔφη ὁ Εὐθύδημος, ἤδη τοῦτο σκοπῶ, εἰ ἄρα τί ἐστι τοῖς θεοῖς ἔργον, ἢ ἀνθρώπους θεραπεύειν. Hoc est, Bessarione Cardinale interprete: *Dic mihi, ô Euthydeme, venitné tibi unquam in mentem, quomodo diligenter omnia Dii immortales, quibus indigeant homines crearunt? At ille: Non edepol, ait. Non scis, inquit, quod cum luce egeamus, hanc Dii nobis præbuerunt? Ita, ait, mehercule: quasi non esset, nihil inter nos & cæcos interesset, quod ad oculos quidem attinet. Atqui cum quiete etiam* *indigea-*

indigeamus, noctem nobis quietis optimum tempus fecerunt. Hoc igitur, inquit, gratiarum actione dignum omninò est. At Sol, inquit, cùm lucidus sit, horas diei, cæteraq; omnia nobis declarat. In nocte verò, cùm ipsa tenebrosa sit, stellas in cœlo fixerunt, per quas, horis noctis nobis notificatis multa quæ oportet, agimus. Ita est, ait, Ac Luna, inquit, non modo noctis, sed etiam mensis partes, nobis manifestat. Vehementer, ait. Quod autem cum nutrimento nobis opus esset, inquit, hoc è terrâ nobis Dii produxêre, ac tempora ad istud congrua præbuere, quæ non solùm quibus indigeamus, multa atq; diversa, sed etiam quibus delectaremur, afferrent, quid tibi videtur? Magnæ, ait, esse clementiæ. Quòd autem aquam quoq; nobis rem preciosam præbuerint, plantis ad augmentum unà cum terrâ aptissimam, nobis cum aliis simul cibariis nutrimentum: quæ cùm misceatur nutrientibus nos, parabiliora, utiliora ac delectabiliora ea facit: & quoniam plurimum ejus indigemus, eam suppeditant nobis abundatissimam? Et hoc, ait, providentia est. Quòd autem ignem, inquit, nobis dederunt, frigus arcentem, tenebras dissolventem, ad omnem artem, omniaq; utilitatis gratia hominum facienda cooperantem? Nihil enim illarum, ut unô verbô dicam, quæ ad vitam humanam utilia sunt homines absque igne faciunt. Excellentis bonitatis est, ait, atque clementiæ. Quòd autem Sol, cùm hyemale solstitium attingat, ad nos rursus accedit; fructuum, hos quidem maturans, hos desiccans, quorum videlicet tempus præteriit: & cùm hæc agat, non propiùs venit, sed cavens, ne si plus quàm apparebat, nos calefaciat, nobis afferat nocumentum, regreditur: cumq; iterum ibi fuerit, ubi nobis etiam manifestum est, si longius aberraret, frigore congelaremur, rursus mutatus nobis appropinquat, in eaq; parte cœli versatur, ubi quàm maximè nobis prosit? Ædepol, ait, & hæc omnia videntur hominum gratiâ facta esse. Quòd autem cùm manifestum sit, non potuisse nos sufferre, nec æstum, nec frigora, si repentè venerint, tam paulatim ad nos accedit Sol, tamq; paulatim à nobis recedit, ut in utrisq; contrariis constitutis nos lateat? Ego quidem, ait Euthydemus, hoc nunc cogito, ne non sit aliquo Diis opus, præterquam ut de hominibus curam habeant. Succinctè magis D. Basilius M.

Τροφὰς ἐκ τῆς γῆς (θεὸς) ἄφθονον βοσκημάτων ἡμῖν ὑπηρεσίαν δέδωκε, δι' ἡμᾶς περιφέρει δι' ἡμᾶς ἥλιος, ἡ σελήνη, ὁ ποδάσμιος, ἡμῖν ἐντεῦθεν διακοσμούμενα. ἀποφυγὰς ἡμῖν πρὸς τὰς ἐκ τῶν ὀρῶν ἀκρότητας ἐντειχίζουσι. δι' ἡμᾶς ποταμοὶ ῥέουσι. δι' ἡμᾶς βρύουσιν αἱ πηγαί, ἡ θάλασσα ἡμῖν αἰθέριος πρὸς ἐμπορίαν. οἱ ἐκ μετάλλων ἀνέῳξε.

πλοῦτοι

πλοῦτον, καὶ πανταχόθεν ἀπολαύσεις, πάσης τῆς κτίσεως δορυφορούσης ἡμῖν διὰ τὴν πλουσίαν καὶ ἄφθονον εἰς ἡμᾶς χάριν τοῦ δεσπότου. *Alimentum è terrâ Deus producit pecorum & jumentorum ministeria nobis dedit: propter nos imbres, propter nos Sol: Loca montana & campestria nostri causâ disposita sunt; quæ ad montium cacumina refugium nobis præbent: nostri causâ amnes fluunt: fontes scaturiunt, mercaturæ causâ mare navigatur, divitias metalla suppeditant: ex omnibus undiquaque rebus fructum percipimus, per ingentem & copiosam erga nos Dei benignissimi gratiam, creata universa nobis subserviunt.* Idem Homil. in Zacizis habitâ de Diaboli erga hominem invidiâ verba faciens: p. 815.
Κατέμαθε τὴν περὶ τὸν ἄνθρωπον τιμήν· εἶδεν ὅτι πρώτη ἡ κτίσις. τελευταῖος δὲ ὁ ἄνθρωπος. ὅτι προητοίμασεν αὐτῷ ὥσπερ οἰκοδεσπότῃ οἶκον πεπληρωμένον, οὐ γὰρ πρῶτον ἐποίησεν ἄνθρωπον ἵνα πτωχὸς κτισθῇ: ἀλλ' ἐποίησεν οὐρανὸν σκέπην αὐτοφυῆ κτίσας, ὑπεστόρεσε τὴν γῆν, ἰσχυρὸν ἔδαφος τοῖς ποσὶ κατασκευάζων τοῖς τοῦ ἀνθρώπου. ἀνθεῖν αὐτὴν ἐποίησε, βοτανῶν καὶ καρπῶν παντοίαις φοραῖς. πάντα ἕτοιμα τοῦ ἀνθρώπου.
Didicit honorem circa hominem, vidit, quòd prima esset creatura ipsa, postremus autem homo. Quòd præparasset ipsi velut patrifamilias plenam domum. Non enim primum fecit hominem, quò pauper creatus esset, sed fecit cœlum tegmen naturale ipsi condens, substravit terram, robustũ pavimentũ pedibus hominis præparans, florere ipsam fecit herbarum ac fructuum omnigenis fertilitatibus, omnia homini præparata. Vide eundem Homil. εἰς τὸ πρόσεχε σεαυτῷ. quem locum infra aliâ occasione p. 140. adscribam, ut & Cyprianum contra Demetrianum. Theodoretum, si lubet, confer Ciceronem: Tusc. quæst. lib. 6. Græc. aff.

III. De posteriore autem divini erga Hominem amoris argumento, seu Regio in cuncta creata imperio, sic D. Chrysostomus: *Et quare, inquis, tardius creatus est homo? Meritò. Nam in ingressuro in civitatem aliquam Rege, operæ pretium est præmittere satellites, aliosq; omnes, ut benè adornato palatio Rex, honestius ibi agat: Ita simili modo, quasi Regem & Principem aliquem rebus terrenis præfecturus, prius omnem hunc ornatum fabricavit, & tandem præficiendum hominem introduxit: declarans factis istis, quanti animal hoc faciat.* Homil. 8. in c. 1. Genes.

Et ibidem: *Denique ubi omnia suo ornatu excoluit, & convenienti ordine visibilia disposuit, & mensam largam instruxit, variis & omnigenis refer-*

vitam, quum non essemus: secundum imaginem Conditoris facti [illegible] rationem & mentem complentem naturam nostram habemus [illegible] Deum cognovimus, & pulchritudines Creationis artificiose [illegible] per ipsas velut per litteras quasdam magnam Dei circa omnia [illegible] tiam & sapientiam legimus. Vim discernendi boni ac deterioris [illegible] electione conducibilis & aversionem nocivi, ex ipsa natura [illegible] Abalienati à Deo per peccatum, rursus in consortium revocati [illegible] sanguinem Unigeniti ex ignominiosa servitute exempti. [illegible] spes, Angelicorum bonorum fruitiones, ipsum in cœlis regnum [illegible] promissionibus sita, & intelligentia & promissionis [illegible] Quomodo non has causas ad indesinens gaudium ac perpetuam [illegible] sufficientes esse putare convenit.

Quæ omnia quicunq; recta secum reputat [illegible] aut [illegible] humanæ conditionis memoriam deposuit, aut hos cum CHRISTO Redemptore suo, cujus hic præcipuæ partes sunt, [illegible] nes conferet:

> CHRISTE *salus rerum, bone Conditor atq; Redemptor,*
> *Unica progenies ex* DEITATE *Patris:*
> *Qui genus humanum cernens mersum esse profundo,*
> *Ut hominem eriperes, tu quoq; factus homo es.*
> *Funeris exequias pateris, vitæ Auctor & orbis:*
> *Intras mortis iter, dando salutis [illegible].*
> *Solvis catenas infernis carceris umbris,*
> *Et revocas sursum, quicquid ad ima ruit.*
> *Redde tuam faciem, reddant ut secula lumen,*
> *Redde diem, qui nos, te moriente, fugit.*
> *Eripis innumerum populum de carcere mortis,*
> *Et sequitur liber, quò suus auctor abit.*

Verum enimverò, aut nemo (quæ seculi nostri est [illegible]) hoc facit, aut si qui:

Hermes Trismeg. Sunt nõ multi, aut admodum pauci, ita, ut numerari etiam in mundo possint reliqui.

> *Numero vix tot idem sunt*
> *Quot Thebarum portæ, aut divitis ostia Nili.*

Maxima enim hominum pars eo amentiæ & impudentiæ prolapsa est, ut aut omnium divinorum beneficiorum memoriam deposuerit, aut ita his utatur, ac si ea ipsa sibi peperisset, nunquam oculos in cœlum tollens, nunquam auctorem [illegible]

VI.
Def. Erasm. Roterod.
Confer Neandrum in Orbis terrae explic. part. 1. p. 141.

Sum [illegible]
Me per [illegible]
[illegible]
[illegible]
Sum [illegible] ad astra [illegible]
Terre [illegible]
Cur tandem ignorans dubitat nobis credere [illegible]
[illegible] veritas?
Pulcher [illegible]
Cum sit nihil fidelius?
Auctor ad [illegible] vitae [illegible]
Cur [illegible] mortalibus?
Lux ego sum: cur lux [illegible]
Dux: cur gravantur insequi?
Vivendi recte certissima regula sum:
[illegible] formas cur petunt?
Ipse ego sum solus vera & sine fine voluptas
Quid est, quod ita fastidiunt?
Unica pax animi: quam hanc deserunt [illegible]
Cur [illegible] pectora?
Si benefacta [illegible] etiam meminere [illegible]
Referuntque belluae vicem
Respondere feras meritis didicere [illegible]
Si meminere [illegible]
Si redamant aquilae redamantes [illegible]
Cur [illegible] feris
Me [illegible] non redamat homo [illegible]
Quem condidi, quem sanguine
Asserui proprio, proprioque a morte [illegible]
Defendo vita [illegible]
Si bos agnoscit Dominum, si brutus asellus
Agnoscit altorem suum:
Cur me [illegible] homo [illegible]
Et [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

CAPUT VII

[illegible]

[illegible]

[illegible] quod externum est [illegible] Anaxarchus [illegible] Nicocreonte Cypri Tyranno [illegible].

[illegible] in pilam [illegible], quod Graeci [illegible], [illegible] ferreis malleis contusus [illegible] verbum illud [illegible] *Tunde, tunde Anaxarchi vasculum* [illegible] Quid [illegible] D. Gregorius [illegible]

[illegible]

[illegible]

Cicero. Sed lubet ipsum Platonis locum, qui valdè bellus est, ex quo Cicero hæc excerpsit, adscribere. Sic enim Crito: θάπτωμεν δὲ τίνα σε τρόπον; ὅπως ἂν ἔφη βούλησθε, ἐάνπερ γε λάβητέ με, καὶ μὴ ἐκφύγω ὑμᾶς. γελάσας δ᾽ ἅμα ἡσυχῇ, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀποβλέψας εἶπεν. οὐ πείθω ἔφη, ὦ ἄνδρες, Κρίτωνα ὡς ἐγώ εἰμι οὗτος ὁ Σωκράτης ὁ νυνὶ διαλεγόμενος, καὶ διατάττων ἕκαστα τῶν λεγομένων, ἀλλ᾽ οἴεταί με ἐκεῖνον εἶναι, ὃν ὄψεται ὀλίγον ὕστερον νεκρὸν καὶ ἐρωτᾷ πῶς δεῖ με θάπτειν. ὅτι δ᾽ ἐγὼ πάλαι πολὺν λόγον πεποίημαι, ὡς ἐπειδὰν πίω τὸ φάρμακον οὐκέτι ὑμῖν παραμενῶ, ἀλλ᾽ οἰχήσομαι ἀπιὼν εἰς μακάρων δή τινας εὐδαιμονίας, ταῦτά μοι δοκῶ αὐτῷ ἄλλως λέγειν. Et posteà: ἀλλὰ θαρρεῖν καὶ φάναι τ᾽ ἐμὸν σῶμα θάπτειν, καὶ θάπτειν οὕτως, ὅπως ἄν σοι φίλον ᾖ, καὶ μάλιστα ἡγῇ νόμιμον εἶναι.

Eandem prorsus mentem Demostheni quoq; fuisse, Lucianus refert: Cum enim is metueret, ne captivus ad Antipatrum duceretur, venenum jam diu ad id præparatum hausit, jamq; casurus ad Archiam dixit: ἄγε δὴ τοῦτον πρὸς Ἀντίπατρον, Δημοσθένην δὲ οὐκ ἄξεις, οὐ μὰ τούς. καὶ ἀμέλει μὲν ἐφαίνετο προσθήσειν τοὺς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότας. ὁ δὲ χαίρειν εἰπὼν ἀπέπτη. *Hoc cadaver ad Antipatrum vehes, Demosthenem verò non vehes, non per. Et videbatur suo more juraturus per illos, qui in Marathone occubuerunt, sed valedicens avolavit.* Idem quoque sedit Plotino, magno illi Platonis interpreti, qui Amelio roganti, ut corporis sui figuram & imaginem effingi pateretur, indignabundus respondit. *Quasi verò non satis sit, hanc imaginem, quam natura ab initio nobis circumdedit circumferre: etiam censes imaginis hujus imaginem diuturniorem insuper posteris, ut opus spectaculo dignum, relinquendam?* Judicavit enim cum Pythagora & Platone præceptoribus, corpus esse thecam mentis, utcunque eam exprimentem. Minimum autem hominis videre eum, qui nihil aliud videt, quàm corpus.

Encom. Demosth.

Erasm. l. 8. Apophthegmat.

Cal. Rhodig. lib 16. c. 18. & l. 21. c. 10.

III. Et hinc natam quis putet illam hominis distinctionem in Interiorem & Exteriorem, cujus rerum Sacrarum consulti passim meminerunt, Basilius M. μὴ πρόσεχε τῷ ἔξω ἀνθρώπῳ, περίβλημά ἐστι τοῦτο. ἡ ψυχὴ καθίζει ἔνδον ὑπὸ περιπετάσματι καὶ ἁπαλῷ τῷ σώματι. *Ne animum advertas externo homini, integumentum est hoc, anima sedet intus sub velamine & tenero corpore.* D. Greg. Epist. ad Philagrium: εὐχαριστῶ σοι πάτερ ὦ ποιητὰ τῶν σῶν ἀνθρώπων, (καὶ ποιητά) ὅτι ἀπήλλαξας ἡμᾶς ὧν ποιεῖς, καὶ τοῦ ἐκτὸς καθαίρεις τὸν ἔσω ἄνθρωπον. καὶ διὰ τῶν ἐναντίων, διεξάγεις ἡμᾶς πρὸς τὸ μακάριον τέλος, οἷς αὐτὸς ἐπίστασαι λόγοις.

D. Paul ad Rom. 7. 22. ad Eph. 3. 17. ad Coloss. 3. 9. 10. 1 Pet. 3. 4.

Hexaëm. Homil. 10. sub fin.

Gratias ago tibi Pater, tuorumq; hominum Conditor, quòd nos invitos & reluctantes beneficio afficis, ac per externum hominem internum purgas, & per contraria nos ad beatum finem, rationibus tibi cognitis, ducis. Pariter enim *ut granum* (aurea aurei Doctoris verba sunt) *inclusum in palea foràs non egreditur, nisi fuerit trituratum: sic & homo de impedimentis mundanis, & rebus carnalibus, quasi in palea involutus, difficile egreditur, nisi fuerit aliquâ tribulatione vexatus.* Ad quam prorsus faciem Sidonius Apollin: *Certū scio, maximū esse remedium interioris hominis, si in hac area mundi variis passionū flagellis trituretur, exterior.*

Homil. 2. in c. 3. Matth.

l. 7. Epist. 6.

Ad hanc hominis in externum & internum distinctionem videtur allusisse idem Greg. in Orat. Funebr. in laudem parentis, cujus verba, quòd non tantùm elegantem, sed etiam ad vitam benè beateq; degendam necessariam admonitionē contineant, non piget adscribere: πολιτικοῦ μὲν γὰρ ἔργον εἶναι, πάντα ποιεῖν καὶ λέγειν ἐξ ὧν εὐδοκιμήσει παρὰ τοῖς ἔξωθεν ὡς μηδὲν ὄντι τοῦ παρόντος βίου μακαριωτέρου. πνευματικοῦ δὲ καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς, πρὸς ἓν μόνον βλέπειν, τὴν σωτηρίαν. καὶ ὃ μὲν αὐτῇ συμφέρει, μέγα οἴεσθαι. ὃ δ' ἂν μὴ διαφέρῃ ὡς τοῦ μηδενὸς ἄξιον. καὶ διὰ τοῦτο, τὸ μὲν ἔξωθεν ἀτιμάζειν. ὅπως δ' ἂν αὐτὸς κάλλιστα ἔχοι τοῦτο μόνον σκοπεῖν, καὶ ταῦτα περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, ἐξ ὧν αὐτός τε πλείστου ἄξιος ἔσται, καὶ τοὺς ἄλλους ἕλξει δι' ἑαυτοῦ πρὸς τὸ βέλτιστον. ὃ δὲ κάλλιστον τῶν ἐκείνου καὶ ἰδιαίτατον καὶ οὐδὲ τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενον ἡ ἁπλότης, καὶ τὸ τοῦ ἤθους ἄδολον καὶ ἀμνησίκακον. *Etenim hominis esse arbitrabatur civilem vitam amplectentis, dicta factaq; sua omnia huc referre, ut nominis splendorē apud exteros assequatur, quippe qui hâc præsenti vitâ nil beatius esse ducat. Spiritualis autem, & Christiani, ad unam tantùm salutem conjectos oculos habere, atq; ea, quæ ad eam spectant, præclara existimare, quæ verò ad eam nihil afferunt adjumenti, ut vilia, nulliusq; precii aspernari: eamq; causam partē eam sui, quæ aspectu sentitur, pro nihilo putare, atq; in uno eo elaborare, ut pars interna quàm bellissimè valeat: eaq; pluris æstimare, ex quibus & ipse quàm optimus futurus sit, & alios exemplô suô ad optima quæq; pertrahat; sed nulla in eo præstantior, magisq; propria, ac ne multitudini quidē ignota virtus fuit, quàm simplicitas animiq; candor & injuriarum oblivio,* Non possum autem hic silentiô præterire, quæ de interno homine, ejusq; spirituali ægritudine, in quam peccati vitiô incidit, gravissimè scribit Ludovicus Granatensis, vir, cùm piâ eloquentiâ, tùm eloquenti pietate maximè insignis: *Affectuum,* inquit, *nostrorū perversitatem consideranti mihi apparet pla-*

p. 69.

Tit. 3. conc. p. 418.

ret planè internum hominem nostrum, in quandam spiritualis paralysis ægritudinem peccati vitiô incidisse. Evenit enim aliquando, ut homo sic hoc morbô corripiatur, ut alterâ corporis parte integrâ atq; illasâ manente, alterâ vi morbi oppressâ, omnis motus ac sensus expers jaceat. Hinc fit, ut si eam, quæ sana est, vel aciculâ leviter pungas, acri doloris sensu afficiatur; morbida autem, si vel ferrum adhibeas, & ignem, nihil sentiat. Idem igitur mihi interno homini nostro evenisse videtur. Cùm enim duplex sit ejus portio, quarum altera spiritualia & divina contuetur, altera verò terrena, & ad corporis commodum pertinentia captat; sic tamen natura per peccatum depravata & inversa fuit, sic jus suum altera ejus pars retinuit, altera amisit, ut inferior hæc portio ea, quæ ad corporis commodũ pertinent, ardentissimô amore prosequatur; superior autem illa, quæ spiritualia & divina prosequi debebat (quæ tantò flagrantiori studio amplectenda erant, quantò humanis divina, terrenis cœlestia, & caducis æterna præstant) nihili ea faciat, nec illorum jacturis quamlibet maximis perturbetur. Quis igitur hoc indiciô non apertè videat, internum hominem nostrum gravissimô paralysis morbô correptum; quando altera ejus pars, quæ terrena respicit, ita vivit & viget, altera verò, quæ divina suspicere deberet, in plerisq; hominum velut saxum quoddam immota maneat? Heu miseriam nunquam satis, nec lacrymis quidem Hieremiæ, deploratam! Quàm essemus felices, si res diversâ ratione succederet, si paralysis hæc, non superiorẽ animæ partem, quâ divina suspicimus, sed inferiorem oppressisset: si videlicet ad terrena stupidos ac veluti mortuos, ad divina verò acres ac vigentes sensus haberemus! Hæc ille.

De utroque, porrò, homine, ita philosophabantur veteres: Alterum quidem, sivè interiorem, curandum & excolendum esse omni conatu & studiô, ut liberiùs eò ascendere possit, undè descenderat: Alteri verò, seu exteriori, indulgendũ quidem, sed non serviendum. *Multis enim serviet, qui corpori servit, qui pro illo nimium timet, qui ad illum omnia refert*, ut Seneca alicubi loquitur. Epist. 14. Et alibi: *Cùm se in hanc sublimitatem (animus) tulit, corporis quoq; velut oneris necessarii, non amator, sed procurator est, nec se illi, cui impositus est subjicit. Nemo liber est, qui corpori servit.* Nam ut Salustius, *animi imperiô, corporis servitiô magis utimur.* Chrysippus autem ab ipsô penè principiô sui operis, Animo dominandi jus tribuit, corpori legem servitutis imponit. Scilicet hoc, ceu antè dictũ inter

Epist. 92.
De coniurat. Cat. in Claudiano lib. 2. c. 1.
Simplic. in Epist.

L 2 funda-

Simplic. in Epict. fundamenta sapientiæ, ut corpori mens imperet, & [illegible] efferat, eoq; non ut parte, sed instrumentô utatur. Q[illegible] πολὺς ἄνθρωπος, vulgaris homo est, ac verbô potius homo [illegible] reipsa. Cum his consentit Isidorus: οἱ [illegible]

l.4. Epist 38.

σώματα ὄργανα ζωῆς ἠγμένοι, οὐκ ἀμοιροῦσι τῆς ἐπὶ [illegible]

Qui prudentiâ gubernantur, corpora autem habent pro instr[illegible] dentiæ, hi rerum pulcherrimarum gloriæ non sunt experte[illegible]. Majo[illegible]

Epist. 15. corpore, sarcinâ animus eliditur, & minus agilis est [illegible] cæ monitum est) *quantum potes, circumscribe corpus [illegible] molorum la[illegible]a.* Corpus enim hesternis vitiis, [illegible]

Horat. 2. serm sat. 2.

Sen Ep. 65 quiar, onustum, *animi gravis sarcina, pondus ac p[illegible]*

Plat. in Cratyl. p. 264. *illo, urgetur, in vinculis est.* Ideò Græci corpus hoc [illegible] ὡς δεδεμένης ἐστι αὐτῷ τῆς ψυχῆς [illegible] φύσιν, *tanquam ligat[illegible]*

Cal. Rhodig. l.21.c.10. *ipso anima præter naturam.* Unde & Epictetus corpus hoc [illegible]

Apud Arrian. l.1.c.9. pedibus & vinculis animæ: ea item, quæ necessaria [illegible] pus sustentandum, pro gravibus oneribus habend[illegible]

V. Itâ autem, quod coronidis locô hic adte[illegible], [illegible]

ad Rom. 12, 1. in corpus dominium temperandum est, ut [illegible] dem, non autem penitus conteratur, quod λογικὴν λατρείαν, *ratio[illegible] nabile obsequium* Gentium Doctor appellat: & tantum [illegible] gendum, quantum bonæ valetudini satis est. Scitè Seneca: [illegible]

Epist. 8.

est, quod imperitos in vexatione corporis malè habet: non [illegible] animò esse contenti: multùm illis cum corpore fuit. Ideò vir magnus & prudens animum deducit à corpore, & multùm cum meliore [illegible] parte versatur: cum hac querulâ & fragili, quantùm necesse est. Frænum autem injiciendum non tam corpori, quàm corporis cupidi[illegible]tibus & turbulentis motibus, qui ab eo proficiscuntur. M. Basil. *Castigare corpus, & compescere illius impetus, ut immanem [illegible] belluam, oportet, & ejusdem adversus animam temerarios motus [illegible] habenis compescere, nec voluptatibus frena remittere, animæ [illegible] sus abjiciendo, ne instar aurigæ impetu equorum & violentiâ [illegible] mur in præceps.* Vel, si mavis Senecæ verba: *Id agere deb[illegible]*

Epist. 51.

irritamenta vitiorum, quàm longissimè profugiamus. Indu[illegible] animus, & à blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Hi[illegible]

Lud. Granatens. T. 4. p. 337. Philosophiæ consulti hoc simili illustrant: *Quemad[illegible] vinitores vitium palmites, ubi immodicè excreverunt, amputa[illegible]*

[illegible]

nimium luxurient atq; silvescant, si debito longiores fuerint: Ita nos quoq; vehementiores affectus nostros Divini timoris falce abscindere debemus, ne gentilium hominum ritu ad agrestes & barbaros mores degeneremus. Videtur autem disertissimus Concionator ante oculos habuisse Goffridi Abbatis Vindocinensis verba: *Malorum semina nullâ occasione dissimuletis, sed mox, ut oriri cœperint, radicitus amputetis. Arbusta enim, si statim, ut plantata sunt, concutiantur, radicari non possunt: si verò diutius tolerantur, altius radicem figunt: & quæ prius poterant quasi solà manu & absq; difficultate avelli, nunquam sine securi, & vix cum securi valent deinceps exstirpari.* Ad hanc spiritualem amputationem alludit eleganter Billius: lib. 3. Ep. 30. l. 1. Anth. 67

Cùm nequit, in latum quia sese porrigit, arbor
Crescere, tum frondes falce putare decet:
Ut fluvius retrò properet, vi sistere cursum
Est opus: ac versis ille recurret aquis.
Ergò diu hæsisti quicunq; in gurgite fœdô
Criminis, & flammâ jam meliore cales:
Scinde super vacuum lasciva carnis amorem
Ac citò sublatâ sidera mente petas.

Et hæc est mystica illa in Scripturis sacris carnis mortificatio, quam Gregorius Nazianzenus eleganter in hæc verba describit: VI. *Occultum martyrium.*

Te nostri teneat reverentia: sit procul à te
Ingluvies: cessa bella movere mihi.
Ætherei testor dextram Genitoris, in unum
Quiq; humana trahet (nec mora) cuncta diem,
Quòd te ita conficiam variorum mole dolorum,
Exanimi ut jam sis corpore debilior.
Ni contacta tibi quamprimum fimbria Christi
Pestiferum fluxum comprimat, atq; scelus,
Ex imo venias lachrymarum pectore flumen
Ex animo, atq; oculis, jam fuge somne meis:
Ut sedes flammam, quâ mens exuritur ægra,
Fœtoremq; fuges, quem mihi noxa parit.
Durescant curvata solò mihi membra, famiq;
Pro dapibus latis, sit medicina cinis.

Sit saccus pro veste mihi, qui pectora pung[illegible],
Atq. feret mensa quam car[illegible]
Cura veni carnis dom[illegible]trix, pœneq. perenne[illegible]
Fac subeant animum conciliantq. meum.

Succinctius idem in Tetrastichis:

Hac de re fusè Granat. T. 1. p. 327. quem consulo ut consul. Confer Isid. Pelus. l. 4. Epist. 2. 3. 4. 127. Jacob Bill. l. 1. Anthol. Sacra 14. et. 72.

ἔρως, μέθη, ζῆλός τε καὶ δαίμων, ἴσα
Οἷς ἂν προσπέλασῃ, τὸ φρονεῖν ἐπέκλυσε.
Τρῦχος, προσευχή, δάκρυον τὰ φάρμακα
ἡ δ' ἰατρεία τῶν ἐμῶν νοσημάτων.

Vinum, libido, liver, & dæmon idem.
Quorum occuparint, opprimunt hæc pectora.
Medentur hisce, lacrymæ, fames, preces.
Sic est mea curatio ægritudinis.

CAPUT VIII.

Excursio de ultimo hominis fine, ὁμοιώσει scilicet,[1] seu accessione ad Deum. Hanc,[2] ex Pythag. mente, in investigatione Veritatis (cui[3] nonnulla cum Deo communia) si Beneficentiam[4] comitem habeat, consistere. Pythagore[illegible] Aristotelem: utrumq; autem[6] saniori Philosophiæ [illegible] Medium[7] ad obtinendum illum finem esse [illegible] mortis meditationem. In ea[8] docenda consensum esse utriusq. Philosophiæ. Aliquot[9] Decalogi παραφράσεις. Quodnam[1] Philosophi vitæ, præceptis illorum convenienter institutæ, premium sperarint.

1. QUoniam autem huc ventum, eugè excurramus paulisper in amœnissima priscæ Philosophiæ vireta, ad quæ nobis divinæ, de quâ adhuc egimus, imaginis consideratio [illegible] Cùm, quod capite præcedenti ostensum, prisce & [illegible] Philosophiæ cultores, in homine λείψανα seu r[illegible] imaginis agnoscerent: hominis summam [illegible] consistere statuebant in ὁμοιώσει, sive acce[illegible] Deum [illegible] δυνατὸν ἀνθρώπῳ, quoad homini suus integrumq; esset: sive, ut D. Gregorius loquit.

loqui amat, ὅσον ἐφικτὸν τοῖς σαρκὸς δεσμίοις, καὶ βραχείαν ἀποῤῥοὴν τοῦ καλοῦ δέχεσθαι δυναμένοις. *Quantum quidem iis, qui carnis vinculis astricti sunt ac perexiguos duntaxat primarii rivulos accipere queunt, assequi datur.* Unicujusq; enim rei perfectio est, principio suo conjungi, & illius perfectionem (quoad fieri possit) imitari. Cùm autem DEUS hominis atq; rerum omnium principium sit, consequens est, ut quò magis ad illum accedimus, hoc est, quò magis illi assimilamur atq; conjungimur, hôc utiq; perfectiores simus.

Orat. in laudem Cypr.

Nihil autem ex illorum mente propiùs nos DEO jungit, quàm studiosa & indefessa veri (cujus videndi naturâ inest mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas) investigatio. Cùm enim ex sanioris Philosophiæ placitis, Deo præcipuè conveniat συνεχὴς καὶ ἀδιάλειπτος τῆς ἀληθείας θεωρία, *assiduâ & nullâ intermissione interrupta veritatis contemplatio*: hominis quoq; τελείωσις seu perfectio in veritatis investigatione ac studiô consistat, necesse est. Hinc Pythagoras, vir, ex Apul. mente, ingeniô ingenti, ac suprà captū hominis augustior, primus Philosophiæ nuncupator & cōditor interrogatus: τί ποιοῦσιν ἄνθρωποι Θεῷ ὅμοιοι? Respondit: ἐὰν ἀληθεύωσιν. Sic Malchus: μάλιστα δ' ἀληθεύειν. τοῦτο γὰρ μόνον δύνασθαι τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖν Θεῷ παραπλησίους. Meminit etiam D. Hieronymus *Præceptum est Pythagoricum, post Deum veritatem colendam, quæ sola homines Deo proximos faciat.* Eleganter Jamblich: ἀλλὰ μὴν καὶ ἀψευδεῖν δεῖ περὶ πολλοῦ ποιεῖν, τὸ γὰρ ἀληθεύειν, καὶ πρὸς Θεοὺς κατὰ τὴν θείαν ἀλήθειαν, καὶ πρὸς ἀνθρώπους κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἡγεῖται ὑμῖν πάντων τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν.

II.
Cic. 1. Tusc.
V. Trigam acutissimorū Philosophor.
Phil. Scher. *Orat. de Notis seu Differentiis, quib. homo à ceteris animantib. differat.*
Ernest. Soner. *Orat. de vita contemplat.*
Mich. Piccart. *orat. de præstant. cognitionis, & Isago. in Philosoph. Arist. flor. capp. 1. ad 6.*

Veritatem autem qui colit, is & Deum colit, qui ipsa est veritas. Ut enim Deus unus est & solus, semperq; sibi similis, nullas mutationum vices subit. Ita veritas, ut pulcerrimè Suidas ὁμοία ἐστὶ πανταχόθεν αὐτὴ ἑαυτῇ· τὸ δὲ ψεῦδος πολύχουν, καὶ πολυσχιδὲς, καὶ ἑαυτῷ μάλιστα ἀσύμφωνον. Et Nazianz. alicubi: τὸ ἀληθὲς ἕν, τὸ δὲ ψεῦδος πολυσχιδὲς, καὶ πολύμορφον. καὶ, ut Cl. Alexandr. loquitur, μυρίας ἐκτροπὰς ἔχει. Quomodo & Cicero, contra Epicurum disputans, passim inculcat: *Ex perpetuitate & constantia sententiarum æstimandum esse Philosophum.* Undè Rittershusius in aureolâ Odâ ad veritatem in profundo latentem:

De vita Pythag. pag. 25.
advers. Ruff.
Vid. Cal. Rhodig. l. 22. c. 4.
l. 1. Strom.
stroph. 14.

Hic veritatem partibus à suis
Stare, alter autem jactitat à suis:
Errore verò se teneri
Vix aliquem videas fatentem.

Cùm

Cum veritatis sit tamen unica
Simplexq; norma ac regula, quam citra
Ultraq; si quoquam recedas,
Te malus illaqueabit error.
Ut veritas est unica, quæ sibi
A parte quavis consona congruit:
Mendacium sic multiforme
Mille modis variat subindè.

1 ad Tim. 6. v.16. Quemadmodū etiam DEUS lucem, ut D. Paulus loquitur, habitat inaccessam, cujus splendorem nulla mentis acies, quantumvis acuta & perspicax, sustinere possit: adeo, ut Regius Psal. 18. 12 Propheta dixerit, *posuisse eum tenebras latibulum suum*. Hinc Sibyllini versus à Cl. Alexandrino laudati:

l. 5. Strom. p. mihi 438.

Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ
ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ;
Ἀλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατ' ἐναντίον ἠελίοιο
Ἄνθρωποι στῆναι δυνατοὶ θνητοὶ γεγαῶτες

Quæ caro namq; oculis cœlestem cernere possit
Verum, immortalemq; Deum, cui in vertice cœli
Est sedes? Solis radios nec cernere fixis
Luminibus poterit quisquam mortalis ab ortu,

Vel:

Cum nemo, genitus mortali semine qui sit,
Adversum radios possit consistere solis
Lumine inoffenso: cujus dementia tanta est,
Ut speret, se posse Deum hoc in carnis amictu
Cernere mortalis, cui cœlum habitacula præbet
Vero, immortali, cui finis origoq; nulla est

l. 5. p. 427. Hos dubio procul antè oculos habuit Orpheus, eodem Alexandrino referente:

Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω. περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται
Πᾶσι γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις.
Μικραί, ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύασιν.

Non video hunc, solidus positus nam nymbus in orbem est
Namq; pupillæ oculis hominum mortalibus insunt
Parvæ & mortales: iis insunt nam caro & ossa.

Sed hoc ipsum paulò liberiùs sic effert Prudentius: 2 Cont. Symm. 94.

Nam cùm divinis agimus de rebus, & illum,
Qui vel principiò caruit, vel fine carebit.
Quiq; chao anterior fuerit, mundumq; crearit,
Conjectare animo contendimus, exigua est vis
Humani ingenii, tantoq; angusta labori.
Quippe minor natura, aciem si intendere temptet
Acrius, ac penetrare Dei secreta supremi:
Quis dubitet, victô fragilem lassescere visu?
Vimq; fatigata mentis sub pectore parvô
Turbari, invalidúq; hebetem succumbere curis?)

Ita non minus ad veritatis lucem, quæ involuta in profundo latet, nostri caligant animi, quàm vespertilionum oculi ad lumen Diurnum. Adeò autem penè supra virium nostrarum captum veritatis est acquisitio, ut Plato illum beatum prædicet, qui vel in senectute veras de rebus sententias adeptus fuerit. Sen. 7. Benef. 1. Aristotel. 2. Metaphys. c. 1.

O ter beatos, quos vel in ultima
Vita senecta participes sui
Lux veritatis reddit, atras
Ex animo nebulas repellens.

Quamvis autem (quod ἐν παρόδῳ) difficilis sit, nec omnibus promta veritatis cognitio: nō proinde tamen demissis manibus ab illius inquisitione fugiendū, sed eò alacriùs illius investigationi insistendum: donec labore duce, & comite industriâ illius cognitionem serò licet, sed tamen assequamur. Præclarè Cl. Alexandrinus: διὰ πλείονος τοίνυν φροντίδος ἐρευνητέον τὴν τῷ ὄντι ἀλήθειαν, ἣ μόνη περὶ τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν καταγίνεται. πόνῳ δὲ ἕπεται γλυκεῖα εὕρεσίς τε καὶ μνήμη. ἐπαποδυτέον ἄρα τῷ πόνῳ τῆς εὑρέσεως διὰ τὰς αἱρέσεις, ἀλλ' οὐ πλέον ἀποστατέον. οὐδὲ γὰρ ὀπώρας παρακειμένης, τῆς μὲν ἀληθοῦς καὶ ὡραίας, τῆς δὲ ἐκ κηροῦ, ὡς ὅτι μάλιστα ἐμφεροῦς πεποιημένης διὰ τὴν ὁμοιότητα, ἀμφοῖν ἀφεκτέον. διακριτέον δὲ ὁμοῦ τε τῇ καταληπτικῇ θεωρίᾳ καὶ τῷ κυριωτάτῳ λογισμῷ τὸ ἀληθὲς ἀπὸ τοῦ φαινομένου. καὶ ὥσπερ ὁδοῦ μιᾶς μὲν τῆς βασιλικῆς τυγχανούσης, πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων τῶν μὲν ἐπί τι κρημνῶδες, τῶν δὲ ἐπὶ ποταμὸν ῥοώδη ἢ θάλασσαν ἀγχιβαθῆ φερουσῶν, οὐκ ἄν τις ὀκνήσαι διὰ τὴν διαφωνίαν ὁδεῦσαι, χρήσαιτο δ' ἂν τῇ ἀκινδύνῳ καὶ βασιλικῇ καὶ λεωφόρῳ. οὕτως ἄλλων ἄλλα περὶ ἀληθείας λεγόντων, οὐκ ἀποστατέον, ἐπιμελέστερον δὲ θηρατέον τὴν ἀκριβεστάτην περὶ αὐτῆς γνῶσιν. *Est ergò* l. 7. Strom. p. 14?

nobis majori studio & curâ perscrutanda, ea, quæ vere est veritas, quæ sola circa eum, qui verè est Deus, versatur. Laborem autem insequitur duplex in inventio & memoria. Est ergò labor inveniendi subeundus propter hæreses, sed non est omninò deficiendum. Neq; enim, si appositus sit fructus, unus quidem verus & maturus, alius vero factus ex cera, quam maxime similis, propter similitudinem est abstinendum ab utroq;. Simul autem discernendum est, comprehendente contemplatione, & principali consideratione, verum ab eò, quod apparet. Et quemadmodum si una quidem sit via regia, & multa etiam aliæ, ex quibus aliquæ ferunt ad præcipitium, aliquæ verò ad fluvium rapidè fluentem, aut ad mare profundum, non dubitaverit quispiam viam ingredi propter dissensionem, sed utetur via regia & trita, & sejuncta à periculo: ita cùm alii alia dicant, , de veritate non est discedendum, sed exactius & diligentius est inquirenda ejus exactissima & accuratissima cognitio.

Isidor. lib. 4. Epist. 174. Porrò, quemadmodum Deo nihil cum malis & improbis intercedit commercii: tantùm enim sui amantes redamat; at sui contemptores, contemnit & odit. Eadem & veritatis ratio est. Idem Rittershusius:

Dicenda non es invida tu quidem
(Communicari quandoquidem bona
Res queq; multis, plurimosq;
Participes sui habere gaudent.)
Tamen nec ultrò futilis ingeni
Vanisq; temet mentibus inferis,
Stertentibus Bacchi gulæq;
Mancipiis, Venerisq; spurcæ.
Ut vina in utres nemo recentia
Condit vetustos: nemoq; purpuram
Trito assuit panno obsoletis
Integra non benè copulando:
Unguenta vasi nec bona putrido
Quisquam ingerit, cui mens modo sanior:
Sic, DIVA, donorum [illegible]
Copia non datur ulla pr[illegible]
Tu præparatum pectus [illegible], DEA, &
Cultu subjectum legitimo [illegible]

Silve-

Silvestre cor, cultusq; inane, &
Ingenium indocile improbumq;.

Quemadmodum, tandem, sapientissimô mortalium, non Socrate, sed Salomone judice, *non est sapientia, neq; intelligentia, neque consilium contra Jehovam*: Ita secundum Æschinem: οὕτως ἰσχυρόν ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ὥστε πάντων ἐπικρατεῖν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν. Quem locum ante oculos habuisse videtur Cicero, cùm inquit: *O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraq; fictas omnium insidias, facilè se per seipsam defendat!* Gravissimè autem de vi veritatis gravissimus auctor Polybius: Καί μοι δοκεῖ μεγίστην Θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις ἀποδεῖξαι τὴν ἀλήθειαν καὶ μεγίστην αὐτῇ προσθεῖναι δύναμιν. πάντων γὰρ αὐτὴν καταγωνιζομένων, ἐνίοτε καὶ πασῶν τῶν πιθανοτήτων μετὰ τοῦ ψεύδους ταττομένων. οὐκ οἶδ᾽ ὅπως αὐτὴ δι᾽ αὐτῆς εἰς τὰς ψυχὰς εἰσδύεται τῶν ἀνθρώπων. καὶ ποτὲ δὲ πολλὼ χρόνον ἐπισκοτισθεῖσα τέλος αὐτὴ δι᾽ αὐτῆς ἐπικρατεῖ, καὶ καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος. Hoc est: *Videtur mihi Natura maximum Deum hominibus ostendisse veritatem, maximumq; ei attribuisse robur. Nam utut ea omnia oppugnent, interdum etiam omnes probabiles rationes eam inter mendacium collocent: tamen nescio quô pactô ipsa per se animos hominum subit; ac interdum quidem statim demonstrat, quantam vim habeat; nonnunquam verò diu tenebris involuta, tandem ipsa suâ vi obtinet, ac mendacium superat.* Quibus pondere & elegantiâ non cedunt Beati Chrysostomi verba: Οὐδεμιᾶς δεῖται βοηθείας ἡ τῆς ἀληθείας ἰσχύς. ἀλλὰ κἂν μυρίους ἔχῃ τοὺς σβεννύντας αὐτήν, οὐ μόνον οὐκ ἀφανίζεται, ἀλλὰ δι᾽ αὐτῶν τῶν ἐπηρεάζειν ἐπιχειρούντων φαιδροτέρα καὶ ὑψηλοτέρα αὖ ἐκ τῶν εἰκῆ κοπτόντων ἑαυτοὺς καταγελῶσα. *Nullô eget auxilio veritatis vis: Quin etiamsi infiniti ipsam velint extinguere, non modo non obscuratur, verumetiam per eos ipsos, qui incommodare conantur illustrior & excelsior redditur, illos frustrà se torquentes deridens.*

Prov. 21, 30.

Contra Timarch.

In Orat. pro Cælio.

Eclog. l. 14.

Hæc dum scribo, aurem mihi vellit præstantissima Oda Alcaica Thuani in Veritatem, cujus elegantia ita animũ meum fascinavit, ut ab eâ manum abstinere non possim: hanc ubi legeris, amice Lector, quin mihi nimiæ in hac re prolixitatis gratiam facturus sis, nullus dubito:

DILECTA *cœlo candida Veritas*
Invisa terris horrida veritas,
O Diva, quò periclitantum
Ancora & arx fugis innocentum!

An te per Alpis invia ningida
Inhospitalis per Rhodopes juga
Sequar recedentem, aut acuta
Tesqua per aëria Pyrenes?
An fata monstris squamiferis freta,
Lateque sparsas gurgite Atlantico
Terras, & alterno perustos
Sole petam peregrinus Indos?
Qua ferre gressus cumque datur vagos,
Intenta, qua fas vertere lumina
Nusquam es, tenebræ cuncta cœca,
Cuncta gravis situs occupavit.
Injurioso protinus ut solo
Pedem extulisti, quò properas? preces
Miscere si coram negatur,
Mutis ades procul invocanti.
Dux luce cassis tu Dea mentibus
Præstigiarum nubila discutis
Obstantia, ignorantiæque,
Trans salebras per opaca tutos
Præstas eunteis, ne miseri ruant,
Terrore fracti pectora panicô;
Cervice neu justa imperantis
Excutiant juga contumaci,
Nostrique Numen sollicitum negent,
Incertô ferri cuncta rati impetu
Volvente Fortunâ labores
Atque vices variante rerum.
Tu viperina cæca Calumniæ
Palam retundis spicula, nec metu
Aut spe moveris, nec favore
Aut odiô labefacta mutas.
Laudem merenteis tu prohibes mori,
Latére multum nec vitium sinis;
Per te secus recteque facta,
Per memores sine fraude fastos

Eunt

Eunt in aureis tradita posteris;
Nec pœnitendum de tribus altera
Sororibus pensum retexet,
Quod properans semel una nevit.
Cui, Diva, curæ es, ritè Deo litat,
Æquum inter omneis ipse potens sui
Jus dicit, & civilis omne
Officium pietatis implet.
Non ille claræ lumine purpuræ
Præstringitur, non uritur ambitu;
Non ille spes fœdis coquentis
Illecebris capitur lucelli.
Non ad superbi res avidus suas
Trimalcionis arbitrium exigit,
Pruriginosis insusurrans
Auribus exitiale murmur.
Ad gratiam non blanda loquentium
Venatur auram obnoxius aulicam,
Turpivé libertatem avitam
Mancipat obsequiô, probrosi
Nutu ex Catulli pendulus improbo;
Non ille amicis aut patriæ piger
Prodesse, vitandumq; honestâ
Flagitium nece pejus horret.
Jamq; axe virgo labere flammeo,
Tecumq; virtus & Pudor, & Fides
Terras, & albô tecta pannô
Simplicitas repetat relictas.
Pugnæ lacertos & frameam para
Contende nervos, secla novissima
Instant, ad extremamq; mundus
Jam seniô veniente metam
Vergit, vides, ut colla tumentia
Ferroq;, flammaq; insuperabilis
Attollit & semper renatis
Pullulat hydra ferox colubris.

Opinionum fluctivagô in salô
Pulsata cauris relligio gemit;
Scissóq; passim caritatis
Sacra jacent temerata vinclô.
Lascivientis livida bellua
Ultrice dextrâ demete cornua
Aurô propinantis supinis
Dulcia Principibus venena.
Fastus rebelleis frange superbiæ,
Et occupanti cuncta licentiæ
Impone frenos, & reclusis
Fucum animis abole nocentem.
Sic constituta mentibus in piis
Tandem beabit PACE *suos* DEUS,
Vitaq; defunctos periclis
Emeritos brevis hora solvet.

Et hactenus ἀλκαϊκὰ Thuani, quam etiam Rittershusius, eruditissimarum suarum in Malchum Notarum annulo, velut preciosam gemmam inseruit.

IV. Cæterùm (ut ab excursione, quam non ingratam aut injucundâ Lectori fuisse arbitror, in viam redeam) cùm solâ veritate homines Deo similes esse Pythagorici statuunt, per id tamen Beneficientia non excludunt. Nam hanc quoq; constat esse rem illa, quâ ad divinâ naturam quàm proximè accedunt homines: *lib. 2. Strom. p. 294.* Cl. Alexandr: οὗτός ἐστιν ὁ κατ᾽ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὁ γνωστικὸς, ὁ μιμούμενος τὸν Θεὸν καθ᾽ ὅσον οἷόν τε. μηδὲν παραλιπὼν τῶν εἰς τὴν ἐνδεχομένην ὁμοίωσιν, ἐγκρατευόμενος, ὑπομένων, δικαίως βιοὺς, βασιλεύων τῶν παθῶν, μεταδιδοὺς ὧν ἔχει, ὡς οἷός τε ἐστιν εὐεργετῶν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. *Hic est, qui ad imaginem & similitudinem est cognoscendi potestate prædituus, qui Deum imitatur, quoad ejus fieri potest, nihil prætermittens eorũ, quæ faciunt ad eam, quæ contingere potest similitudinẽ, continens, sustinens, justè vivens, imperans animi perturbationibus ea, quæ habet impertiens, pro viribus benefaciens, & verbo, & opere.* *p. 296.* Et paulò post: τὸ γὰρ κατ᾽ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, ὡς πρόσθεν εἰρήκαμεν, οὐ τὸ κατὰ σῶμα μηνύεται. οὐ γὰρ θέμις θνητὸν ἀθανάτῳ ἐξομοιοῦσθαι. ἀλλ᾽ ἢ κατὰ νοῦν καὶ λογισμόν. ᾧ καὶ τὴν πρὸς τὸ εὐεργετεῖν καὶ τὴν πρὸς τὸ ἄρχειν ὁμοιότητα, προσηκόντως ὁ κύριος ἐνσφραγίζεται. *Quod enim ad imaginem & similitudinem, sicut etiam prius diximus,*

non

non ex corpore significatur (nefas enim est, mortale assimilari immortali) sed mente ac ratione: quâ & eam, quæ est in benefaciendo, & eam, quæ in imperando, obsignat Dominus similitudinem. Brevius Strabo: εὖ μὲν γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς Θεοὺς, ὅταν εὐεργετῶσι. *lib. 10. Geograph.* *Probè quidem & hoc dictum est, benemerendo præcipuè homines imitari Deos.* Seneca: *Si Deos,* inquit, *imitaris, da & ingratis beneficia.* *4. Benef. 26.* *Nam & sceleratis Sol oritur, & piratis patent maria.* Idem: *Proximum Diis immortalibus locum tenet is, qui se ex Deorum naturâ gerit, beneficus & largus, & in melius potens.* Præclarè D. Gregorius Nazianz. περὶ φιλοπτ. p. 138. Φιλοτίμησαι μὴ περιουσίαν μόνον ἀλλὰ καὶ εὐσέβειαν. μὴ τὸ χρυσίον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρετήν. μᾶλλον δὲ ταύτην μόνον. γενοῦ τοῦ πλησίον τιμιώτερος, ἐκ τοῦ φανῆναι χρηστότερος. γενοῦ τῷ ἀτυχοῦντι Θεὸς, τὸν ἔλεον Θεοῦ μιμησάμενος, οὐδὲν γὰρ οὕτως, ὡς τὸ εὖ ποιεῖν, ἄνθρωπος ἔχει Θεοῦ, κἂν ὁ μὲν μείζω, ὁ δὲ ἐλάττω εὐεργετῇ, ἑκάτερος οἶμαι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν. *Da operam, ut non solùm opibus, sed etiam pietate, non solùm auro, sed etiam virtute sis locuples: Cura, ut proximo tuo idcircò præstantior sis, quia benignior: fac calamitoso sis Deus, Dei misericordiam imitando. Nihil enim tam divinum homo habet, quàm de aliis benè mereri: tametsi ille majora, hic minora beneficia conferat, uterque nimirùm pro suis viribus.* Hinc idem in Tetrastich:

Τὸ δραστικὸν δείκνυε, μὴ τῷ δρᾶν κακῶς
τῷ δ' εὖ γε ποιεῖν, εἰ θέλεις εἶναι Θεός.
τὸ δ' ἐστὶν ἀνδρὸς εἰδότος τὸ συγγενὲς,
Κτείνει δὲ ῥᾷστα καὶ τρυγὼν καὶ σκορπίος.

Hoc est: *Potentiam tuam agendique facultatem non in inferendo malo, sed in bene merendo ostende: si modo Deus esse cupis. Hoc enim ejus est, qui cognationem suam exploratam habet: facilè autem & pastinaca & scorpius mortem inferunt.* Joh. Langius sic reddidit:

Fac strenuus sis, non patrando turpiter,
Benè sed agendo, si voles fieri Deus:
Id, quod facit, cui cognitum est genus suum.
Facilè enecat cicuta juxtà & scorpius.

Idem in Monostich.

Εὐεργετεῖν νόμιζε μιμεῖσθαι Θεόν.
Æmulus ille Dei est, quisquis prodesse laborat

Hoc ipsi etiam fatebantur Pythagorici: cùm n. tres modos observassent, quibus homo seipso melior efficiatur, mediũ illorum consti-

rum constituebant, Benefaciendi studium. Ita enim Photius ex
p. 712. incerto vitæ Pythagoræ scriptore: ἔλεγον (δηλονότι οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου) τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἑαυτοῦ βελτίω κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεσθαι. πρῶτον μὲν τῇ ὁμιλίᾳ τῇ πρὸς τοὺς Θεούς. ἀνάγκη γὰρ προσιόντα αὐτοῖς, κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ χωρίζεσθαι αὐτὸν πάσης κακίας εἰς δύναμιν ὁμοιοῦντα ἑαυτὸν τῷ Θεῷ. δεύτερον, ἐν τῷ εὐποιεῖν. Θεοῦ γὰρ τοῦτο, καὶ θείας μιμήσεως. τρίτον, ἐν τῷ ἀποθνήσκειν. εἰ γὰρ κατὰ ποσὸν ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος ἐν τῷ ζῆν τὸ ζῶον, χωριζομένη βελτίων γίνεται ἑαυτῆς, ἔν τε τοῖς ὕπνοις κατὰ τοὺς ὀνείρους, καὶ ἐν ταῖς ἐκστάσεσι τῶν νόσων μαντικὴ γίνεται, πολλῷ μᾶλλον βελτιοῦται, ὅταν τελέως χωρισθῇ ἀπὸ σώματος. Valdè floridè Georg. Gemistus: Μεμαθηκὼς ὡς τὸ μὲν καλῶς ποιεῖν τοῦ εὖ πάσχειν ἄμεινον πολλῷ, αὐτῷ δήπουθεν τῷ καλῶς ποιοῦντι ἅτε δὴ καὶ θεοειδέστερον ὄν, τοῦ δὲ κακῶς πάσχειν, τὸ κακῶς ποιεῖν χεῖρον ὂν πολλῷ (τῷ γὰρ ἀμείνονι τοῦτό γε ἐναντίον) καὶ δέοι, τὸ μὲν, ὡς ἄριστον ὄν, διώκειν εἰς δύναμιν. τὸ δὲ φεύγειν παντὶ τρόπῳ διευλαβούμενον, μὴ κλησόμενος λάθῃ τὸ χείριστον τῶν κακῶν. *Intelligit ille nimirum* (virtutis, puta, & honestatis studiosus, quiq; & divina æquanimiter fert, & humana moderatè) *dare beneficium quàm accipere, longè esse præstantius & meliùs ipsi benefacienti; ut quod ad divinitatis aliquam similitudinem propiùs accedat: malè autem facere, quàm malè tractari longè esse deterius. Nam hoc cum bonitate pugnat. Itaq; illud quidem tanquam optimum, pro viribus persequendum: hoc modis omnibus fugiendum, cavendumqué, ne imprudens malo omnium pessimo irretiaris.*

Eundem planè scopum ferit elegans Posselii Epigramma Græcum, quod heic ob ejus venustatem silentio præterire non
num. 113. possum: Extat autem in Regulis vitæ, hoc titulô: *Deum amabis, si illum in hoc imitaberis, quod velis omnibus prodesse, & nemini nocere.*

Εὖ ποιεῖν ἐθέλων πάντας τε καὶ οὔτινα βλάπτειν
μιμήσῃ στέρξεις τ᾽ εὐρυμέδοντα Θεόν.
Εὖ ποιεῖ ὁ Θεὸς θνητοὺς ἀγαθούς τε κακούς τε,
οὐδὲ κακῶς ποιεῖν πανσόφου ἐστὶ Θεοῦ.
ὅττι δὲ ἀνθρώπους ἀπολλύνυται ἀγκυλοβούλους
ἀλλότριον ποιεῖ ἔργον ἑὸς ὁ Θεός.
ποιεῖ δ᾽ ἀλλότριον Θεὸς ἔργον, ὅπως μετὰ μικρὸν
οἰκεῖον ποιῇ ἔργον ἑὸν πατρικῶς.

V. Et hic quidem Pythagoricæ Philosophiæ finis erat, Veritatis videlicet indagatio. Quem scopum sibi etiam præfixum habuisse limam veritatis Aristotelem, ex[illegible] quod Philo-

Philoſophiam aſſeruit eſſe ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας, *ſcientiam veritatis*. Per hanc autem nihil aliud Philoſophum quoq; intellexiſſe, quàm DEUM Opt. Max. Naturæ & totius univerſi Auctorem rectoremqué, qui nullas mutationum vices ſubit, ſed ſemper ſibi conſtat, idemqué permanet, Ammonii, magni illius Ariſtotelis interpretis, verba docent, quæ adſcribo: Τί τέλος ἐστὶ τῆς Ἀριστοτελικῆς φιλοσοφίας; φαμὲν ὅτι γνῶναι τὴν πάντων ἀρχὴν τὴν τῶν πάντων δημιουργὸν αἰτίαν, τὴν ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν. ἀποδείκνυσι γὰρ, πάντων ἀρχὴν εἶναι ἀσώματον. ἐξ ἐκείνης δὲ πάντα παράγεσθαι. Sic Hermes Philoſophiam eſſe dixit, *in ſolâ cognoſcendâ divinitate, frequentem obtutum, & ſanctam religionem*. *Proëm Com. in Categor. p. 11. 6. Edit. Venet.*

VI. Probè autem omninò & Chriſtianæ veritati convenienter hæc philoſophandi ratio aſſerit: τὴν πάντων ἀρχὴν καὶ δημιουργὸν αἰτίαν ἀεὶ εἶναι, καὶ ὡσαύτως ἔχειν. Fatetur hoc Regius Propheta, cùm DEUM ita alloquitur: αὐτοὶ (οἱ οὐρανοὶ) ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις. καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. Tale eſt etiam illud Paulinum: *Jeſus Chriſtus heri & hodiè: Ipſe & in ſecula*: Sed & ipſe de ſe DEUS apud Malachiam: *Ego Dominus, & non mutor*. Et S. Jacobus DEUM appellat *Patrem luminum*, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. Ad quem locũ reſpexiſſe videtur Iſidorus Peluſiota, ita ſcribens: Ὁ βασιλεὺς, ὁ ἀπαθὴς, ὁ σκιὰν τροπῆς μὴ ἐπιδεχόμενος, *Rex paſſionis expers, qui umbram mutationis non recipit*. Probè etiam eadem aſſerit: τὴν πάντων ἀρχὴν εἶναι ἀσώματον. DEUS enim, ut ſacrarum literarum teſtatur auctoritas, *Spiritus eſt*: *Spiritus autem carnem & oſſa non habet*. Sic Pythagoras quoq; fatebatur, *Deum incorporalem eſſe mentem, quæ per omnem rerum naturam diffuſa & intenta, vitalem ſenſum cunctis animantibus tribuit*. Probè tandem eadem aſſerit, ex primâ illâ cauſarum cauſâ πάντα παράγεσθαι. Etenim: ἐξ αὐτοῦ (Θεοῦ) καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, inquit Gentium Doctor, Paulus. Et Orpheus apud Clem. Alexandrinum: *Pſal 102, 27 & Pſ. 33. 11.* *Hebr. 13, 8.* *cap. 3, 6.* *cap. 1, 17.* *l. 4. Ep. 166.* *Lactant. de ira Dei. c. 11. vid. Minuc. Fel. in octav. p. 40. & ſeqq.* *Rom. 11. v. ult.* *l. 1. Strom.*

εἷς ἔστ' αὐτοτελὴς, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται.

Unus perfectus per ſe, ex uno omnia facta.

Hoc ipſum, porrò, hoc eſt, eundem planè ſcopum, tàm Pythagoricam, quàm Ariſtotelicam Philoſophiam ſibi præfixum habuiſſe, non tantùm ex jam dictis clarum eſſe, ſed & ex

his Jamblichi verbis clariùs doceri posse arbitror, cùm inquit: φαίνεται ἡμῖν φιλοσοφία ἀπαλλαγὴν τῶν ἀνθρωπίνων δεσμῶν παρέχειν, καὶ λύσιν τῆς γενέσεως, καὶ περιαγωγὴν ἐπὶ τὸ ὄν, καὶ γνῶσιν τῆς ὄντως ἀληθείας, καὶ κάθαρσιν τῆς ψυχῆς. εἰ δὲ ἐν τούτῳ μάλιστά ἐστιν ἡ ὄντως εὐδαιμονία, σπουδαστέον περὶ αὐτὴν, εἴπερ ὄντως βουλόμεθα μακάριοι εἶναι. Quæ verba eò lubentiùs adscripsi, quòd non tantùm cum Christianæ Philosophiæ placitis ad amussim conveniant, sed viam etiam aperiant, quæ nos ad hanc summæ felicitatis fruitionem deducat. Videamus, sed strictim, utrumq;. Consensus est inter rerum Sacrarũ consultos, proram & puppim felicitatis hominis Christiani (quæ ἡ ὄντως εὐδαιμονία hîc à βιογράφῳ vocatur) in verâ Dei agnitione versari. In hunc etiam finem hominẽ à Deo fuisse procreatum, ut conditarum rerum admonitu, conditorẽ suum atq; optimum parentẽ agnosceret, diligeret, ejusq; præceptis obtemperaret, & pro tantis beneficiis gratias agens, majorib. dignus efficeretur. Hinc Cl. Alex: πέφυκε γὰρ ἄλλως ὁ ἄνθρωπος, οἰκείως ἔχειν πρὸς Θεόν. ὥσπερ οὖν τὸν ἵππον ἀροῦν οὐ βιαζόμεθα, οὐδὲ τὸν ταῦρον κυνηγετεῖν πρὸς ὃ πέφυκε δὲ ἕκαστον τῶν ζώων περιέλκομεν. οὕτως ἄρα καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὴν οὐρανοῦ γενόμενον θέαν, φυτὸν οὐράνιον ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ τὴν γνῶσιν παρακαλοῦμεν τοῦ Θεοῦ, τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ, καὶ ἐξαίρετον καὶ ἰδιωματικὸν παρὰ τὰ ἄλλα ζῷα κατειληφότες αὐτὸν ἐφόδιον αἰώνιον, θεοσέβειαν παρασκευάζεσθαι συμβουλεύοντες. *Est enim alioqui homini à naturâ ingeneratum, ut ei quadam intercedat cum Deo conjunctio. Quemadmodum ergò equum non cogimus arare, neq; taurum venari, ad id autem, quod naturâ aptum est animal, unumquodq; trahimus: sic certè hominem, qui natus est ad cœli contemplationem, & verè est planta cœlestis, ad Dei cognitionem adhortamur, id quod ejus est proprium, eximium, & peculiare sumentes, ut sufficiens seculorum viaticum, pietatem & Dei cultum comparet, consulentes.* Præclarè etiam D. Hieronymus: *Si enim ista certè mundialis vita, quæ mala pro bonis habet, & bona pro malis, quam totus orbis sequitur & colit, non hac in affluentiâ divitiarum est, non in fastigio potentiæ, non in Jurisdictionis astu, non in pomposit ate facundiæ, non in viribus per prælia gloriosis, non in mercibus provinciarum mutatione & sui peregrinatione crescentibus, non in lenocinio formarum, non in ambitu munerum, non in his est deniq; omnibus, quæ videmus, quoniam cuncta hæc accidunt, & sine istis beatè, etiam juxta seculum, vivi potest. Sed illa est vita vera, una veneranda, Deum nosse, timere ejus potentiam, amare pietatem, mun-*

Lib. 2. cap. 13. pag. 81.

Protrept. p. mihi 47.

T. 3. Epist. 7.

mundum in opifice mirari, interpellatorem contemnere, esse victu modicô pro naturæ necessitate contentum, veste vili, vel pro pudoris ratione, vel pro temporis injuriâ communitum, &c. Huic autem assertioni nec ratio deest, quam Georg. Gemistus Plethon. his verbis inclusit: ᾧ γὰρ τῷ ἡμεῖς τοῖς μὲν κρείττοσι κοινωνοῦμεν γένεσι, τῶν δὲ χειρόνων μάλιστα διενηνόχαμεν, κράτιστόν τι ἐστὶ ἡμετέρων: οὐδὲν ἄλλο εἴη τοῦτό γε ἢ νόησις. τῶν δὲ δὴ νοητῶν καὶ περὶ ἃ νόησις ἀναστρέφεται τῶνδε ὄντων ξυμπάντων ὁ Θεὸς τὸ ἄριστον. τῷ δὴ κρατίστῳ τῶν ἡμετέρων, τοῦ κρατίστου τῶν ὅλων ἀπολαύοντες, μακαριώτατ' ἂν οὕτω βιοῖμεν. ὥστ' εἴη ἂν ἡ τοῦ Θεοῦ νόησις τὸ μακαριώτατον τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, ἣ καὶ θεοσεβείας ἐστὶ κεφάλαιον. *Quæ enim re & ad genios proximè accedimus, & à bestiis longissimè recedimus, quaq; nihil habemus præstantius, ea res non alia fuerit, quàm intelligentia. Rerum porrò, quæ mente comprehenduntur, & in quibus versatur intelligentia, eorumq; quæ sunt, omnium Deus est præstantissimum. Eorum igitur, quæ in nobis sunt, optimô, eô quod est in universitate optimum, fruentes, beatissimè vivemus. Itaq; Dei intelligentia summa erit humanæ vitæ beatitudo, quæ intelligenda etiam religionis caput est.* Hinc D. Augustinus: *Cæcus*, inquit, *eram, & cæcitatem amabam, & ad tenebras ambulabam: gratias tibi, Lux mea, quoniam illuminasti me, & cognovi te.*

Ad eundē, inquam, scopum, Dei videlicet agnitionem, quam γνῶσιν τῆς ὄντως ἀληθείας Jamlichus vocat, humana quoque Philosophia collimat. Cui rei fidem faciunt, non tantū antè laudata interpretum suffragia, sed & hæc Trismegisti verba, cùm ait: *in Asclep. p. 407.* *Simplici mente & animâ divinitatem colere, ejusq; facta venerari, agere etiam Dei voluntati gratias, quæ est bonitatis sola plenissima, hæc est nullâ animi importunâ curiositate violata Philosophia.* Ab hac semitâ non *Epist. 90.* discedit Seneca: *Philosophiæ opus unum est, de divinis humanisq; verum invenire: ab hac nunquam recedit justitia, pietas, religio, & omnis alius comitatus virtutum consertarum, & inter se cohærentium. Hæc docuit colere divina, humana diligere, & penes Deos imperium esse, & inter homines consortium.*

Ex quô fonte manavit ejusdē Trismegisti ad Deum gratiarum actio, cujus aurea verba omnes, qui Christo nomen dedimus, mentibus ac animis nostris memori digitô altiùs infigere debemus: Haud enim scio, an quicquam fidei Christianæ cōvenientius dici possit, nisi quòd fortè humanarū virium tenuitati, cœlestis gratiæ adjumentô destitutę, plus, quam prętare ex se potis

Ibid p. 437. ſit, attribuere videatur. Sic autem ille: *Gratias tibi agimus, ſumme & exuperantiſſime: Tuâ enim gratiâ tantum ſumus cognitionis tuæ lumen conſecuti. Nomen ſanctum, & honorandum nomen unum, quô ſolus Deus eſt benedicendus religione paternâ, quoniã omnibus paternam pietatem & religionem & amorem, & quæcunq; eſt dulcior efficacia, præbere dignaris, & donas nos ſenſu, ratione, intelligentiâ. Senſu, ut te cognoſcamus. Ratione, ut te ſuſpicionibus indagemus. Intelligentiâ, ut te cognitione cognoſcentes gaudeamus, quòd nobis te oſtenderis totum; gaudeamus, quòd nos in corporibus ſitos, & æternitate fueris conſecrare dignatus: Hæc eſt enim ſola humana gratulatio, cognitio majeſtatis tuæ, cognovimus te, & lumen maximum ſolô intellectu ſenſibili. Intelleximus te, ô vita vera via, ô natorum omnium fœcunda generatio, cognovimus te totius naturæ tuæ conceptu pleniſſimè, cognovimus te æterna perſeveratio: In omni enim iſtâ oratione, adorantes bonum bonitatis tuæ, hoc tantùm deprecamur, ut nos velis ſervare perſeverantes in amore cognitionis tuæ, & nunquam ab hoc genere vitæ ſeparari.*

VII. Sed quænam eſt via illa regia, per quam ſapientia humana nos ad felicitatis illius arcẽ perducat? ἀπαλλαγὴ, inquit interpres, τῶν ἀνθρωπίνων δεσμῶν, *liberatio animæ à contagione & vinculis corporis:* ſivè talis vitæ ratio, quæ animum divinioris naturæ participem, & ad altiora nitentem, nimiô corporis obſequiô & indulgentiã, non deprimat, ſed ſtimulos vitioſosq; corporis impetus, opprimat, eumq; ab omni terrenarum voluptatum illuvie purum & incontaminatum præſtet. Et hinc quidem Socrates

Cic. 1. Tuſc. cenſebat, itaq; diſſeruit, *duas eſſe vias: duplicesq; curſus animorum è corpore excedentium. Nam qui ſe humanis vitiis contaminaſſent, & ſe totos libidinibus dedidiſſent, quibus cœcati veluti domeſticis vitiis atq; flagitiis ſe inquinaviſſent, vel in Republicâ violandâ fraudes inexpiabiles concepiſſent, iis devium quoddam iter eſſe ſecluſum à concilio Deorum. Qui autem ſe integros caſtosq; ſervaviſſent, quibusq; fuiſſet minima cum corpore contagio, ſeſeq; ab his ſemper ſevocaſſent, eſſentq; in corporibus humanis vitam imitati Deorum, his ad illos, à quibus eſſent profecti, reditum facilè patere.*

lib. 3. Strom. p. mihi 348. Ad quam faciem Clemens Alexandrinus, de proprio hominis munere verba faciens: ἔοικεν δ' οἶμαι, inquit, κενταύρῳ Θετταλικῷ πλάσματι, ἐκ λογικοῦ καὶ ἀλόγου συγκείμενος, ψυχῆς καὶ σώματος. ἀλλὰ τὸ μὲν

σῶμα

σῶμα, γῆν ἐργάζεται, καὶ τείνει δὲ εἰς γῆν. τείνεται δὲ ἡ ψυχὴ πρὸς τὸν Θεόν. ἤγε διὰ φιλοσοφίας τῆς ἀληθοῦς παιδευομένη, πρὸς τοὺς ἄνω τείνει συγγενεῖς, ἀποστραφεῖσα τὰς τοῦ σώματος ἐπιθυμίας. *Videtur, ut opinor, similis centauro, figmento Thessalico, ut qui sit compositus ex parte rationis participe, & experte rationis, animâ & corpore: sed corpus quidem & terram operatur, & tendit ad terram: anima autem ad Deum extollitur: quæ quidem per veram eruditâ Philosophiam contendit ad suos, qui supra sunt cognatos, aversa à corporis cupiditatibus.*

Nec aliena ab hoc loco sunt D. Gregorii verba, quæ vel ideò non piget adscribere, quòd illa, quæ de ultimo hominis fine suprà dicta sunt, mirificè illustrēt: *Orat. in laudem Athanas.* ὅτῳ μὲν οὖν ἐξεγένετο διὰ λόγου καὶ θεωρίας διασχόντι τὴν ὕλην, καὶ τὸ σαρκικὸν, τοῦτο εἴτε νέφος χρὴ λέγειν, εἴτε προκάλυμμα διαπτύξαντι, Θεῷ συγγενέσθαι καὶ τῷ ἀκραιφνεστάτῳ φωτὶ κραθῆναι, καθόσον ἐφικτὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, μακάριος οὗτος, τῆς ἐντεῦθεν ἀναβάσεως, καὶ τῆς ἐκεῖσε θεώσεως, ἣν τὸ γνησίως φιλοσοφῆσαι χαρίζεται, καὶ τὸ ὑπὲρ τὴν ὑλικὴν δυάδα γενέσθαι, διὰ τὴν ἐν τῇ τριάδι νοουμένην ἑνότητα. ὅτῳ δὲ ὑπὸ τῆς συζυγίας χείρων ἐγένετο, καὶ τοσοῦτον τῷ πηλῷ συνεσχέθη, ὡς μὴ δυνηθῆναι ἐμβλέψαι πρὸς τὰς τῆς ἀληθείας αὐγάς, μηδὲ ὑπὲρ τὰ κάτω γενέσθαι, γεγονὼς ἄνωθεν καὶ πρὸς τὰ ἄνω καλούμενος, ἄθλιος οὗτος ἐμοὶ τῆς τυφλώσεως, κἂν εὐροῇ τοῖς ἐνταῦθα. καὶ τοσούτῳ πλέον, ὅσῳ περ ἂν μᾶλλον ὑπὸ τῆς εὐροίας παίζηται, καὶ πείθηται, ἄλλο τι καλὸν νομίζειν πρὸ τοῦ ὄντως καλοῦ. πονηρὸν πονηρᾶς δόξης καρπὸν δρεπόμενος, ἢ ζόφον κατακριθῆναι, ἢ ὡς πῦρ ἰδεῖν ὃν ὡς φῶς οὐκ ἐγνώρισε. *Quicunque igitur corporis crassitie rationis & contemplationis ope perruptâ, solutaque hac carnea, sive nubes, sive obvelatio dicenda est, cum Deo commercium habere, ac purissimæ luci, quantum humanæ naturæ datum est, commisceri licuerit, is duplici nomine beatus dicendus est: tùm quòd hinc seipsum extulerit, tùm quòd illius vitæ divinitatem sit consecutus, quam verum & sincerum Philosophiæ studium conciliat, ac mentis suprà terrenum binarium subvectio, propter eam, quam in Trinitate intelligimus unitatem. Qui autem ob hanc carnis copulam deterior factus est, atque ita luto cohæsit, ut nec veritatis radios intueri, nec supra inferiora hæc assurgere queat, idque cùm supernè originem traxerit, & ad superna vocetur: hunc cæcitatis ergò miserum existimo, etiamsi res hujusce vitæ illi ex animi sententiâ fluant, tantoque etiam miseriorē, quantò magis à secundo rerum fluxu delusus fuerit, sibique aliud quodpiam bonum vero bono præstabilius esse persuaserit: malum utique malæ opinionis fructum decerpens, ut vel tenebris mulctetur, vel ignem videat, quem ut lucem non cognovit.*

Hac mente Pythagoras, quiq; ejus legebant vestigia, Philosophiam esse dicebant μελέτην θανάτου, *meditationem mortis*: Quod cùm perperam intelligerent Hegesiæ Cyrenaici discipuli, prohibitus esse fertur à Rege Ptolomæo publicè id in scholis tradere, quòd multis his auditis mortem sibiipsi consciscerent. In quorum numero Cleombrotus quidam Ambraciota fuisse fertur, quem Callimachus refert, cùm ei nihil accidisset adversi, lecto Platonis Phœdone, è muro se in mare præcipitem dedisse, mortemq; oppetiisse. Callimachi Epigramma Græcum hoc est:

v. Cl. Alex. l. Str. p. 298. Ammon. in Comm. V. vocum. Meminit etiam Gregor. Nazianzen. Oration. 1. in Julian.

εἴπας ἥλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος ὡμβρακιώτης
ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἄλαδε·
ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

Sole valedicto Ambraciota Cleombrotus alte
Se de muro undas misit in æquoreas.
Nil tamen huic triste acciderat; solumq; Platonis
De natura animi legerat ille librum.

Vel:

Phœbe vale, dicens, de rupe Cleombrotus alta
Ambraciota, Stygis vivus adivit aquas.
Funere nil dignum passus: solumq; Platonis
De vita mentis perpete, legit opus.

Vel:

Phœbe vale, dixit, muroq; Cleombrotus alto
Ad Styga præcipitem se Ambraciota dedit.
Morte nihil passus dignum; sed dia Platonis,
Quæ de anima emisit perpete, scripta legens.

Aliam etiam hujus Epigrammatis versionem J. Ludov. Vives se legisse testatur, & recenset in comment. ad Augustin. de civit. Dei li. 1. c. 22. Sed in ea nō omnia satis ad Græcorū sententiam accommodatè facta sunt.

Quomodo autem instituenda sit, aut comparata esse debeat veterum hæc mortis meditatio, non invenustô carmine ostendit quidam ex recentioribus, quod non piget adscribere:

Assiduum sapientis opus, meditatio mortis,
Dum mens in tetro carcere clausa manet:
Mors hæc non laqueos gladiosq; ferociter audet:
Quippè vel immanes dedecet ista feras.
Nam sumus in statione Deo mandante locati,
Quam ducis injussu deseruisse nefas.

Sed mors hæc sensus gravis aspernata rebelles
Nititur æternæ sedis adire domos.
Hæc mors non perimit mortalia membra, sed optat
Ut ducis imperium mandet abire citò.
Sin jubeat remanere diu, non abnuit unquam,
Delatumq; sibi munus adire studet;
Sic tamen ut corpus terrena negotia curet,
Auxiliò mentis sæpè ferentis opem.
At mens ipsa Deo conjuncta, polosq; pererrans,
Spernit humum pedibus quæq; caduca premens.
Hac ratione datur sævam contemnere mortem,
Hac ratione licet vivere more Dei:
More Dei quantum compages terrea mentem
Non vetat æthereâ commoditate frui.

Prorsus ad mentem Clementis Alexandrini: Αὐτίκα ὡς ὁ θάνατος χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος, οὕτως ἡ γνῶσις, οἷον ὁ λογικὸς θάνατος, ἀπὸ τῶν lib. 7. Stromat. παθῶν ἀπάγων καὶ χωρίζων τὴν ψυχὴν, καὶ προσάγων εἰς τὴν τῆς εὐποιΐας ζωὴν, p. 533. ἵνα τότε εἴπῃ μετὰ παῤῥησίας πρὸς τὸν Θεὸν, ὡς θέλεις ζῶ. *Jam verò, ut mors est animæ separatio à corpore, ita cognitio est veluti mors rationalis, abducens & separans animam à motibus & perturbationibus, & deducens ad vitam beneficentiæ & bonarum operationum, ut tunc Deo dicat liberè, vivo sicut vis.* Et hæc etiam mens est symboli illius Pythagorici, ἀποδημοῦντα μὴ ἐπιστρέφεσθαι, cujus etiam S. Hieronymus meminit: *Cùm profectus fueris, ne redeas:* Id est, *post mortem vitam istam ne desideres.* De hoc præcepto operæ pretium est audire Jamblichum: Ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου. Ἐριννύες γὰρ μετέρχονται, καὶ τοῦτο εἰς φιλοσοφίαν προτρέπει, καὶ τὴν κατὰ νοῦν αὐτενέργειαν δηλοῖ· παραλέγει τὸ σύμβολον ἐναργῶς, ὅτι φιλοσοφεῖν ἐπιβαλλόμενος, χώριζε σεαυτὸν πάντων σωματικῶν καὶ αἰσθητῶν, καὶ ὄντως θανάτου μελέτην ποιοῦ, ἐπὶ τὰ νοητὰ, καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, ἀμεταστρεπτὶ χωρῶν διὰ τῶν προσηκόντων μαθημάτων. ἀποδημία μὲν γὰρ, μετάστασις τόπου. θάνατος δὲ ὁ τῆς ψυχῆς χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ σώματος. οὕτως δὲ τὸ φιλοσοφεῖν ὡς ἀληθῶς, καὶ ἄνευ αἰσθήσεων καὶ σωματικῶν ἐνεργειῶν, καθαρῷ τῷ νῷ χρῆσθαι εἰς κατάληψιν τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας, ἥτις ἐπιστήμη σοφία ἐστί. φιλοσοφεῖν δὲ ἐπιβαλλόμενος, μὴ ἐπιστρέφου, μηδὲ καθέλκου πρὸς τὰ πρότερα, καὶ ἐν συντροφίᾳ σοι διατριψάντα σωματικά. μεταμέλεια γὰρ ἐκ τούτου πολλή σοι παρέψεται ἐμποδιζομένῳ εἰς τὰς ὑγιεῖς καταλήψεις ὑπὸ τῆς περὶ τὰ σωματικὰ ἀχλύος· τὴν δὲ μεταμέλειαν Ἐριννύων μετονόμασεν.

Nec

Cõment. ad Enchirid. Epict. p. 48. Nec possum hic silentiô præterire, præclarum Simplicii locum, quô de munere Philosophi, quod in Republicâ obtineat, ita differit, superioribus sanè quàm convenienter: Ἀλλὰ ζητητέον, τίνα χώραν ὁ φιλοσοφῶν ἐν τῇ πόλει καθέξει; καὶ μάλιστα μὲν τὴν ἀνθρωποποιὸν, καὶ πιστῶν καὶ αἰδημόνων πολιτῶν δημιουργόν. ἔργον γὰρ ἕξει οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἀνθρώπου προσήκουσαν βίον ἀποκαθαίρειν, κοινός τε πάντων ἔσται πατὴρ, καὶ παιδαγωγὸς, διορθωτής τε καὶ σύμβουλος, καὶ κηδεμονικὸν πᾶσιν ἑαυτὸν παρέχων. καὶ συνεργὸς ὢν παντὸς ἀγαθοῦ τοῖς μὲν εὐημεροῦσι συνηδόμενος, τοῖς δὲ λυπουμένοις συνταλαιπωρῶν, παραμυθούμενος αὐτοὺς, καὶ ἁπλῶς ἐκεῖνα πράξει, ἅπερ ὁ νομίζων ἔργον ἴδιον ἔχειν καὶ χώραν, ἐν τῇ πόλει τὴν πάντων ἀνθρώπων εὐποιητικὴν ἐπιμέλειαν, ἐφ' ὅσον, δύναται &c.

VIII. Et hoc planè nobis inculcant sacræ etiam Philosophiæ præcepta, quæ in cultu divino puram castamq; mentẽ nullô vitiorum aut impuritatum cœnô contaminatam à nobis requirunt. Just. Martyr: οὐ βούλεται (ὁ Θεὸς) σωμάτων ἀλκὴν, καὶ τύπων εὐμορφίαν, οὐδὲ εὐγενείας φρύαγμα, ἀλλὰ ψυχήν τε καθαρὰν ὁσιότητι τετειχισμένην. Divus Gregorius:

Paranet. ad Vitalian.

Κρεῖσσον βαιὰ φέροντα Θεῷ κραδίην ἱερεύειν
ἢ πᾶσιν θυέεσσι νόον ῥυπόωντα γεραίρειν.

Præstat DEO cum exiguo munere victimam cordis offerre, quàm cum impuro ac sordido animo sacrificiis omnibus eum honorare. Et alibi:

Δῶρον Θεῷ κάλλιστόν ἐστιν ὁ τρόπος
κἂν πάντ' ἐνέγκῃς, οὐδὲν οἴσεις ἄξιον.
ὃ καὶ πένης δίδωσι, τοῦτο προσφέρε.
μίσθωμα πόρνης ἁγνὸς οὐ μερίζεται

Donum Deo gratissimum, mores pii,
Nihil dignius feres, feras ut omnia.
Quod pauper offert, ipse idem fac offeras
Stipem meretricis Deus non accipit.

Octav. p. 43. M. Minucius Felix: *Templum, quod ei* (DEO) *extruam, cùm totus hic mundus ejus opere fabricatus, eum capere non possit? & cùm homo laxiùs maneam intra unam ædiculam vim tantæ majestatis includam? nonnè melius in nostrâ dedicandus est mente? in nostrô imô consecrandus pectore? hostias & victimas Domino offeram, quas in usum meum protulit? ut rejiciam suum munus: ingratum est, cum sit litabilis hostia, bonus animus, & pura mens, & sincera conscientia. Igitur, qui innocentiam colit, Domino supplicat: qui justitiam, Deo libat: qui fraudibus abstinet,* propi-

propiciat Deum: qui hominem periculo surripit, optimam victimam cadit. Hæc nostra sacrificia, hæc Dei sacra sunt. Eleganter Jacobus Billius: *l. 1. Anthol. sacra, 51.*

Cùm pectus gratum est, tum sunt quoq; munera grata:
Visus Abel primùm est, posteà Dona, Deo.
O quàm falluntur, sua qui jucunda Tonanti
Vota putant, cùm sint pectore nata malô!
Non satis est serti careant quòd pulvere flores
Pura, legentis enim debet & esse manus:
Sic quoq; non satis est, quòd sint tua vota precesq;,
Ni quoq; mens pariter sit sine labe tua.

Plura in hanc rem notari possent, quæ sciens prætereo. Collationis autem ergò, Gentilium hac de re monita adscribere lubet. Philosophorum Homerus Plato: Οὐ πρὸς τὰ δῶρα καὶ ἐπὶ θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ Θεοί: ἀλλὰ πρὸς τὴν ψυχὴν ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ. *Præter Dictiss. auctores quos laudat VVeitz in Prud. Perist. Hym. 14. 136. videsis, nec pænitebit opera. Granatens. T. 3. Conc. p. 388. seq. in Alcibiade.*

Plautus:

Atq; hoc scelesti in animum inducunt suum,
Jovem se placare posse donis, hostiis:
Et operam, & sumtum perduunt, ideò fit, quia
Nihil ei acceptum est, à perjuris supplicii.
Faciliùs, si qui pius est, à Dis supplicans,
Quàm qui scelestus est, inveniet veniam sibi. *Prolog. Rudent. v. 22.*

Cicero: *Cultus Deorum est optimus, ut eos semper purâ incorruptâq; & voce & mente veneremur.* *2. de Natura Deor.*

Plinius: *Animadverto etiam Deos ipsos, non tam accuratis adorantium precibus, quàm innocentiâ & sanctitate lætari, gratioremq; existimari, qui delubris eorum puram castamq; mentem, quam qui præmeditatum carmen intulerit.* *Panegyr. ad Trajan.*

Optimè scriptor optimus & eruditiss. Arnobius: *Non qui sollicitè relegit, & immaculatas hostias cædit, qui acervos thuris dat concremandos igni, numina censendus est colere, aut officia solus religionis implere. Cultus verus in pectore est, atq; opinatio de Dis digna.* Aurei quoq; de puritate mentis, DEO magis quàm victimis præstandâ, sunt versus, vel Philemonis, vel Menandri (huic enim Clemens Alexan- *l. 4. Advers. Gent.*

O drinus

drinus; illi Justinus Martyr attribuit) quos latinis his versibus expressit interpres:

Si victimas quisquam offerens, ô Pamphile,
Magnum boum numerum, aut capros, aut quodpiam
Aliud pecus, preciosa vel donaria
Aurôvé textum purpurâvé pallium,
Velè Smaragdô signa facta, vel Ebore,
Placari talis se putat modô Deum:
Valdè errat ille, mente deceptus levi.
Oportet esse quemlibet virum bonum.
Non virgines & conjuges corrumpere,
Circumvenire, ob rem necare quempiam.
Aliena spectare, atq; concupiscere,
Possessionem, conjugem, lautam domum,
Equum, bovem, pecus, puellam, servulum.
Multis nihil sed est opus. Non expetes
Acus, vel unum vile filum, Pamphile.
Nam te videt, qui præstò adest tibi Deus.
Pietate gaudens, non iniquis actibus,
Et opes parare permittens cuiq; suas
Terram diebus & colenti noctibus,
Justus Deo, faciens sacrum, factis lita.
Cœlô tonante ne fugam capesseris,
Si nullius mali tibi sis conscius.
Nam te videt, qui præstò adest tibi Deus.

IX. Prorsus ac si Decalogi præceptum de non concupiscendo, vel ipsum etiam Decalogum exprimere voluisset. Quod ut faciliùs fidem inveniat, egregiam Decalogi paraphrasin ex Gregor. Nazianz. adscribere operæ precium visum fuit:

Τοὺς ἢ νόμους ἐχάραξε Θεὸς δέκα ἔν ποτε πλαξὶ
λαϊνέαις σὺ δέ μοι ἔγγραφε σῇ κραδίῃ.
Οὐ γνώσῃ Θεὸν ἄλλον, ἐπεὶ σέβας οἶον ἑνός γε
Οὐ στήσεις ἴνδαλμα κενὸν, καὶ ἄπνοον εἰκώ
Οὔ ποτε μαψιδίως μνήσῃ μεγάλοιο Θεοῖο.
Σάββατα πάντα φύλασσε μετάρσια καὶ σκιόεντα.
Ὄλβιος, ἢν τοκέεσσι φέρῃς χάριν ἣν ἐπέοικε.

Φεῦγε

φεύγειν ἀνδροφόνον παλάμης ἄγος, ἀλλοτρίης τε
εὐνῆς κλεπτοσύνην τε κακόφρονα, μαρτυρίην τε
ψευδῆ, ἀλλοτρίων τε πόθον, σπουδαῖα νόμοιο.

Quos versus hisce reddidit Chytræus:

Ipse decem insculpsit Deus has in marmore leges:
Quisquis es, has insculpe imis sub pectore fibris.
Non alios cognosce Deos; honor unius unus:
Non statuas sensu vacuas animisq; locato.
Numinis immensi nec abutere nomine frustrà.
Parva & magna piò semper cole Sabbata cultu.
Felix, si meritos patribus persolvis honores.
Inde nefas manuum, cædem, lectosq; alienos,
Furtaq; perfidiosa, dolos fuge testis iniqui.
Non alienorum tibi sit funesta libido!

Rittershusius quoq; eandem Paraphrasin Latinis metris sic exprimebat:

Leges hasce decem lapidum Deus ipse tabellis
Insculpsit: cordis tu refer in tabulas.
Unum agnosce Deum, & nullum cole præter eundem:
Neve Idola tibi simulacraq; inania finge,
Nomina magna Dei temerè usurpare caveto.
Septima Lux sancta esto: eâ opus ne feceris ullum.
Felix esse cupis: caros venerare parentes.
Humanâ neq; unquam cæde te pollue; lectumvé
Alterius stupro: aut furtô bona tange aliena.
Nec fueris mendax testis; cupidusvé alieni,
Undè mali est radix omnis, scintillaq; leti.

Succurrit hîc etiam perelegans metrica Decalogi descriptio Scœvolæ Sammarthani, quam adscribo:

Accipito hæc animis, tibi quæ Rex maximus olim
Imperat, excussò gens recreata jugo.
Hunc unum totâ venerabere mente, nec ullum
Adscribes pictis numen imaginibus.
Ne jures temerè nulli jurabile nomen.
Septima Lux positis cesset ab officiis.
Ut longum vivas, patres cole, neu committas
Fœdum inconcessi crimen adulterii.

Nec vanus falsò quidquam testare, nec unquam
Ullius infectas sanguine habeto manus.
Deniq; nil rapias, alieni nulla cupido
Te capiat: supero est sic via certa polo.

X. Ex hac autem vivendi ratione ac modô (quod mantissæ loco adjicio) studiosâq; horum mandatorum observatione, quid lucri reportent homines, nemo nisi qui in sacris hospes & peregrinus, ignorat. Sed nec Philosophi ignorasse videntur. in Ascl. 40 Sic enim Trismegistus: *Hunc ergò sic affectum conformatumq;, & tali ministerio obsequioqué præpositum à summô Deô, eumq; competenter mundè Mundum servando, Deum piè colendo, dignè & competenter in utroq; Dei voluntati parentem, talem quô munere credis esse munerandum? Siquidem cum Dei operâ sit mundus, ejusqué pulchritudinem, qui diligentiâ servat atq; auget, operamqué suam cum Dei voluntate conjungit, cùm speciem, quam ille intentione divinâ formavit, adminiculô sui corporis, divinô opere juraqué componit, quô munere credis esse munerandum? nisi eô, quô parentes nostri munerati sunt: quô etiam nos quoq; munerari, si fuerit divinæ voluntati complacitum, optamus pijssimis votis: Id est, ut emeritos atq; exutos mundana custodia, nexibus mortalibus absolutos, naturæ superioris partis, id est, Divinæ, puros sanctosqué restituat.*

Ἀλλ' ἐκτροπῆς μὲν ἅλις. Nunc ad id, quod instat.

CAPUT IX.

In Animô seu Mente esse θεῖον, seu Divinæ particulam auræ, vel potissimum documentis ostenditur. 1. *Quemadmodum Deus cælũ & terram implet, eôq; plena sunt omnia: Ita Mens celerrimâ pernicitate omnes mundi angulos penetrat ac perlustrat.* 2. *Ut Deus τοῦ μακροκόσμου gubernator & arbiter: ita Mens τοῦ μικροκόσμου.* 3. *Cælum Dei sedes: ut caput Mentis.* 4. *Ut cælestis felicitatis prora ac puppis in Dei agnitione versatur: ita humanæ, in suiipsius seu Mentis cognitione.* 5. *Ut Deo nihil impossibile: ita Menti nihil difficile.*

Dictum

Dictum est suprà, hominis excellentiam in eô præcipuè consistere, quòd DEUS illum propriæ manûs opera ad imaginem suam condiderit. Hanc autem licet invidiosi serpentis astu & fallacibus technis miserè vitiatam fuisse, fateri, eheu! cogamur; non tamen exinanitã eam prorsus ac deletam fuisse, sed remansisse in Animô seu nobiliore nostri parte, quasdam scintillas, quarum fulgore, etiam, οἱ ἔξωθεν, naturæ duntaxat lumine adjuti, ad Auctoris cognitionem velut manu ducti fuerint. Nunc quam bellè in animô divinę imaginis radii eluceant, per contentionem affectionum & proprietatum quarundam clarum facere, animus est, hinc captô initiô

I. Quemadmodum DEUS, ut sacrarum literarum testantur oracula, cœlum & terram implet. Est enim secundum Pythagoram, *incorporalis quadam mens, quæ per omnem rerum naturam diffusa & intenta, vitalem sensum cunctis animantibus tribuit.* Unde eleganter Justinus Martyr: ὁ γὰρ ἄῤῥητος πατὴρ καὶ κύριος τῶν πάντων, Dialog. contra Tryphon. p. 279.
οὔτε ποι ἀφῖκται, οὔτε περιπατεῖ, οὔτε καθεύδει οὔτε ἀνίσταται, ἀλλ' ἐν τῇ αὐτοῦ χώρᾳ, ὅπου ποτὲ μένει ὀξὺ ὁρῶν, καὶ ὀξὺ ἀκούων, οὐκ ὀφθαλμοῖς οὐδὲ ὠσὶν, ἀλλὰ δυνάμει ἀλέκτῳ, καὶ πάντα ἐφορᾷ, καὶ πάντα γινώσκει, καὶ οὐδεὶς ἡμῶν λέληθεν αὐτὸν, οὔτε κινούμενος, ὁ τόπῳ τε ἀχώρητος, καὶ τῷ ὅλῳ κόσμῳ ὅσγε ἦν καὶ πρὶν τὸν κόσμον γίνεσθαι. *Ineffabilis namq; ille Pater, & Dominus universitatis hujus, non venit in locum aliquem, neq; deambulat, neq; dormit, neq; surgit: sed in regione suâ, quæcunq; tandem ea est manet, acutum cernens, & acutum audiens: non oculis certè quidem, nec auribus, verùm virtute infinitâ illâ inspectat, & omnia noscit, neq; nostrûm quisquam illum latet: neq; mobilis est, neq; loco ullo, atq; adeò, neq; mundo universo comprehensibilis, ut qui antè extitit, quàm mundus est conditus.* Similiter Macarius: Homil. 33. extr.
ὥσπερ οἱ ἄνεμοι πανταχοῦ πνέουσιν εἰς πᾶσαν τὴν κτίσιν. καὶ ὥσπερ ἥλιος τῇ οἰκουμένῃ ἐπιλάμπει, οὕτως ἡ θεότης πανταχοῦ ἐστι, καὶ πανταχοῦ εὑρίσκεται, εἰ ζητεῖς αὐτὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐκεῖ εὑρίσκεται, ἐν τοῖς λογισμοῖς τῶν ἀγγέλων. εἰ ζητεῖς αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὧδε εὑρίσκεται ἐν ταῖς καρδίαις τῶν ἀνθρώπων.

Illustris in hanc rem locus est Minucii Felicis, cujus hæc sunt verba: *Sed enim Deus actum hominis ignorat, & in cœlo constitutus, non potest aut omnes obire, aut singulos nosse. Erras, ô homo, & falleris. Unde enim Deus longè est, cùm omnia cœlestia, terrenaq; & quæ extra istam orbis provinciam sunt, Deo cuncta plena sint? Ubiq;*

non tantùm nobis proximus, sed infusus est: In Solem adeò intende: cælo affixus, sed terris omnibus sparsus est: pariter præsens, ubiq; interest, & miscetur omnibus, nusquam ejus claritudo violatur, quantò magis Deus Auctor omnium, ac Speculator omnium, à quo nullũ potest esse secretum? Tenebris interest, interest cogitationibus nostris, quasi alteris tenebris. Non tantùm sub illo agimus; sed cum illo, propè dixerim, vivimus, &c.

Et his sententiis refertissimi sunt Sapientum libri, non tantùm τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, sed etiam τῶν ἔξω. Ex his unum hic laudare juvat Epictetum, qui apud Arrianum ita disserit:

lib. dissertat. cap. 14.

ὅταν κλείσητε τὰς θύρας, καὶ σκότος ἔνδον ποιήσητε, μέμνησθε, μηδέποτε λέγειν ὅτι μόνοι ἐστέ. οὐ γὰρ ἐστέ. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἔνδον ἐστὶ, καὶ ὁ ὑμέτερος δαίμων ἐστί. καὶ τίς τούτοις χρεία φωτὸς, εἰς τὸ βλέπειν τί ποιεῖτε. Hoc est: *Ubi occluseritis ostia, & tenebras intus feceritis, memineritis, ne unquam dicatis: vos esse solos. Non enim estis soli, sed Deus intus est, & vester Genius est. Et quid his opus sit lumine, ad videndum, quid agatis?*

Sic & Epicharmus:

οὐδὲν ἐκφεύγει τὸ θεῖον τοῦτο γινώσκειν σε δεῖ·
Αὐτός ἐσθ' ἁμῶν ἐπόπτης. ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν Θεῷ.

Nil fugit numen Divinum: Id esto persuasum tibi:
Ipse noster est Inspector: nec Deus quicquam nequit.

Ad eundem penè modum ex Pythagoræ mente:

Νοῦς καθ' αὑτὸν πάνθ' ὁρᾷ τὰ δ' ἄλλα χωλὰ καὶ τυφλά.

Quam sententiam Epicharmus hóc Trochaicô versu expressit:

Νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει, τ' ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.

Mens videt, mens audit una. Cætera surda & cæca sunt.

in Phileb. Hinc Plato Socratem ita loquentem introducit: πάντες συμφωνοῦσιν οἱ σοφοὶ, ἑαυτοὺς ὄντω σεμνύνοντες, ὡς νοῦς ἐστὶ βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς. καὶ ἴσως εὖ λέγουσι.

lib. de somn. Et Philo: *Mens, inquit, sicut Sol in universo, in nobis principatum gerit, ubiq; suos radios extendens.* Et Alcmæon dicebat: κινεῖσθαι αὐτὴν συνεχῶς, ὡς τὸν ἥλιον. *Moveri eam continuò, ut Solem.* Immo Solis velocitatem mens nostra non æquat tantùm, sed etiam longissimè antevertit. Theodoretus: σὺ δὲ λόγου μετέχων, καὶ τὸν ἡγεμόνα λαβὼν τῶν ὁρωμένων, καὶ τῶν ἀποπλανωμένων ἁπάντων ὀξύτερον: ἥλιος μὲν γὰρ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τῆς οἰκουμένης διατρέχει τὸν δίαυλον, ὁ δὲ ἅμα δὲ νεύει, καὶ τὴν οἰκουμένην

Serm. 3. de provid.

ὅλον

περινοστεῖ, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀφικνεῖται τῇ φαντασίᾳ καὶ τοῦτον ὑπερβαίνει, καὶ Θεὸν, ὡς δυνατὸν, κατοπτρίζεται, καὶ τῶν ἀγγέλων τὰς ἀπείρους θεωρεῖ μυριάδας, καὶ τῶν ἀρχαγγέλων τὰς χιλιάδας; πολυπραγμονεῖ τὰ ὑπὸ γῆν. *Tu v. orationis facultate instructus & mente praeditus es, quâ in totâ rerum sub aspectum cadentium naturâ, omnibusq; volatilibus nihil velocius: Sol enim unô quidem die totius orbis stadium percurrit: haec verò nutu unô, totum terrarum orbem perambulat: inquè coelum phanthasiâ & cogitatione penetrat: & hoc ipso transcenso, Deum, quoad fieri potest, conspicatur, & infinitas Angelorum myriadas cernit, & Archangelorum millia lustrat, quaeq; sub terra sunt, curiosè inquirit.*

Sic Nazianzenus, μουνὴν ὀξύπτερον, *animi vim velocibus alis praeditam*, & Synesius vim ratiocinandi, τῆς ψυχῆς πτέρωσιν, *velut alatum vehiculum animae* dicunt. sicut & Plato eam πτερὸν nominat. Scitè Chrysostomus: Πάντων πτερῶν κουφότερος, καὶ ὑψηλότερος ὁ ἡμέτερος νοῦς. ὅταν δὲ καὶ τὴν παρὰ τοῦ πνεύματος λάβῃ χάριν, βαβαὶ, πόσον ἐστὶ ταχὺς, πῶς ὀξὺς, πῶς πάντα περινοστεῖ, πῶς οὐ καταφέρεται, οὐδὲ καταπίπτει πρὸς τὸ ἔδαφος; τοιαῦτα κατασκευάσωμεν, ἡμῖν τὰ πτερά: διὰ τούτων, καὶ τὸ πέλαγος διαπτῆναι δυνησόμεθα τοῦ κλύδωνος τοῦ παρόντος βίου. *Ode 1.* *L. de Insom.* *Homil. 22. in Epist ad. ad Heb. Confer eundem in orat. de regno & Tyrannide.*

Elegantissimè autem de mentis velocitate Philo: τῇ γὰρ διανοίᾳ φησὶν εἶπεν. ἣν τῶν εἰς εὐδαιμονίαν ἐπαγγελλομένων οὐδὲν ἂν ἰσχύσαι παραδραμεῖν: ἐπεὶ καὶ τὰς πτηνὰς φύσεις ἁπάσας ἔφθακεν. ἀφ᾽ οὗ μοι δοκεῖ καὶ τῶν παρ᾽ Ἕλλησι ποιητῶν ὁ δοκιμώτατος ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα, φάναι. δηλῶν τὸ τῆς ὀξύτητος τάχος κατ᾽ ἐπίτασιν ὕστερον τοῦ πτεροῦ τὸ νόημα θείς. ἐπὶ πολλὰ γὰρ ἡ διάνοια ἐν ταὐτῷ πράγματα ὁμοῦ καὶ σώματα στείχει μετὰ ἀλέκτου φορᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ γῆς, καὶ θαλάττης αὐτίκα πέρατα φθάνει, συναιροῦσα καὶ τέμνουσα τὰ ἄπειρα μεγέθη διὰ τόμου. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοσοῦτον ἀπὸ γῆς ἀναπηδᾷ, ὡς δι᾽ ἀέρος εἰς αἰθέρα ἀνέρχεται, καὶ μόλις περὶ τὴν ἐσχάτην τῶν ἀπλανῶν ἀψῖδα ἵσταται. τὸ γὰρ ἔνθερμον καὶ διάπυρον ἠρεμεῖν αὐτὴν οὐκ ἐᾷ, &c: *l. περὶ τῶν μετονομαζομένων.*

Quae sic reddo: *Etenim cogitatione, inquit dixit: quâm nihil eorum, quae felicitatis nomine celebrantur, cursu praeterire possit, quemadmodum omne etiam volucrum genus praevertit. Unde magni nominis ille apud Graecos Poëtas dixisse mihi videtur: Aut volucris instar cogitatio: ut celeritatem pernicitatis exprimeret, alata cogitationi postposuit. Ad multa namque in eôdem simul negocio & corpore ineffabili celeritate pervadit cogitatio, ac ad ipsos terrae & maris penetrat terminos, ore ea, quae immensâ sunt magnitudine, contrahens & accidens.*

& accidens. Eodem enim tempore, tantò à terrâ intervallô, in sublime fertur, ut per aërem ad atheream cœli regionem extollatur, & difficulter circa extremum inerrantium astrorum fornicem subsistat. Calida enim & ignea illius natura quiescere illam non patitur.

Hexaëm. l. 6. c. 8.

Juvat etiam adscribere elegantem in hanc rem D. Ambrosii locum: *Non ergò caro potest esse ad imaginem Dei, sed anima nostra, quæ libera est, & diffusis cogitationibus atq; consiliis, huc atq; illuc vagatur, quæ considerando spectat omnia. Ecce nunc sumus in Italia, & cogitamus, quæ ad Occidentales & Orientales partes spectare videantur: & cum illis versari videmur, qui in Perside sunt constituti, & illos videmus, qui degunt in Africa, si quos cognitos nobis ea terra susceperit, sequimur proficiscentes, inhæremus peregrinantibus, copulamur absentibus, alloquimur separatos, defunctos quoq; ad colloquium resuscitamus, eosq; ut viventes complectimur & tenemus, & vitæ officia his usumq; deferimus. Ea igitur est ad imaginem Dei, quæ non corporeô æstimatur, sed mentis vigore: quæ absentes videt, transmarina visu novit, percurrit aspectu: scrutatur abdita, huc atq; illuc uno momento sensus suos per totius orbis fines & mundi secreta circumfert; quæ Deo jungitur, Christo adhæret, descendit in infernum, atque ascendit: libera versatur in cœlô.*

l. de Nat. hom. c. 1. circ. finem.

Nec possum silentio prætérire Nemesii Episc. Emeseni verba: Τίς δ' ἂν ἐξειπεῖν δύναιτο τὰ τούτου τοῦ ζώου πλεονεκτήματα; πελάγη διαβαίνει. οὐρανὸν ἐμβατεύει τῇ θεωρίᾳ. ἀστέρων κινήματα καὶ μέτρα κατανοεῖ. γῆν καρποῦται καὶ θάλασσαν. θηρίων καὶ κητῶν καταφρονεῖ. πᾶσαν ἐπιστήμην καὶ μέθοδον κατορθοῖ. τοῖς ἀπῳκισμένοις διὰ τῶν γραμμάτων ὡς βούλεται προσομιλεῖ, μηδὲν ὑπὸ τοῦ σώματος ἐμποδιζόμενος: προφητεύει τὰ μέλλοντα. πάντων ἄρχει, πάντων κρατεῖ. πάντων ἀπολαύει. ἀγγέλοις καὶ Θεῷ διαλέγεται. τῇ κτίσει κελεύει. δαίμοσιν ἐπιτάττει, τὴν τῶν ὄντων φύσιν ἐρευνᾷ. Θεὸν περιεργάζεται. οἶκος καὶ ναὸς γίνεται Θεοῦ. καὶ ταῦτα πάντα διὰ τῶν ἀρετῶν κτᾶται καὶ τῆς εὐσεβείας. Quæ sic reddidit Ellebolius: *Quis hujus animantis præstantiam & ornamenta, quibus cætera vincit animalia, oratione consequatur? Maria transmittit, animi contemplatione cœlos peragrat, siderum cursus & intervalla, & magnitudines intelligit: terrâ & mari potitur, feras & Cete contemnit: Omnem scientiam, omnem artem, omnem doctrinam rectissime tractat: absentes quos vult, nihil impediente corpore per literas convenit: perdiscit futura: omnibus imperat, omnibus dominatur: omnibus*

bus fruitur: cum Angelis & Deo colloquitur: Cæteris rebus creatis mandat, quæ vult: dæmonibus imperat, rerum naturam indagat: Dei essentiam studiosè investigat: domus & templum Dei fit: & hæc omnia per virtutes & pietatem adipiscitur. Sic Hermes quoq; Trismegistus: *Asclep pag. 399.* *O hominum*, inquit, *quanta est natura temperata felicius, ac Diis cognatâ divinitate conjunctius; partem sui, qua terrenus est, intra se despicit, cætera omnia, quibus se necessarium esse cœlesti dispositione cognoscit, nexu secum charitatis astringit, sicq; suspicit cœlum. Sic ergò feliciori loco medietatis est positus, ut quæ intra se sunt, diligat, ipse à superioribus diligatur, colit terram, elementis velocitate miscetur, acumine mentis in maris profunda descendit, omnia illi licent. Non cœlum videtur altissimum, quasi enim è proximo, sagacitate metitur. Intentionem animi ejus nulla aëris caligo confundit, non densitas terræ opera ejus impedit, non aquæ altitudo profunda despectum ejus obtundit, omnia idem est, & ubique idem est.*

Hisce affinia ac planè gemina legas etiam apud Senecam *Consol. ad Helv. 6.* passim. *Mobilis & inquieta mens homini data est: nunquam se tenet: spargitur & cogitationes suas in omnia nota & ignota dimittit, vaga & quietis impatiens, & novitate rerum lætissima. Quod non mireberis, si primam originem adspexeris. Non est ex terreno & gravi concreta corpore: ex illo cœlesti Spiritu descendit; cœlestium autem natura semper in motu est.* Item: *Tot virtutes accepimus, tot artes, animum deniquè, cui nihil eòdem quò tendit momentò non pervium est, sideribus velociorem; quorum post multa sæcula futuros cursus antecedit.* *2. Benef. 29.* Item: *Vide quantum nobis permiserit, quòd non intra homines humani Imperii conditio sit. Vide in quantùm corporibus vagari liceat, quæ non coërcuit fine terrarum, sed omnem in partem sui misit. Vide animi quantùm audeant, quemadmodum soli aut noverint Deos, aut quærant, & mente in altum datâ, divina comitentur. Cogitatio enim nostra, cœli munimenta perrumpit nec contenta est id, quod ostenditur scire. Illud, inquit, scrutor, quod ultra mundum jacet.* *6. Benef. 23.* *de vita beata 32. Confer Epist. 26. 65. 73. 79. 92. 120. lib. 2.*

Præclarè quoque Manilius:

Quis dubitat posthac hominem conjungere cælo?
Eximiam natura dedit linguamq; capaxq;
Ingenium, volucremq; animum: quem deniq; in unum
Descendit Deus, atq; habitat, ipsumq; requirit,

P Idem:

Idem:

Epil.l.4.

Iam nusquam natura latet. Pervidimus omnem
Et capto potimur mundo, nostrumq; parentem
Pars sua conspicimus, genitiq; accedimus astris.
An dubium est habitare Deum sub corpore nostro?
In cælumq; redire animas, cæloq; venire, &c.
Docet ratio, cui nulla resistunt
Claustra, nec immensæ moles, caduntq; recessus,
Omnia succumbunt ipsum est penetrabile cælum.

Prudentius quoq; eleganter:

Cathem.6. v.19.

Liber vagat per auras
Rapidô vigore sensus
Variasq; per figuras,
Quæ sunt operta, cernit,
Quia mens soluta curis
Cui est origo cælum,
Purusq; fons ab æthra
Iners jacere nescit.
Imitata multiformes
Facies sibi ipsa fingit,
Per quas repente currens
Tenue fruatur actu.

Cic. 1. Tusc. V. Max. Tyr. differt. 6 sub fin. Macar. Homil. 46. Franc. Nan. in Not. ad Ioh. 6.2.86. Pisid. Hexaëm. v. 730.

Adeò nulla est celeritas, quæ possit cum animi celeritate contendere. De hac plura adscribi possent, quæ sciens prætereo. Ex Xenophonte autẽ elegans hoc adjicio superpondium: Οἴεσθαι ἂν χρὴ (ita Socratem loquentem introducit) καὶ τὴν ἐν παντὶ φρόνησιν τὰ πάντα ὅπως ἂν αὐτῇ ἡδὺ ᾖ οὕτω τίθεσθαι, καὶ μὴ τὸ σὸν μὲν ὄμμα δύνασθαι ἐπὶ πολλὰ στάδια ἐξικνεῖσθαι, τὸν δὲ τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸν ἀδύνατον εἶναι ἅμα πάντα ὁρᾶν. μηδὲ τὴν σὴν μὲν ψυχὴν, καὶ περὶ τῶν ἐνθάδε, καὶ περὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν Σικελίᾳ δύνασθαι φροντίζειν, τὴν δὲ τοῦ Θεοῦ φρόνησιν μὴ ἱκανὴν εἶναι ἅμα πάντων ἐπιμελεῖσθαι. *Itaq; opinandum est illam etiam, quæ totū continet, sapientiam, quemadmodum sibi placitum est, sic omnia gubernare. Num putas, tuum quidem oculum posse ad multa usq; passuum millia pervenire. Divinum autem oculum impossibile esse simul totum conspicere? Aut tuam quidem animam de his, quæ apud diversas regiones geruntur, aut Athenis, aut in Sicilià, sive apud Ægyptios posse cogitare, prudentiam verò Divinam omnia simul non posse curare.*

II. Senec. Epist. 16. & 95.

Amplius: Quemadmodū Deus ad clavū totius mundi sedet, & omnia, quæcunq; illius ambitu continentur, & arbitriô suô disponit, & vi suà temperat. Quod elegantissimè docet Aristot.

l. de mundo. cap. 6.

cùm scribit: Καθόλου δ' ὅπερ ἐν νηῒ κυβερνήτης, ἐν ἅρματι δὲ ἡνίοχος, ἐν χορῷ δὲ κορυφαῖος, ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἡγεμών. τοῦτο Θεὸς ἐν κόσμῳ. πολυκινήτοι τε, καὶ πολυμέριμνοι; τῷ δὲ, ἄλυπον ἄπονόν τε, καὶ πάσης κεχωρισμένον σωματικῆς

ἀσθεν-

ἐδεδίει, &c. *Ad summam, quod in navi gubernator, in curru auriga, in choro præcentor, in civitate lex, in exercitu Imperator, hoc idem in mundo est Deus, nisi quod illis ipsis principatus laboriosus, perturbatus, & anxius est: Deo autem expers omnis mœstitiæ, laboris, nullamq; corpori afferens imbecillitatem.* Quod totidem penè verbis repetit Apulejus, in ejusdem inscriptionis & argumenti librô. Sic Mens quoq; seu Animus noster velut Gubernator est τ̃ μικροκόσμου, cujus præceptis & legibus, cupiditates, variiq; corporis impetus, veluti cives ac subditi, convenienter ire debent: nè fors factâ seditione, malè pareant, animam de sede suâ dejiciant, & præposterô ordine sub jugum mittant, miserrimis hominis rebus. Idem Animus & aurigæ similis est, cui à summo rerum Gubernatore & arbitriô, qui maximus & potentissimus vehit omnia, negociũ datum est, ut ferocientes ultrà præscriptos & concessos cancellos, affectuum ac perturbationũ equos, cœlestium præceptorum, dataéq; sibi potestatis habenis, coërceat & reflectat: ne fors nimiâ frenorum laxitate & indulgentiâ, propriis, quod dicitur, jumentis malum sibi attrahat, seq; & corporis, curæ suæ commissum currum, in extremum periculorum abyssum præcipitet. Venustè de fugiendis factionibus Scaliger: Sen. Ep. 31. l. 4. Epidor.

Non te Venetus, nec Prasinus, nec Incitatus
Sed mens aureaq;, animusq; auriga gubernet.
Cui fatum flagra: vis rationis est habena.

De hac aurigatione sic eleganter Maximus Tyrius: V. Camerar. Cent. 1. Emblem. 31. Serm. 15.

Τοῦτο δὲ τῆς ἀνθρωπίνης ἐνδείας πρὸς τὸ θεῖον ἐξάψας Θεὸς πρόνοιαν, ἐπιθεὶς τὴν ψυχὴν γηΐνῳ σώματι, ὡς ἡνίοχον ἅρματι, καὶ παραδοὺς τὰς ἡνίας τῷ ἡνιόχῳ ἀφῆκε θεῖν. ἔχουσα μὲν γὰρ παρ' αὐτοῦ ῥώμην τέχνης, ἔχουσα δὲ καὶ ἀτεχνίας ἐξουσίαν: ἡ δὲ, ἐπειδὰν ἐπιβῇ ἁρμάτων, καὶ λάβηται τῶν ἡνιῶν, ἡ μὲν εὐδαίμων καὶ μακαρία ψυχὴ, καὶ μεμνημένη τοῦ ἐπὶ τὸ ὄχημα τοῦτο ἐμβεβασμένη Θεοῦ, καὶ ἡνιοχεῖν προσεξεταζομένη ἔχεται τῶν ἡνιῶν, καὶ ἄρχει τοῦ ἅρματος, καὶ κολάζει τὰς τῶν ἵππων ὁρμάς. οἱ δέ εἰσιν ἀτεχνῶς παντοδαποί, ἄλλος ἀλλαχῆ θεῖν διωρμημένοι· ὁ μὲν αὐτῶν ἀκόλαστος καὶ ἀδηφάγος, καὶ ὑβριστής· ὁ δὲ θυμώδης καὶ ἐπιθετικὸς καὶ ἐριστικός, ὁ δὲ νωθὴς καὶ ἐκλελυμένος, ὁ δὲ ἀνελεύθερος καὶ σμικρόφρων καὶ δειλός. οὕτως ἅρμα ἐκστασιαζόμενον ταράττει τὸν ἡνίοχον. καὶ ἂν μὲν κρατήσῃ αὐτῶν, κολάζει τὴν τῶν δυναστευόντων ἵππων ῥώμην ἄγων φέρεται. νῦν μὲν τοῦ ἀκολάστου ἵππου πᾶν τὸ ἅρμα συμφερόμενον αὐτῷ ἡνιόχῳ ἐπὶ ὕβρεις, καὶ παροινίας, καὶ λαγνείας, καὶ ἄλλας τὰς εἰλιγγιώσας ἡδονάς. νῦν δὲ τοῦ θυμικοῦ ἐπὶ κινδύνους παραβάλλοντος.

Quæ latinè ita sonant: *Verùm hic unus inventus est modus ab ipso Deo, quò humana conditio minorem se esse divinâ fateretur, propterea scilicet, quòd animū terrestri corpori, tanquam aurigam imposuit currui, cujus & habenarū sustinendarum, & incitandi vim esset habiturus. Huic enim aurigæ simul aurigandi artem viresq; tradidit: simul etiam liberum abutendæ artis arbitrium dedit, qui postquam inscenderit currum, & habenas acceperit, siquidem felix beatusq; animus sit, memoriamq; habeat, se jussu Dei sublatum esse in currum, valideq; aurigationem regere debere, nimirum habenas moderatur, regitq; currum, & equorum temeritatem contundit. At equi diversum appetunt cursum, temereq; huc atq; illuc rapiunt currum, hic ad petulantiam, ingluviē ac contumeliam: ille ad temeritatem atq; ferociam, alius verò tarditatem, molitiem, servitutem, fatuitatem, atq; humilitatem sectatur; cujusmodi seditionibus distractus currus, aurigam conturbat, & si vicerit eum præpotentis equi vis, fertur currus pro libidine victoris. Quò fit, ut victrice interdum petulantiâ, unà currus & auriga ad contumelias, convicia, impuritates, atq; alias nefarias minimeq; sinceras voluptates; interdum verò dominante iracundiâ, in multas variasq; calamitates uterq; feratur in præceps.*

Tractat in Psal. 145. Huc facit, quod Augustinus quodam in loco: *Homo,* inquit, *accepit corpus, tanquam in famulatum: habens suprà se, conditorem, infrà se, quod sub illo conditum est. In medio quodam loco rationalis anima constituta, legem accepit, hærere superiori, regere inferiorem. Regere non potest inferiorē, nisi regatur à meliore. Trahitur ab inferiore? deseruit ergò meliorem. Non potest regere, quod regebat, quia regi noluit, à quo regebatur.* Et paulò superiùs: *Si hærebis superiori, calcabis inferiora: si autem recedas à superiori, ista tibi in suppliciū convertentur.* Ad eundem modum Bernhardus. *Serm. 1. in Fest omniū sanctor.* *Si possidere vult anima, si regnare desiderat super membra sua, necesse est, ut sit ipsa mitis & superiori suo subjecta: quoniam tale inveniet inferius suum, qualem se exhibuerit superiori: Armatur enim Creatura ad ulciscendam sui injuriam Creatoris. Et ideò noverit anima, quæ rebellem sibi invenit carnem suam, se quoq; minùs quàm oportebat superioribus potestatibus esse subjectam.* Quæ sanctorum Patrum loca ante oculos habuit, eaquè feliciter expressit Billius: *l. 1. Antholog. 14.*

Quid mirum est, menti quòd sit caro serva rebellis,
Nec jussis dominæ pareat illa suæ?

Mens

Mens meritas pendit pœnas in carne rebelli:
Obsequium Dominæ, cùm negat ipsa suæ.
Ut mentis caro jussa tua non pigra facessat,
Fac tua mens servet sedula jussa Dei.
Ordinis hoc etenim ratio exigit: ut caro mentis
Imperio subsit, mente sequente Deum.

Commodùm hìc mihi succurrit Maximi Margunii Hymnus παραινετικὸς, quò suam ipsius animam ad imperium hoc ritè administrandum gravissimè sic exhortatur:

Ἕως τίνος γλυκερά μου
ὦ γένεσις θεοῖο
ψυχὴ ἐμὴ κρατῆρος;
ἐξ οὗ βρύουσι πηγαὶ
τερπνῶν ἀεὶ τρεφόντων
χαρισμάτων, ἐκείνους
ὅσοι βίον ματαῖον
μακρὰν φυγόντες, ἁγνὸν
ἀκυπέτρῳ μονιῇ
εἵλοντο σύμβιον τεύχειν,
τρύχοντες ἐγκρατείῃ
χαμευνίῃ θλίβοντες,
πόνοισί τε ξυντόνοις
ἑκουσίοις ἰθύντες.
ἀλλ᾽ ἤχθ᾽ ὅπως φρύαγμα
μὴ πρὸς νόον γ᾽ ἐπαίρῃ
καθέλκειν εἰς ἑαυτὸ
ἀσυμφόροις ῥοπαῖσι
λάχεν καθέδραν ὅστις
αἰωτέραν, δαμάζειν
σκοτίαν ὥστε τοῦτο
διοπλό τε οἰακίζειν
ξυνωρίδα πλανήτων
δυσηνίων τε ἵππων
πειθήνιόν τε ἔχειν
ὑπηρέτην δ᾽ ἑαυτῷ
πρὸς βελτίωσιν ἄγειν.
ἢ ἄλλη φύσει ἀνίσω
ἀεργὸν τε τῇ ἑαυτοῦ.
ὅπως πέλων θεοῖο
εἰκὼν, ὁμοίιος τε
μειλιχίῃ λόγοιο
ὑπερβάλλοντος νόοισιν
ἀμήχανόν τε κάλλος,
ἄφθαρτος ἠδὲ μοῖρα
ὕλης εἰς ἕν γ᾽ ἴδοιτο.
στρέφῃ δ᾽ ὅπως ἑαυτὸν
εἰς κόσμον ἀστρολαμπῆ.
ἄστρων τοῦ χορείαν
πόλοιό τε κυκλισμοὺς
σέλας μέγ᾽ ἠλίοιο,
καὶ συνεκφαίνειν αἴγλην
μήνης ἐϋδρομούσης.
θάλασσαν ἠδὲ γαῖαν.
τὴν μὲν φέρουσαν ἰχθῦς,
αὐτάρκειαν τε ὄψον
καὶ κήτεα πλέοντα
τὴν δὲ τρέφουσαν αὖθις
καρπῶν γονῇ πλείστῃ
παντοδαπῇ φυτοῦντα
ἅπαν γένος γενέθλον
πεζόν τε καὶ πετεινὸν,
ἅμα παμμιγῶς τε κρατοῦσιν.
ὑμνῇ δ᾽ ἄνακτα πάντων
ῥέκτην ἀγαθὸν αὐτὸν
σοφόν τε δημιουργόν.

Quos Anacreonticos αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λέξει C. Rittershusius sic reddidit:

Quousque, Mens, quousque
Gustare pocla differs
Divina, dulciora
Favo atque nectare omni?
Unde usque & usque manat
Fons limpidus bonorum,
Origo gratiarum,
Hos usque nutrientum
Qui evanidâ atque inani
Vitâ hac procul relictâ,
Sanctum parare corpus
Student, & elevare
Ad alta, mentis alis,
Humi-cubationes
Fractum abstinentiaque
Laboribusque sponte
Obitis sibi subactum:
Ne fors inordinato
Et insolente fastu
Menti recalcitrando
Sublime id efferatur
Ne noxioue motu
Deturbet hanc throno alto,
In quo locata degit
Ut per domet sua vi
Recalcitrationem &
Exorbitationes,
Duplicem regatque bigam
Errore contumaci
Ruentium huc & illuc
Equûm, suique habenis
Reddat mage audientem:
Faciens sibi ministram,
Obeundo ut imperata
Melior subinde fiat:
Videatque pulchritudo
Quanta indolem ejus ornet.
DEI ut supremi imago
Sit, Mentibus beatis
Similisque, particepsque
Intelligentia, atque
Pulcerrima illa, & expers
Corruptionis omnis,
Cum mole corporali
Unita pars cui sit:
Vertatque sese in altum
Ubi lucida astra fulgent:
Animo impigro revolvens
Et Astricas choreas,
Gyros polycyclosque
Magnumque Solis orbem,
Facemque noctilucam
Phœbes, iter tenentis
Rectum: & mare atque terram:
Illud vehens sinu amplo
Mutum genus natantum,
Opsonium capi aptum
Unaque magna Cete:
Hanc fructuum feracem
Omnis modi atque formæ,
Quibus illa liberale
Convivium instruendo
Animalium omne pascit
Genus, volantiumque
Calcantiumque terram:
Genuina quæ est voluptas.
Superûm canatque Regem
Sapientem & Architectum,
A quo hæc creata cuncta
Servant suum tenorem, &c.

Nec

Nec ab instituto aliena sunt Senecæ verba: *Rex noster est animus: hôc incolumi, cætera manent in officio, parent & obtemperant: cùm ille paullùm vacillavit, simul nutant. Cùm verò cessit voluptati, artes quoq; ejus actusq; marcent, & omnis ex languido fluxoq; conatus est.* Et statim: *Animus noster modò rex est, modò tyrannus. Rex, cùm honesta intuetur, salutem sibi commissi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil sordidum: ubi verò impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac dirum, & fit tyrannus.* Epist. 114.

Quemadmodum, porrò, totius generis humani, atq; unanimi seculorum omniũ consensu, Dei, totius mundi Gubernatoris & arbitri sedes cœlum est: (quod ex manuum, cùm preces facimus, sublatione, vetustissimô ritu, non solũ in Ecclesia Dei, sed etiã apud Ethnicos (ut alibi docebimus) frequentatô, docet auctor l. de Mundo, sive Aristoteles ille fuerit, (quidã enim viri doctiss. eum Aristotelis esse negant) seu quicũq; alius, his verbis: Συνεπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ βίος ἅπας τὴν ἄνω χώραν ἀποδοὺς Θεῷ, καὶ γὰρ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν εὐχὰς ποιούμενοι, hoc est: *Præterea testimonium dicit, universa nostra vita superiorem regionem Deo attribuens. Omnes enim homines tèndimus manus ad cœlum, cùm preces facimus)* Ita Mentis sedes ac domicilium, ex veterum opione, caput est, quod ab antiquis etiam οὐρανὸν vocatum fuisse, Eustath. auctor est. Undè Hippocratis imaginem pilei umbellâ tegi solitam tradunt nonnulli, ut inde admonerentur homines, eam partem maximè curandam custodiendamq;, in quâ, tanquam certa sede, animus conquiesceret, & mentis Pontificium esset repositum. Quò pertinet, quod Agathius Francos expolivisse crinem, unguentisq; variis perfudisse ait, non odoris modò boni causâ: sed quoniam mentis sedes in capite sit, quæ suavi fragrantiâ rapitur, & altissima quæq; cerebro odoribus delibuto reducit. Quocircà nec Salvator noster Christus, cùm esset Bethaniæ, repulit, comminutô alabastrô, nardũ puram effundi sibi in caput à muliere, & ita totam domum odore impleri, persusâ cœlestis Regis comâ decorâ, & Solis radiis pretiosiore. III.

in 1. Iliad.

Cal. Rhodig. lib. 20. c. 12. Alciat. l. 8. Parerg. c. 10.

Steph. Forcatul l. 1. de Gallor. Imp. & Philos.

Quemadmodum licet, ut antè dictum, impar sit intellectus nostri acies ad clarissimam DEI lucem contemplandam: tamen idipsum, quamlibet exiguum sit, adeò nobis salutare & necessa- IV.

necessarium est, ut nihil in rebus omnibus, quæ humanâ mente percipi possunt, magis nostra scire referat. Hinc Claudius Marius:

Summe & sanctè Deus; cuncta virtutis origo,
Omnipotens, quem nec subtili indagine rerum
Mentibus humanis sensu comprendere fas est,
Et nescire nefas.

Tom. 3. Concion. p. 521. Quid enim rectè faciet, qui Deum penitus non agnoscit? *Cùm* enim (ut eleganter eruditissimus Granatensis philosophatur) *humanarum actionum rectitudo, ex earum fine pendeat; Deus autem ultimus humanæ vitæ finis sit: quid, hôc fine ignoratô, Deo gratum effici poterit? Jam verò cùm humanæ vitæ felicitas, in ipsius divinitatis contemplatione posita sit: quonam modô felix esse poterit, qui Deum prorsus ignorat? Quamvis autem (ut Aristoteles ait) pauca admodum sint, quæ de Deo rebusq; Divinis assequimur: idq; obscurè & quasi per caliginem: eximia tamen earum dignitas facit, ut hoc ipsum, quod attingimus, tantam contemplandi jucunditatem afferat, ut in ea insignis hic Philosophus totam felicitatis humanæ rationem collocaverit.*

1. Tuscul. Ad eundem penè modum, licet quænam Animi seu Mentis nostræ natura sit & indoles, cùm inexhaustæ scientiæ fonte Cicerone maximam partē ignoremus: in illius tamen cognitione, quantamcunq; assequi nobis datum est, omnes totius sapientiæ nervos sitos esse prisci censebant. Undè Delphicum Oraculum cuidam id consulenti, *quônam itinere ad felicitatem pervenire posset?* Respondit: *Si teipsum cognoveris.* Plutarchus: εἰ παντὶ ἦν τὸ Γνῶθι σεαυτὸν ἔχειν πρόχειρον, οὐκ ἂν ἴσως ἀπόφθεγμα θεῖον εἶναι. *Si cuivis promtum esset habere hoc, quod dicitur, Nosce teipsum, non haberetur fortasse divinum Oraculum.* Quod respiciens Simplicius: τὸ γνῶθι σεαυτὸν, inquit, τὸ Θεῖον παράγγελμα καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος πάσης ἐστὶ φιλοσοφίας καὶ εὐζωίας. *Dei hoc præceptum: Nosce teipsum, humanæ sapientiæ beneq; vivendi principium & consummationem continet.* Est enim, ut Clemens Alexandrinus loquitur: πάντων μέγιστον μαθημάτων, τὸ γνῶναι αὑτόν. ἑαυτὸν γάρ τις ἐὰν γνῷ, Θεὸν εἴσεται. Θεὸν δὲ εἰδὼς, ἐξομοιωθήσεται Θεῷ. οὐ χρυσοφορῶν, οὐδὲ ποδηρηφορῶν, ἀλλὰ ἀγαθοεργῶν, καὶ ὅτι μάλιστα ὀλιγίστων δεόμενος. *Disciplinarum omnium pulcherrima, seipsum nosse: si quis enim seipsum norit, Deum agnoscit. Quod si Deum cognoscet, ei assimilabitur, non aurum*

Macrob. Com. 1. in somn. Scip. in Demosth.

lib. 3. Pædag. cap. 1. confer eundem l. 5. Strom p. 406 l. 7. p. 511.

aurum gestans, nec talarem vestem ferens, sed benefaciens, & quàm paucissimis fieri poterit, indigens.

De hoc plura possem, quæ sciens prætereo. De ejus autem vi & potestate non piget adscribere Ciceronis verba: *Philosophia,* inquit, *nos cùm cæteras res omnes, tùm, quod est difficillimum, docuit, ut nosmetipsos nosceremus. Cujus præcepti tanta vis, tanta sententia est, ut ea non homini cuipiam, sed Delphico Deo tribueretur. Nam qui seipse norit, primùm se aliquid habere sentiet divinum, ingeniumq; in se suum, sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit, tantoq; munere Deorum semper dignum aliquid & faciet & sentiet: & cùm seipse perspexerit, totumq; tentarit, intelliget, quemadmodum à natura subornatus in vitam venerit, quantaq; instrumenta habeat, ad obtinendam adipiscendamque sapientiam: quemadmodum principiò rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animò ac mente conceperit, quibus illustratus, sapientiâ duce, bonum virum, & ob eam ipsam causam cernat, se beatum fore. Nam cùm animus cognitis perceptisq; virtutibus, à corporis obsequiò, indulgentiâq; discesserit, voluptatemque, sicut labem aliquam dedecoris oppresserit, omnemq; mortis dolorisq; timorem effugerit, societatemq; caritatis ejecerit, tùm omnibus se naturâ conjunctum duxerit, cultumq; Deorum & puram religionem susceperit, & exacuerit illam, ut oculorum, sic ingenii aciem, ad bona eligenda, & rejicienda contrária: quæ virtus ex providendo est appellata prudentia: Quid eò dici aut cogitari possit beatius? Idemque, cùm cœlum, terras, maria, rerumq; omnium naturam perspexerit, eaque unde generata, quò recurrant, quando, quomodo obitura, quid in his mortale & caducum, quid divinum æternumque sit, viderit, ipsumque ea moderantem & regentem penè prehenderit, seque non unis circundatum mœnibus popularem alicujus definiti loci, sed civem totius mundi, quasi urbis unius agnoverit, in hac ille magnificentiâ rerum, atq; in hoc conspectu, & cognitione naturæ, Dii immortales, cùm se noscet (quod Apollò præcepit Pythius) quàm contemnet, quàm despiciet, quàm pro nihilo putabit ea, quæ vulgò dicuntur amplissima. Atq; hæc omnia, quasi sepimentò aliquò vallabit, disserendi ratione, veri & falsi judicandi scientiâ, & arte quadam intelligendi, quid quamq; rem sequatur, & quid sit cuiq; contrárium.* 1. *de legibus circa finem.*

Cæterùm, sunt qui Oraculi hujus præceptò nos à curiosioribus de DEO, eorumq; quæ suprà nos sunt, inquisitionibus

avocari; econtrariò ad nostri ipsiusmet cognitionem, eaqué quæ intra nos gerantur ac fiant expendenda investigandaqué, instigari putent. In quam sententiam gravissimè Divus Gregorius Magnus, quem hîc audire pretium operæ?

Orat. de moder. in disp. serv.

NB.

Contra audacem quorundam curiositatem in rebus Divinis ad calculum rationis vocãdis, perscrutandis, ac disquisitioni humanæ subjiciendis.

Τί πρὸς οὐρανὸν ἀνακύπτεις, ποδῶν ὤν; τί πύργον οἰκοδομεῖς: τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν οὐκ ἔχων; τί καὶ σὺ μετρεῖς τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; στοιχεῖα μεγάλα, καὶ μόνα μετρητὰ τῷ ποιήσαντι. γνῶθι σεαυτὸν πρότερον, τὰ ἐν χερσὶ καταμάνθανε. τίς εἶ; καὶ πῶς ἐπλάσθης, καὶ πῶς συνέστης, ὡς εἰκὼν εἶ Θεοῦ, καὶ τῷ χείρονι συνδέδεσαι. καὶ τί τὸ κινῆσάν σε; τίς ἡ περὶ σὲ σοφία; καὶ τί τῆς φύσεως τὸ μυστήριον; πῶς μετρῇ τόπῳ, καὶ νοῦς χωρίζεται, ἀλλ' ἐν ταὐτῷ μένων πανταχοῦ ἐπέρχεται; πῶς ὄψις ὀλίγη, καὶ ἐπὶ πλεῖστον φθάνουσα; καὶ πότερον ὑποδοχή τίς ἐστι τοῦ ὁρωμένου, ἢ πρὸς ἐκεῖνο διάβασις. πῶς τὸ αὐτὸ καὶ κινεῖ καὶ κινεῖται, διὰ θελήσεως κυβερνώμενον; τίς δαὶ παῦλα κινήσεως; τίς ὁ τῶν αἰσθήσεων μερισμός; καὶ πῶς διὰ τούτων ὁ νοῦς ὁμιλεῖ τοῖς ἔξω, καὶ τὰ ἔξωθεν προσδέχεται: πῶς ἀναλαμβάνει τὰ εἴδη; καὶ τίς ἡ τήρησις τοῦ ἀναληφθέντος, ἡ μνήμη; καὶ τίς ἡ τοῦ ἀπελθόντος ἀνάληψις, ἡ ἀνάμνησις. πῶς λόγος νοῦ γέννημα, καὶ γεννᾷ λόγον ἐν ἄλλῳ νοΐ, καὶ πῶς λόγῳ νόημα διαδίδοται; πῶς τρέφεται διὰ ψυχῆς σῶμα, καὶ πῶς ψυχὴ διὰ σώματος κοινωνεῖ πάθους; πῶς πήγνυσι φόβος, καὶ λύει θάρσος, καὶ συστέλλει λύπη, καὶ διαχεῖ ἡδονή, καὶ τήκει φθόνος, καὶ μετεωρίζει τῦφος, καὶ κουφίζει ἐλπίς; πῶς ἐκμαίνει θυμὸς, καὶ αἰδὼς ἐρυθραίνει δι' αἵματος, ὁ μὲν ζέοντος, ὁ δὲ ἀναχωροῦντος; καὶ πῶς οἱ χαρακτῆρες τῶν παθῶν ἐν τοῖς σώμασι; τίς ἡ τοῦ λογισμοῦ προεδρία; καὶ πῶς πᾶσι τούτοις ἐπιστατεῖ καὶ ἡμεροῖ τὰ τῶν παθῶν κινήματα; πῶς αἷμα κρατεῖται καὶ πνοῇ τὸ ἀσώματον; καὶ πῶς ἡ τούτων ἔκλειψις ψυχῆς ἐστιν ἀναχώρησις. ταῦτα ἢ τούτων τι καταμάνθανε ὦ ἄνθρωπε. οὔπω γὰρ λέγω φύσιν, ἢ κίνησιν οὐρανοῦ, καὶ τάξιν ἀστέρων, καὶ μῖξιν στοιχείων, καὶ ζώων διαφορὰς, καὶ δυνάμεων οὐρανίων ὑποβάσεις καὶ ὑπεροχάς, καὶ πάντα εἰς ὅσα ὁ δημιουργικὸς λόγος καταμερίζεται, καὶ λόγους προνοίας καὶ διοικήσεως. καὶ ταῦτα οὔπω λέγω θαῤῥεῖν, ἀλλὰ φοβοῦμαι προσάπτεσθαι τοῖς ὑψηλοτέροις, καὶ τοῖς μᾶλλον ὑπὲρ τὴν σὴν δύναμιν. *Quid in cœlum pedes humilisq; provolvas? quid turrim ædificare paras, iis rebus carens, quæ ad exstructionē perfectionemq; requiruntur? quid ipse quoq; manibus aquam metiris, & cœlum palmo, terramqué omnem pugillo, elementa magna atq; ejusmodi, ut à solo Creatore definiri ac mensurâ comprehendi possint? Primùm teipsum cognosce: quæ in manibus sunt, intellectu assequere, quis sis, quomodo effectus, & ita compositus, ut imago Dei sis, & deteriori astrictus. Quid illi sit, quod tibi motum attulit, quæ in tui opificio sapien-*

ſapientia: quod naturæ arcanum, quô modô loco circumſcribaris, ac mens interim non terminetur, ſed in eôdem maneas, omnia perluſtret ac pervagetur, quo modo tantillus oculus tàm longè pervadat ac protendatur, utrum quòd rem ipſam admittat, an potius quòd ad eam tranſeat, quô modô idem moveat ac moveatur, ſolâquè voluntate gubernetur, quæ motus quies, quæ ſenſuum partitio, quo modo mens eorum operâ cum externis verſetur, atq; exteriora admittat, quomodo formas recipiat, quæ receptarum ſit ratio & conſervatio, an memoria ſit quædam rei elapſæ receptio, an potius reminiſcentia, quo modo ſermo mentis fœtus ſit, atquè in aliâ mente ſermonem procreet, quo modo ſermoni cogitatio transfundatur, quo modo corpus per animam nutriatur, quô modô anima per corpus affectuum particeps ſit, quo modo eam timor contrahat perfidentia ſolvat, mœror conſtringat, lætitia diffundat, livor conficiat, ſuperbia efferat, ſpes erigat, quo modo iracundia furore, pudor rubore afficiat, partim ebulliente ſanguine, partim recedente, quo modo perturbationum animi ſigna corporibus imprimantur, quæ rationis perfectura, quo modo hæc omnia regat & moderetur affectuumquè impetus leniat atq; tranquillet, quo modo à ſanguine & inhalatione quod corpore vacat, teneatur, quo modo horum defectus animæ diſceſſio ſit. Hæc aut horum aliquid, ô homo, cognitione aſſequere (nondum enim cœli naturam & motum, nec ſiderum ordinem, nec elementorum permixtionem, nec animantium diſcrimina, nec cœleſtium corporum ſubmiſſiones, aut ſuperiores, ſitus atquè omnia, in quæ verbum univerſitatis opifex diſtribuitur, nec deniquè providentiæ gubernationisquè rationes commemoro) hæc, inquam, prius aſſequere, ac ne tum dicam, aude, verùm time ad ſublimora viresquè tuas magis excedentia conſcendere.

Eadem mens erat ſanctiſſimo Chriſti Martyri Cypriano, ſive quis alius eſt auctor præclari illius prologi, qui præfigitur libro *de Cardinalibus Chriſti operibus* inter opera Cypriani: *Ego*, inquit, *ſi me ipſum neſcio, ſi animæ meæ ſubſtantiam & naturam ignoro, ſi earum, quæ intra me ſunt, rationem non intelligo, quâ audaciâ ſupra me erigam oculos, ut videam principium ſine principio, & finem ſine fine attingam? A talibus auſibus deſiſtendū excellentia majeſtatis imperat, & ipſa impoſſibilitas omnes ingenii noſtri conatus repellit. Ea igitur, quæ* *Confer Macar. homiliâ 12. Rufin in expoſ. Symb. Apoſtol. S. Chryſoſt. homil. 1. in Geneſ. Procop. l. 1. Rer. Gothic.*

licita & concessa sunt, tangamus, &c. Et in eodem prologô paulò antè ait: *Utinam meipsum cognoscam & sciam! Quod si anima mea, qua corporis mei obtinet principatum, nec originem scio, nec metior quantitatem, nec qualis sit, intueri sufficio, si ignota est mihi ratio, quare ipsa delectetur in corpore, persecutore suo, si nescio, quis hanc legem membris insculpserit, ut tam violentâ dominatione spiritum opprimat, & melior digniorqué natura deteriori succumbat: patienter me ferre oportet, si Operatorem universitatis non intelligo, qui in minimis operationum suarum particulis meam profiteor cæcitatem.* Agnovit hoc Sophocles quoqué:

Ἀλλ' οὐ γὰρ ἂν τὰ θεῖα, κρυπτόντων θεῶν
μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν.

Hoc est:

Divina nunquam, ipsis tegentibus Deis
Scies, nec omnia usq; si pervaseris.

præf. ad Joachim. Cam. capita pietatis. Dignum itaque est commendatione Johannis Caselii dictum, cujus Cl. Rittershusius quoq; aureolis suis in Salvianum Commentariis meminit: *Sic statuo* (inquit ille) *quantò simplicior „ sit fides nostra, & vita fidei congruentior, etiamsi neq; disputemus omnia, „ neq; intelligamus: tantò nos fore Ecclesiæ cives nobiliores & Deo chario- „ res, cui omnibus relictis, esse charissimi velle debemus.* Sed ad rem.

V. Quem, tandem, ad modum ἀδύνατον οὐδὲν Θεῷ, secundùm Epi- *Lactant, l.1. c.8.* charmeum illud, suprà laudatum: Omnia enim, quæ voluit, fecit, qui tanta, tamq; mirifica opera, providentiâ excogitavit, virtute constituit, ratione perfecit: nunc autem Spiritu sustentat, potestate moderatur, inexcogitabilis, ineffabilis, & nulli alii notus, quàm sibi. Eleganter Fulgentius: *Ideò,* inquit, *in Dei promissis nulla est falsitas, quia in faciendis nulla Omnipotenti est difficultas. Quidquid autem vult, potest, qui quantum vult, tantum potest,* & quæ ibi sequuntur. Ita adeò ingens, immensa, incredibilis est vis humanæ mentis, ut ei nihil propemodum difficile sit, nisi quod non vult. Maximus Tyrius; τί οὐκ ἐθελήσασα ἡ παντόλμος ψυχὴ, ἐπετεχνήσατο; Unde Oppiani de solertia humani ingenii nihil non molientis exclamatio:

De prædest.

Rodolph. Agric l.13. Invent. Dial. Serm.19.

1. Cyneg. v. 329.

ὦ πόσση κραδίη, πόσση μενέηκεν πέλει φρήν!

Proh, quantum ingenium, quanta hominibus inest solertia!

De hac

De hac Alexis Comicus:

Ἅπαντα τὰ ζητούμεν' ἐξευρίσκεται,
ἂν μὴ προαποστῇς, μηδὲ τὸν πόνον φύγῃς.
Ὅπου γὰρ εὑρήκασιν ἄνθρωποί τινες.
Μέρος τι τῶν θείων τοσοῦτον, τῷ τόπῳ
Ἀπέχοντες; ἄστρων ἐπιβολάς, δύσεις, τροπάς,
Ἔκλειψιν ἡλίου, τί τῶν κοινῶν τι καὶ
τῶν συγγενῶν δυνατὸν ἂν ἄνθρωπον φυγεῖν;

Quæ eodem metri genere Latinè reddita sic habent:

Nihil est, quod invenire tandem non queas:
Dummodo laboris non prius te tadeat.
Si namq; partem maximam cœlestium
Reperêre tandem dissitarum tàm procul
Aliqui homines, conversiones siderum,
Ortusq; & occasus (ita varios licet)
Solisq; defectum, quid? humana ulla res
Adeò latebit, ut inveniri non queat?

De eadem copiosè Cicero: *Quid igitur? utrum capacitatem aliquam in animo putamus esse, quò tanquam in aliquod vas, ea, quæ meminimus, infundantur? absurdum id quidem. Qui enim fundus, aut quæ talis animi figura intelligi potest? aut quæ tanta omninò capacitas? an imprimi quasi ceram animum putamus, & memoriam esse signatarum rerum in mente vestigia? quæ possunt verborum, quæ rerum ipsarum esse vestigia? quæ porrò tàm immensa magnitudo, quæ illa tàm multa possit effingere? quid illa vis, quæ tandem est, quæ investigat occulta, quæ inventio atq; excogitatio dicitur? ex hácne tibi terrenâ mortaliq; naturâ & caducâ concreta ea videtur? aut qui primus, quod summæ sapientiæ Pythagoræ visum est, omnibus rebus imposuit nomina? aut qui dissipatos homines congregavit, & ad societatem vitæ convocavit? aut qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis terminavit? aut qui errantium stellarum motus, progressiones, institiones, notavit? Omnes magni, etiam superiores, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præsidia contra feras invenerunt, à quibus mansuefacti & exculti, à necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. Nam & auribus oblectatio magnâ ex parte est inventa, & temperata varietate & naturâ sonorum: & astra suspeximus, tàm ea, quæ sunt infixa* 1. Tuscul.

certis locis, tùm illa non re, sed vocabulô errantia: quorum conversiones omneisq; motus, qui animô vidit, is docuit similem animum esse ejus, qui ea fabricatus in cœlo esset.

Lib. 22. de Civitate Dei, cap. 24. Eundem locum magnificè exsequitur Augustinus: *Nonnè humanô ingeniô tot tantaq; artes sunt inventæ & exercitæ, partim necessariæ, partim voluntariæ, ut tam excellens vis mentis atq; rationis in his etiam rebus, quas superfluas, immò & periculosas, perniciosasq; appetit, quantum bonum habeat in naturâ, undè ista potuit vel invenire, vel discere, vel exercere testetur? Vestimentorum & ædificiorum ad opera quàm mirabilia, quæ stupenda industria humana pervenerit, quò in agricultura, quò in navigatione profecerit: quæ in fabrisatione quorumcunq; vasorum, vel etiam statuarum vel picturarum varietate excogitaverit & impleverit: Quæ in Theatris mirabilia spectantibus, audientibus incredibilia facienda & exhibenda molita sit: in capiendis, occidendis, domandis irrationalibus animantibus, quæ & quanta repererit: adversus ipsos homines tot genera venenorũ, tot armorum, tot machinamentorum, & pro salute mortali tuendâ atq; reparandâ, quot medicamenta atq; adjumenta comprehenderit: pro voluptate faucium, quot condimenta & gulæ incitamenta repererit: ad indicandas & suadendasq; cogitationes multitudinem varietatemq; signorum, ubi præcipuum locum verba & literæ tenent: ad delectandos animos, quot elocutionis ornatus, quàm diversorum carminum copiam: ad mulcendas aures, quot organa musica, quot cantilenæ modos excogitaverit: quantam peritiam dimensionum atq; numerorum: meatusq; & ordines siderum, quanta sagacitate comprehenderit: & quàm multa rerum mundanarum cogitatione se impleverit, quis possit eloqui, maximè, si velimus non acervatim cuncta congerere, sed in singulis immorari?*

Cæterùm, ut vis humani ingenii atq; industria eò clariùs eluceat, lubet in veritatem verborum Augustini ulterius inquirere, & quæ ille de hominum solertiâ quasi fasciculô quodam arctius colligavit, latiùs explicare, & notis quibusdam, quà licet, illustriora reddere: ita tamen, ut extra verborum Augustinianorum cancellos, non longè evagemur.

Caput

CAPUT X.

Uberior ἐξήγησις verborum Augustini, ad illustrandam humani ingenii vim atq; solertiam. Agitur autem de sequentibus potissimùm capitibus. 1. *De Artibus necessariis, qualis præcipuè Agricultura.* 2. *De voluntariis: inter quas primæ, Liberales.* 3. *De superfluis, in queîs opera minuta.* 3. *De vestimentorum inventione. Priscorum in iisdem curâ, & Romanorũ luxuriâ.* 5. *De septem Mundi miraculis. Stupendis Romanor. ædificiis, & horũ occasione, ipsius urbis Rom. miraculô.* 5. *De navigantiũ periculis. Navigiis. Pyxide Nauticâ.* 7. *De varia variorum apud veteres vasorum materiâ. Vitro ductili. Procellanis &c.* 8. *De arte statuariâ, & miris nonnullis ejusdem operibus.* 9. *De Pictoriâ, ejusq; apud veteres dignitate & studiô. Artẽ illam Neronis ævô denatam; nostrô renatam. Vinci ἀπὸ τῆς κατοπτρoποιητικῆς. Hinc de speculi usu Philosophicô.* 10. *De Histironib. & Pantomimis Cane quôdã mimicô. Pantomimorũ mancipiis.* 11. *De Hom. in capiendis, domandis irrationalibus industriâ.* 12. *De venenorum quorundam vi & efficaciâ. Fine. Venenô Massiliensi.* 13. *De Armorum, Tormentorumq; bellicorũ inventione; Usu; Commodis.* 14. *Elegans in sanitatem Hymnus. Ejusdem Commoda. De priscis Medicorũ honoribus. Hodiernô, sed iniquô, contemtu. Cur pauci hodiè sint, quod esse debeant. Non esse in Medicô semper, &c. Ægrotantes quandoq; suo se gladio jugulare.* 15. *Medicamenta & Deorum manus & Plutonis. Chirurgorum nostrorum audacia. Imperitia. Errores. Agyrtarum & circumfuraneorum temeritas. Perfidia. Furta. Latrocinia. Vetulæ medicamentariæ. Chymiæ laus, Utilitas Jucunditas. Alchimia Ars mentiendi & fallendi.* 16. *De Apicio Archimagyro famosissimo & gurgite nepotino. Cleopatræ cænâ*

cœnâ. Portentoso Æsopi luxu. 17. *De notis seu dictionum compendiis veteribus usitatis.* 18. *Artis Typographicæ & librorum encomium.* 19. *De M.T. Cicerone, facundiæ, Latiarumq; literarum parente. Oratio, quænam polita & elegans. Non verbis, sed sensibus serviendum.* 20. *Musicæ Divina origo & vis. Lyræ Davidicæ commendatio.* 21. *Archimedis cælum æneum. Argenteum. Vitreum. Metereoleschæ. Thales à vetulâ irrisus. Quantum divinatrici Astrologiæ tribuendum. Generalis conclusio.*

TOt tantæque artes) videtur antè oculos habuisse Ciceronis locum, 1. Tuscul. *Prorsus hæc divina mihi videtur vis, quæ tot res efficiat & tantas.*

I. *Partim necessariæ)* quasi sine illis transigi vita non posset, qualis præcipuè est Agricultura. Quæ hominum sagacitate & industriâ ad eum dignitatis fastigium perducta est, ut priscis amplissimè laudari existimaretur, qui ita laudaretur. Bonum agricolam, Bonumq; colonum. Cato, *in princ. de re rust.* & ex eô Plinius *lib. 18. cap. 3.* Hinc factum, ut Romanorum majores, Consules suos ab aratro arcesserent, teste Tullio, *pro Rosc. Amer.* Symmach. *lib. 7. cap. 15. Adde te rusticantium numero, & paulisper Catones atq; Attilios æmulare, quos vomeris stiva ad consulares misit fasces.* Plinius *l. c. Ipsorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri (ut fas est credere) gaudente terrâ vomere laureatô & triumphali aratore. Serentem invenerunt, dati honores Serranum, unde cognomen. Aranti quatuor sua jugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato, Viator attulit Dictaturam, & quidem ut traditur, nudô plenôque pulveris etiamnum ore. Cui Viator, vela corpus, inquit, ut proferam Senatus populiq; Romani mandata.* Quod fusius describit Dionysius Halicarn. *lib. 10 pag. 644.* Confer Columell. *præfat. lib. 1. pag. 6.* Lat. Pacat. Drepan. *Paneg. ad Theodos.* Claudian. *de 4. Honor. Consul. v. 443.* Apul. *Apol.* alios. Verè igitur Libanius *progymn. paginâ 124.* Παλαιότατον μὲν δὴ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἅμα τοῖς ἀνθρώποις, εἰς βίον συνεισελθόν· ἰδεῖ γὰρ αὐθὺς μὲν γενομένους δεῖσθαι καὶ τῆς ἀπὸ γῆς τροφῆς δεηθέντας δὲ τὴν γῆν ἐπιχειρεῖν ἐργάζεσθαι.

Artes necessariæ.

Agricultura apud Romanos dignitas.

Agricultura res est antiquissima, simulq; cum hominum ortu in vitam processit. Fieri enim aliter non potuit, quam ut geniti nutrimentum statim de terrâ acquirerent, & ideò ad colendã terram aggrederentur. Videantur Scriptores Rei rusticæ, infrà laudati *p.141.*

Partim voluntaria,) inter quas principem locum obtinent illæ, quas, quòd earum doctrina ad ingenuos spectaret, Liberales Romani vocarunt. Hæ enim animum ad accipiendam virtutem præparant. Sen. *Epist. 88.* Ad quam faciem eleganter Philo, *de congress. quær. erud. gratiâ:* Ὥσπερ ἐν οἰκίαις αὔλειοι προκείνται κλισιάδες, ἐν δὲ πόλεσι τὰ προάστεια, δι' ὧν εἴσω βαδίζειν ἔνεστιν. οὕτως καὶ αὐτῆς προκεῖται τὰ ἐγκύκλια. ταῦτα γὰρ ὁδός ἐστιν εἰς ἐκείνην φέρουσα. *Ut in ædibus vestibula sunt ante fores: in oppidis pro-urbia, per quæ in ipsa itur: sic virtuti præjacent liberales artes. Hæc enim via est, quæ fert ad illam.* II. *Artes voluntariæ seu liberales.*

Superfluus.) in quibus laboris insumitur plurimum, operæ pretio nullô. C. Rhodig. *lib.17.c.31.* Referri autem huc posse videntur illæ artes, quarum labor in minutis operibus, & præ nimiâ exilitate ipsum ferè visum effugientibus, licet sine fructu, non tamen sine laude occupatur. De quibus pauca hîc subjicere lubet. Callicrates, ut auctor est Plinius *l.7.c.21. & lib 34.c.8. l.36.c.5.* ex Ebore formicas, & alia tàm parva fecit animalia, ut partes earum à cæteris cerni sive discerni non possent. Et Myrmecides Milesius inter cætera laudatæ industriæ monumenta, in eôdem genere inclaruit: quippe qui ex eadem materiâ quadrigam fabricasse legitur: quam cum agitatore suo musca integeret alis, & cooperiret; item & Navem, quam apicula pennis absconderet. Tradidit & Cicero, referente eôdem Pliniô, vidisse se in nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membranâ scriptum. H. Junius Mechliniæ, Nobili Brabantiæ oppido, cerasi calculum vidit, in modum quasilli exsculptum, quô continebantur quindecim alearũ paria, suis punctis affabrè distincta, ita ut acie oculorũ dignosci potuerint clarè, cui tamen non dubia aut tenebrosa erat illa oculorum lux. *Lib. 1. Animadvers. cap.6* Si vis, adde his pulicem in collô aureolâ catellã, eaq; prælongâ vinctum, atq; in deliciis habitum: Cùm illâ saliret aliquando: nonnunquam heræ sugeret delicatulum sanguinem; deinde in lectulo satur se collocaret, ut ad Cardan: ludnes scripsit Scaliger *Exerc.326.* III. *Artes superflua.* *Opera minuta.*

R *Peri-*

Periculosas, perniciosasque.) De quibus infrà dicendi locus erit.

IV. *In vestimentorũ inventione vigor rationis humana nõ obscurè elucet.*

Vestimentorum.) Hug. *in didasc. lib. 1. Qui usum vestimentorum primus adinvenit, consideravit, quòd singula quæq; nascentium propria quædam habeant munimenta, quibus naturam suam ab incommodis defendunt. Cortex ambit arborem, penna tegit volucrem, piscem squama operit, lana ovem induit, pilus jumenta & feras vestit? concha testudinem excipit, ebur Elephantem, jacula nec timere facit. Non tamen sine caussâ factum est, quòd cùm singula animalium natura sua arma habeant secum nata, solus homo inermis nascitur, & nudus. Oportuit enim ut illis, quæ sibi prævidere nesciant, natura consuleret: homini autem ex hoc etiam major experiendi occasio præstaretur: cùm illa, quæ cæteris naturaliter data sunt, propriâ sibi ratione inveniret, multò enim magis enitet nunc ratio hominis, hæc eadem inveniendo, quàm habendo claruisset, nec sinè caussâ proverbium sonat, quòd ingeniosa fames omnes extruderit artes.*

Sen. Ep. 92. Ex vestium usu prisci de naturâ & indole uniuscuiusque argumentũ capiebant.

Cæterùm, Mundæ vestis electio appetenda est homini: naturâ enim homo mundum & elegans est animal. Qua in re commendantur ab Athenæo majorum instituta, quos scribit, ne in vestitu quidem fuisse negligentes, sed compositos ac modestos: quiq; secus agerent, ab illis solitos irrideri: ἔμελε δὲ αὐτοῖς, inquit, καὶ τοῦ κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἐσθῆτα, καὶ τοὺς μὴ τοῦτο ποιοῦντας ἔσκωπτον. Zeno Stoicus apud Laërt. *l. 7.* δεῖν ἔλεγε τοὺς νέους ἐν πᾶσι (ita Causab. non πάσῃ) κοσμιότητι χρῆσθαι, καὶ πορείᾳ, καὶ σχήματι, καὶ περιβολῇ, *convenire maxime juvenibus, dicebat, in omnibus uti summa honestate, habitu, incessu, amictu.* Eadem mens fuit Platoni in Theæteto, ubi comparans inter se hominem liberaliter educatum, & eum, qui liberali cultu caruerit, notas, quibus dignosci queant, profert. Ait inter alia, bonum illum, bonis prognatum, si ad servilia ministeria adhibeatur, ineptum, & nihili futurum: alterius mores esse τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα δυναμένου τορῶς τε καὶ ὀξέως διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπιδέξια ἐλευθέρως. *Hominis talia quidem promptè & celeriter noveris obire ministeria: Cæterùm, qui dextrè, & ut liberum decet vestem componere nesciat.* Sic apud Lucianum *de conscribendâ historiâ*, primum argumentum hominis non ingenui, ab indumentis & cultu sumitur. ἐοίκασιν, ait, οἰκέτῃ νεοπλούτῳ ἄρτι τὰ τοῦ δεσπότου κληρονομηκότι, ὃς οὐδὲ τὴν ἐσθῆτα οἶδεν ὡς χρὴ περιβαλέσθαι. Adisis Causabon. *in Athen. lib. 1. cap. 18.*

Adisis

Incredibile autem dictu, quàm artificiosa hîc fuerit Romanorum luxuria, non tantùm in numerô & copiâ vestimentorum sed & materiâ, colore & curâ, Lucullus, referente Plutarcho in ejus vitâ, *Pratori cuidam, qui spectaculum edere cupiens, ad eum venerat petitum Chlamides aliquot, quibus chorum exornaret; inspecturum, respondet, an tot habeat, & si habeat, daturum: postridiè ex eô quæsivit, quotnam cuperet, centumq́, satis esse respondentem, ducentas accipere jussit.* Martialis *lib. 2. Epigramm. 46.*

Romanorū circa vestitum luxuria.

Sic tua suppositis perlucent prela lucernis,
Et micat innumeris, arcula synthesibus.
Atq; unam vestire tribum tua candida possint
Apula non unô quæ grege terra tulit.

Hinc toties mutabant in unô conviviô.

Undecies unâ surrexti, Zoile, cœnâ,
Et mutata tibi est synthesis undecies.

Martial. l. 5. Epigram. 81.

Materia vestimentorum serica erat, fœminis potissimùm. *Video*, inquit Seneca *7. de Benef. 9. sericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quô defendi, aut corpus, aut pudor possit: quibus sumtis, mulier parum liquido nudam se non esse jurabit.* Hæc ingenti summâ ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, ut matronæ nostræ, ne adulteris quidem plus sui in cubiculô, quâm in publico ostendant. Idem *Epist. 90. Quod si contigisset illi videre has nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in quâ non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est.* Sen. Pater *l. 2. contr. 7. ut adultera tenui veste perspicua sit, & nihil in corpore uxoris suæ plus maritus, quàm quilibet alienus cognoverit.*

Color erat conchyliatus seu purpureus, quem Plin. *l. 9. c. 36. nigricantis rosæ colore sublucentem*, & c. 38. *nigricantem adspectu, eundemq́, suspectu refulgentem* dicit. De hujus pretio sic idem *cap. 35. Conchylia & purpuras omnis ora atterit, quibus eadem materia luxuriæ paria penè etiam margaritis pretia fecit.* Et *cap. 39. Nepos Cornelius, qui Divi Augusti principatu obiit: Me*, inquit, *juvene, violacea purpura vigebat, cujus libra denariis centum* (sive florenis viginti) *veniebat: nec multò post rubra Tarentina: Huic successit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille* (hoc est, ducentis floren.) *emi non poterit:*

Non autem conchyliô tantùm saturatas, sed & intextas aurô variisq; coloribus & artibus distinctas vestes, (ut ex Seneca colligere est, *Epist. 90 & ad Helv. 11.*) ut niterent, ac pexæ essent, pondere impositô premere solebant. Senec. *de Tranqu ll.1. placet non in ambitionem cubile compositum, non ex arcula prolata vestis: sed domestica & vilis, nec servata sumenda sollicitè.* Ammianus *l.28. solutis pressariis vestes luce nitentes arbitrâ, diligenter explorat.* De habitibus autem & vestimentis veterum, consule Panciroll: *T. 1. rer. deperd. p. 292.* De pretiô Meurs. *de Lux. Rom. c.4.* de verô earundem usu & abusu, Camerar. *Cent.1 Oper subc.sc.39.*

V. *Septē mundi miracula.* *Opera quàm mirabilia, quàm stupenda.)* Commodè distingui hæc posse videntur, in publica & privata. Publicorum nomine ac titulô hîc veniunt, Septem omnium ore ac calamô celebratissima totius mundi miracula. Inter quæ primus locus tribuitur Thebis Ægyptiis, centum portis nobilibus. Cujus urbis ambitus 17. miliaria occupabat: longitudo, 10. Murus latus erat pedes 24. altus, 700. Inter templa urbis illius pulcherrima unum erat, quod sesquialterum miliare circuitu complectebatur. Intus viæ habebantur subterraneæ, per quas subter educere solebant Reges exercitus, nullô oppidanorum sentiente, &c. Plura vide apud Diod. Sicul. Pomp. Mel. *l.1. c.3.* Plin. *lib. 36. cap. 14.* Euseb. *lib. 2. de preparat. Evangel. cap. 1.* Majol. *dieb Can. coll.23.* Panciroll. *T.1. Deperdit.*

V Cal. Rhodig. l. 13. c.6.

1. *Thebæ Ægyptiæ.*

2. *Templum Dianæ.* Secundus à Thebis locus tribuitur Templo Dianæ Ephesiæ, quod in solô palustri fecêre, ne terræ motus sentiret, aut hiatus timeret. Longitudo ejus erat (Plinio teste *l. c.*) 427. pedum, latitudo 220. columnæ 127. à singulis Regibus factæ, 60. pedum altitudine, omnes ex integro saxo, ex quibus 36. erant cœlatæ. Hoc communiter à civitatibus Asiæ factum, fama vulgaris ferebat, ut ait Livius *lib. 1. Decad. 1.* Alii maluêre ab Amazonibus conditum, ob venandi & sagittandi studiũ virgineum, cùm è Scythia progressæ, Asià potiri cœpissent. Ideoq; Deæ propitiæ ædem dicasse effusis opibus, cedrinis trabibus, simulachro autem Numinis ex ebeno nigerrimo. Jornandes *in rebus Getic.* Ad hoc templum debitores si confugiebant, eos Diana tutos, & à creditoribus intactos præstabat, ut auctor est Plutarchus

chus, *de vit. are al.* Hegeſias Magneſius tùm temporis conflagraſſe exclamavit, cùm Diana in Alexandri enixu obſtetricando diſtricta fuiſſet. Cujus exclamationem Plutarchus *in Alexandr.* adeò frigidam eſſe ſcribit, ut incendium illud reſtinguere valuerit.

Tertius locus aſſignatur Mauſoleo Cariæ Regis ſepulchro, extructo ab Artemiſiâ uxore, quæ Mauſolum virum adamaſſe fertur, ſuper omnes amorum fabulas, ultraq; affectionis humanæ fidem, ut Gellius loquitur *lib. 10 cap 18.* ubi addit: Artemiſiam luctu atqué deſiderio mariti flagrantem, oſſa cineremqué ejus mixta odoribus, contuſaq; in pulveris faciem, aquæ indidiſſe ebibiſſequé, multaqué alia violenti amoris indicia feciſſe. Inter alia autem molitam, eſſe ingenti impetu operis, conſervandæ mariti memoriæ cauſsâ, ſepulchrum illud memoratiſſimum, dignatumq; numerari inter ſeptem omnium terrarum ſpectacula. Quod tamen priuſquam abſolveretur, fatis conceſſit Artemiſia. Artifices autem non receſſerunt, niſi opere perfecto: ut gloriæ artisq; ſuæ monumentum relinquerent. Plinius *lib. 36. cap. 5.* 3. *Mauſoleum.*

Cæterùm, hanc Artemiſiæ, ut omnes alias mortalium molitiones, ut vanas ac inutiles, falsè perſtringit Lucianus *in Necyomantia*, ubi Philonides Menippum ab inferis reverſum inter alia percunctatur: Φι. εἰπέ μοι, ὦ Μένιππε, οἱ δὲ τοὺς πολυτελεῖς τούτους ὑψηλοὺς τάφους ἔχοντες ὑπὲρ γῆς, καὶ στήλας καὶ εἰκόνας, καὶ ἐπιγράμματα, οὐδὲν τιμιώτεροι παρ' αὐτοῖς εἰσι τῶν ἰδιωτῶν νεκρῶν; Μι. ληρεῖς, ὦ οὗτος. εἰ γὰρ ἐθεάσω τὸν Μαύσωλον αὐτὸν, λέγω δὲ τὸν Κᾶρα, τὸν ἐκ τοῦ τάφου περιβόητον, εὖ οἶδα ὅτι οὐκ ἂν ἐπαύσω γελῶν, οὕτω ταπεινῶς ἔρριπτο ἐν παραβύστῳ που, λανθάνων ἐν τῷ λοιπῷ δήμῳ τῶν νεκρῶν, ἐμοὶ δοκεῖν. τοσοῦτον ἀπολαύων τοῦ μνήματος, παρ' ὅσον ἐβαρύνετο τηλικοῦτον ἄχθος ἐπικείμενος. PHI. *Dic mihi, Menippe, iſti, qui magnificos altosq́ tumulos habent ſuper terram, & columnas, imagines, titulos, nihilóne ſunt apud inferos plebeiis quibuslibet umbris honoratiores?* MEN. *Nugaris tu quidem. Nam ſi vidiſſes Mauſolum Carem illum dico pyramide celebrem, ſat ſcio, nunquam ridere deſiiſſes. Ita in antrum quoddam abſtruſum deſpectim abjectus eſt, in reliquâ mortuorum turbâ deliteſcens. Hoc tantùm commodi mihi videtur ex monumento referre, quòd impoſito tanto pondere laborat magis, & premitur.* *V. eund. in Dial. Mauſ. & Diogen.*

4. *Muri Babylonici.* Quarto miraculo nomen dederunt Muri Babylonici, quos Semiramis æmulatione Ninæ urbis, à Ninô maritô exstructæ, post obitum ipsius condidit, aut saltem ruinosos reparavit, coctilibus laterculis, & bitumine ferruminatis: tantæ crassitudinis, ut quadrigæ sibi invicem occurrentes facilè pertransire possent. Turres muri isti habebant 300: plures multò habituri, nisi aliquà ex parte paludes pro mœnibus essent. Per ambitum centum portæ stabant æreæ, omnes cum cardinibus. Eiq; portentoso operi adhibita fuerunt ex omni regno terdecies centena hominum millia, teste Diodoro.

5. *Colossus Rhodius.* Pro Quinto habebatur Solis Colossus Rhodi, altitudine 200. cubitorum, quem tradunt duodecim annis perfectum, trecentorum precio talentorum, quæ summa centies octoginta millia aureorum refert. Suidas formidabilem, at non amabilem fuisse scribit. Hujus enim digiti, auctore Plinio, *lib. 34. cap. 2.* majores erant, quàm pleræq; statuæ: pollices verò tantæ amplitudinis, ut nemo eos brachiis amplecti potuerit. Hoc simulacrum post 56. annum terræ motu prostratum, posteà rursum erectum fuisse oportet. Zonaras enim in Constante Heraclii nepote memorat, Agarenos, Insula Rhodo subacta, Colossum istum demolitos fuisse, atqué æs ejus Judæum quendam mercatum 900. Camelis asportasse.

V. eund. in Jove Trag. Cæterùm, hunc etiam Colossum, sicut & Phariam turrim, ut ambitiosa hominum opera, tacitè perstringit Lucianus *in Icaro Menippo*, quà Menippus ex itinere suô cœlesti reversus, amico cuidam suo refert, cùm in illo ad Jovē itinere ad Lunam divertisset, tàm exiguam sibi visam fuisse terram, ut penè, nisi Colossum Rhodium conspexisset, oculos & conspectum suum prorsus effugisset. Sed ipsummet φιλοσοφομάστιγα audire lubet: *Καὶ πρῶτόν γέ μοι, inquit, πάνυ μικράν τινα ἐδόκουν τὴν γῆν ὁρᾶν, πολὺ λέγω τῆς σελήνης βραχυτέραν, ὥστε ἐγὼ ἄφνω κατακύψας, ἐπὶ πολὺ ἠπόρουν, ποῦ εἴη τὰ τηλικαῦτα ὄρη, καὶ ἡ τοσαύτη θάλασσα. Καὶ εἴ γε μὴ τὸν Ῥοδίων Κολοσσὸν ἐθεασάμην, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ Φάρῳ πύργον, εὖ ἴσθι, παντελῶς ἄν με ἡ γῆ διέλαθε. Νυνὶ δὲ ταῦτα ὑψηλὰ ὄντα καὶ ὑπερανεστηκότα, καὶ ὁ Ὠκεανὸς ἠρέμα πρὸς τὸν ἥλιον ὑποστίλβων διεσήμαινέ μοι γῆν εἶναι τὸ ὁρώμενον. Atq; initio quidem admodum pusillam quandam terram mihi videre videbar, multò, inquam, Luna minorem:*

norem: ita ut ego repentè intentis oculis diu dubitarem, ubi nam essent tanti illi montes, ac tantum mare. Quòd ni Rhodiorum Colossum conspexissem, tum Phariam turrim, haud dubiè prorsus ubinam esset terra, me prorsus latuisset: Verùm ista, quòd sint sublimia, præq; ceteris eminentia, præterea Oceanus paulatim ad Solem resplendescens, indicabant terram esse id, quod videbam.

Sextum fuit Simulachrum Jovis Olympii à Phidiâ ex ebore cœlatum, quô nullum præstantius, aut admirabilius humanæ fabricatæ sunt manus. Interrogatus autem Phidias ab amicô, quónam mentem suam dirigens, vultum Jovis propemodum ex ipso cœlo petitum, eboris lineamentis esset complexus? illis Homeri versibus quasi magistris se usum, respondit: 6. *Simulacrū Jovis Olympii. Plin. 36. cap. 5. Valer. Max. l. 3. c. 7*

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπιῤῥώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον. *Iliad. a.*

Hinc cuidam ex recentioribus natum hoc distichon:

Phidiaca finxere manus Jovis ore rogatus
Exemplar: talem finxit Homerus, ait. *Laur. Lipp.*

Septimum locum occupat Capitolium Romanum (Deorum ac Jovis terrestre domicilium, auctoribus Cicerone & Livio) adeò sumtuosum, ut quater centum millia aureorum in fundamentis saltem ponendis fuerint expensa. Hujus vastum spacium, & substructiones insanas, senibus admirabiles fuisse Plinius testatur *l. 36. cap. 15.* In hoc non tantùm aureæ & argenteæ statuæ, aurea item vasa adservabantur, sed & laquearia inaurata, æreæ tegulæ aurô obductæ erant. Hinc aurea Capitolia jure vocavit Virgilius: 7. *Capitolium Romanum.* *Pli. l. 33. c. 3.* *8. Æneid.*

Hinc ad Tarpejam sedem, & Capitolia ducit
Aurea nunc.

Licet autem Capitolium hoc quater igne conflagrarit, semper tamen in melius refectum fuit, & aureô etiam fastigiô exornatum. In quam deaurationem plus duodecim millia talentûm exhausta fuisse, auctor est Plutarchus in Poplicola. Plura de Capitolio vide apud Barthol. Marlian. *in Topograph. Antiq.*

Antiqu. Roman. à cap. 2. ad 11. Alex. ab Alexandr. lib. 6. c. 11. Salm. in Panciroll. l. c.

Pyramides Ægypti. Sunt, qui Mundi miraculis accensendos censeant Pyramides Ægyptios, ex quibus unam à trecentis sexaginta hominum millibus, viginti annorum spatio: tres verò alias annis septuaginta & mensibus quatuor constructas, & pro laborantibus in raphanos & allium ac cæpas, mille octingenta talenta (quæ summa decies centena millia aureorum excedit) erogata fuisse, Plinius memoriæ prodidit *lib. 36. cap. 12.* quem vide, adde his Joh. Servilium *de admirand. antiquorum operib.* Salm. *in Panciroll. locô antè laudatô.*

Verùm enimverò de his omnibus, & similibus aliis structuris gravissimè Mantuanus Poëta doctissimus cecinit:

Pyramides Nili, Pharos Insula, Juppiter Ammon,
Mausoli, & Triviæ marmora celsa Deæ.
Regna Semiramidis, Romana palatia junge,
Si placet & Solymi Templa superba Dei.
Talia simplic[illegible] hominum miracula dixit,
Qui nisi [illegible]rrenas nil speculantur opes.
Hæc Lapidum moles, cœlataq; saxa fuere,
Quæ gravis eximiâ fecerat arte labor.
Longa dies Marmor solidum contrivit & æra;
Tempus enim duri â singula fauce terit.
Majus opus virtus, quàm nec dissolvere possunt,
Tempora, nec raucô fulmina pulsa sonô.

Romanorũ ædes, urbiũ æmula. Sub privatorum autem operum ac ædificiorum censu hîc intelligo, privata civium Romanorum ædificia, de quibus stupenda, & quæ fidem penè superant, Auctores memoriæ tradiderunt. Apulejus, *de Deo Socrat. Igitur illas ædificiorum species, in quas patrimonia suâ profuderunt, amœnissimas & exstructissimas deprehendas: aulas æmulas urbium conditas, domos vice templorum exornatas.* Seneca *Epist. 90. Non habebant*, inquit, *domos instar urbium* Salustius in Catil. *Domos atq; villas cognoveris, in urbium modum exædificatas.* Plinius *lib. 36. cap. 15. Sic non habitârunt illi, qui hoc imperium fecêre, tantas ad vincendas gentes referendosq; triumphos ab aratrô aut focô exeuntes; quorum agri quoq; minorem modum obtinuere, quàm istorum*

istorum cellaria. Loquitur illic de Cincinn. & Fabricio; quorum iste septem tantum jugera possedit: At, ecce, postea Cellaria hoc spacium superarunt. Æstimet nunc quis reliquam domûs magnitudinem, justâ proportione, certè oportet ad urbes accessisse, & quidem satis magnas. De domo Neronis hæc Sueton. *lib. 6. cap 31. Non in alia re damnosior, quam in ædificando. Domum à Palatio Esquilias usq; fecit. Quam primo Transitoriam, mox, incendio absumptam, restitutamq;, Auream nominavit. Vestibulum ejus fuit, in quo Colossus centum viginti pedum staret ipsius effigie: tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet: item stagnum maris instar, circumseptum ædificiis ad urbium speciem, &c.*

Et ne quis fortè putet, Principibus tantum tàm amplas & spatiosas ædes fuisse, Seneca 7. *Benefic. 10.* disertè invehitur in ædificia privata laxitatem urbium magnarum vincentia. Fidem penè faciunt Olympiodori verba in Bibliotheca Photii: ὅτι ἕκαστος τῶν μεγάλων οἴκων τῆς Ῥώμης, ἅπαντα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ, ὅσα πόλις σύμμετρος ἠδύνατο ἔχειν, ἱππόδρομον καὶ φόρους, καὶ ναοὺς, καὶ πηγὰς, καὶ λουτρὰ διάφορα. διὸ καὶ ὁ συγγραφεὺς ἀπεφθέγξατο.

εἷς δόμος ἄστυ πέλει. πόλις ἄστεα μυρία κεύθει.

Quæq; magnarum domuum omnia in se ipsa habet, quæcunq; mediocris urbs possit continere: nempè Circum, Fora, Templa, Fontes, Balnea diversa: Ideò & Poëta dixit:

Una domus urbs est, urbs oppida pluria claudit.

Easdem magnificæ domûs partes etiam Martialis enumerat, cùm in habentem amœnas ædes ita ludit: *l. 12.*

Daphnonas, platanonas & aërias cyparissos,
Et non unius Balnea solus habes.
Et tua Centenis stat porticus alta columnis,
Calcatusq; tuo sub pede lucet Onyx.
Pulvereumq; fugax Hippodromon ungula plaudit
Et pereuntis aquæ fluctus ubiq; sonat.

Harum, porrò, urbium altitudo, cœlo penè imminebat, Petronius: **Altitudo ædificiorum Romæ.**

Ædificant aurò, sedesq; ad sidera mittunt.

Claudianus:

Quâ nihil in terris complectitur altius aer,

S Cujus

Culmen nec fastum visæ, nec corda decorem
Nec laudem vox ulla capit. Quæ luce metallis
Æmula vernis fastigia conserit astris.

Erant, qui templorum altitudinem, de quâ capiendum illud Rutilii ad Romam:

Exaudi genetrix hominum genetrixq́; (I eorum,
Non procul à cælo per tua templa sumus.)

superarent, inter quos Cetronius ædem Herculis & Fortunæ: Posides Capitolium transscendit, de quibus Juvenalis *Sat. 14.* Confer Senecam *ad Helv. 9.* Patrem. *lib. 2. controv.* Salvian. *lib. 4. ad Eccles. Cathol.*

Arboraria in fastigiis ædium. Porrò quod non minus mirêre, in his ipsis fastigiis, pomaria ac nemora habebant. Seneca *Epist. 122.* & Pater. *l. 1.* item Tragicus, Thyeste:

——— Nulla culminibus meis
Imposita nutat sylva.

Alii sexcentis sestertiis, hoc est, Tricies centum millibus florenorum. Arbores autem, quas ad delicias & ostentationem alebant, summi pretii censebant. Cn. Domitius L. Crasso solas decē tales æstimavit tricies sestertio, hoc est, centies & quinquagies mille florenis. V. Max. *l. 9. c. 1.* De pretio talium ædium si quæras, narrat Plin. *l. 36. c. 15.* *P. Clodium, quem Milo occiderat, sestertium centies & quadragies octies emptâ domô habitasse,* hoc est, undecies centum & quatuor millibus florenorum. Sed hæc domus ex eruditiss. Meursii conjecturâ, arborarium in fastigiô non habebat. Nam longè majus tunc fuisset pretium, cùm solas decem arbusculas, vel tricies sestertio, ut antè dictum, Domitius æstimârit.

Hirrius, auctore Varrone *l. 13. c. 1.* ex ædificiis circum piscinas suas capiebat annua sestertia duodena millia, sive florenorum sexcenta millia. Ejusdem una villa vendita est sestertio quadragies, id est, vicies centum mille florenis. Ut autem minus, imò ut magis mirêre, audi Senecam de vix credendis Romanorū latifundiis, *Ep. 89.* *Quousq; fines possessionum propagabitis? ager uni domino qui populū cepit, angustus est. Quousq; arationes vestras porrigetis, ne provinciarū quidē satione contenti circumscriberet prædiorū modū? Illustrium fluminū per privatū decursus, & amnes magni, magnarumq́; gentiū termini, usq; ad ostiū à fonte, vestri sunt. Hoc quoq; parum est, nisi latifundiis vestris maria cinxistis, nisi trans Hadrianum & Ionium Ægeumq́; vester*

villi-

villicus regnet: nisi Insulæ, ducum domicilia magnorū, inter vilissima rerum numeremur. Quàm vultis, latè possidete: sit fundus, quod aliquando imperium vocabatur, &c. Alludit ad hæc Sen. Tragicus Thyeste:

Non vertice alti montis impositam domum
Et eminentem civitas humilis tremit,
Nec fulget altis splendidum tectis ebur,
Somnosq; non defendit excubitor
Non classibus piscamur, & retro mare
Iacta fugamus mole, non ventrem improbum
Alimus tributô gentium, nullus mihi
Ultra Getas metitur, & Parthos ager

V. Sen. Ph. *consf. ad Helv. 9. & 10.* Conf. eund. *3. Ben. 8. Ep. 64. & 114. extr.* Adi & Panc. *T. 1. p. 119.* Lipf. in admirando admirandorum opere. *l. 2. c. 15. l. 3. c. 24. 4* Meurf. *de luxu Rom. c. 12.* Apud quos, Lipsium præcipuè, plura reperies de stupendis nobisq; hodiè vix credendis, publicorum operū structuris; ut erant, Templa, Basilicæ, Fora, Porticus, Aquæductus, viæ, Theatra, Circi & plura alia, quæ aut usum habebant, aut amœnitatem. Quorū meritò Roma, Mundi caput, mundi miraculum, Mundi compendiū, Arx nationum & Regum, lumen gentiū dicebatur. Magnificè de magnificâ urbe Mart. *Roma urbiū elogia.*

Terrarum Dea Gentiumq; Roma
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Plinii verba de Romanæ urbis decore & magnificentiâ adscribere juvat: *Ad urbis,* inquit *l. 36. c. 15. nostræ miracula transire convenit, & sic quoq;* Terrarum orbem victum *ostendere: quod accidisse totiespenè, quot referentur miracula, apparebit. Universitate verò acervatâ & in quendam unum cumulum collectâ, non alia* magnitudo exsurget, *quàm si* mundus alius quida, *in unô locô narretur.* Non immeritò itaq; Cassiodor. *l. 7.* Romam omnibus mundi, quæ vulgò credebantur, miraculis prætulisse videtur, cùm ait: *Ferunt prisci seculi narratores, fabricarū septem tantū terris attributa miracula: Ephesi, Dianæ templū; regis Mausoli pulcerrimū monumentū; Rhodi Solis æneum signum, quod Colossus vocatur; Iovis Olympici simulacrū, quod Phidias formavit; Cyri Medor. Regis domū, quā Memnon fabricavit; Babyloniæ muros, quos Semiramis construxit: Pyramides in Aegypto. Sed quis illa ulterius præcipua putabit, cū in unâ urbe tot stupenda conspexerit. Habuerūt*

honores, quia præcesserunt tempore: & in rudi seculô, quicquid enim [illegible] *novum, per ora hominum jure ferebatur eximium. Nunc autem* [illegible] *esse veridicum, si universa Roma dicatur esse* Miraculum. Propter

Omnia Romanæ cedant Miracula terræ,
Natura hic posuit, quicquid ubiq; fuit.

Quas ob causas Roma miraculum miraculorũ dici mereatur.

Quidni autem miraculum dici mereretur Roma, quæ, ut canit Claudianus:

Subdidit Oceanum sceptris, & margine cœli
Clausit opes. Quantum distant à Tigride Gades
Inter se Tanais quantum Nilusq; relinquunt.

Audiamus, quæso, Dionysium Halicarnasseum: ἡ δὲ Ῥωμαίων πόλις ἁπάσης μὲν ἄρχει γῆς, ὅση μὴ ἀνέμβατός ἐστιν, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπων κατοικεῖται. πάσης δὲ κρατεῖ θαλάσσης, οὐ μόνον τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὠκεανίτιδος ὅση πλεῖσθαι μὴ ἀδύνατός ἐστι, πρώτη καὶ μόνη τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος μνημονευομένων, ἀνατολὰς καὶ δύσεις ὅρους ποιησαμένη τῆς δυναστείας. *Romana urbs imperat toti terræ, quà quidem inaccessa non sit, habitatur si ab hominibus: sed & toti mari imperat, non solùm hic intra columnas Herculeas, sed ipsi Oceano, quacunq; est navigabilis, primaq; & sola ab omnis ævi memoriâ terminos sibi potentia fecit: Orientem & Occasum.* Petronius:

Orbem jam totum victor Romanus habebat,
Quà mare, quà terræ, quà sidus currit utrumq;.

Annon autem Miraculum dici mereretur urbs illa, cujus annui reditus centũ quinquaginta milliones superabunt? fidem præstabit Magnus Lipsius *lib. 2. de Magnitud. Rom. c. 3.* Cujus universę ambitus quadraginta duo milliaria complectebatur? Idem *lib 3. ejusd. oper c. 2.* In qua singulis diebus alebantur quatuor hominũ milliones? Ibid. *c 3.* De cujus numeri fide si quis dubitet, hæc Senecæ verba animô perpendat suô *Conf. Ad Helv. c. 6. Aspice agedum hanc frequentiam, cui vix Urbis immensa tecta sufficiunt. Maxima pars illius turbæ patriâ caret: ex municipiis & coloniis suis, ex toto deniq; orbe terrarum confluxerunt: Alios adducit ambitio, alios necessitas officii publici, alios imposita legatio, alios luxuria, opulentum & opportunum vitiis locum quærens: alios liberalium studiorum cupiditas, alios spectacula: quosdam traxit amicitia, quosdam industria, latam ostendendæ virtuti nacta materiam: quidam venalẽ formam attulerunt, quidam*

vena-

venalem eloquentiam. Nullum *non* hominum genus *concurrit in Urbem, & virtutibus & vitiis magna præmia ponentem. Jube hos omnes ad nomen citari, & unde domô quisq; sit, quære: videbis majorem partem esse, quæ relictis sedibus suis venerit in maximam quidem ac pulcherrimam urbem, non tamen suam*. Ut non immeritò Athen. asseruerit Romam esse ἐπιτομὴν τῆς οἰκουμένης, *totius orbis compendium*, καὶ γὰρ ὅλα, subjungit paulò post ἔθνη ἀθρόως αὐτόθι συνῴκισται, ὡς τὸ Καππαδοκῶν καὶ Σκυθῶν, καὶ Ποντικῶν, καὶ ἄλλων πλειόνων. ὅθεν οὗτος ὁ σύμπας δῆμος τῆς οἰκουμένης. *Quandoquidem in eâ urbe gentes etiam totæ habitant: ut Cappadoces, Scythæ, Ponti nationes, & aliæ complures, quarum concursus habitabilis totius terræ populus est. lib.1. Deipnosoph. cap.17.* Horsum despiciens Lucanus, Romam asserit

——— Populis, victisq; frequentem
Gentibus, & generis, coëat si turba, capacem
Humani.

Non mirum itaq; Constantium Imperatorem, visis plerisq; cum stupore horrendô, de Famâ questum fuisse, ut invalidâ vel malignâ, quòd augens omnia semper in majus, erga hæc explicanda, quæ Romæ sunt, obsolescat. *Constantii Imp. de Româ intuens.*

Quid autem? Sapientiæ, non hominis vox est, prolata ab Hormisda, qui Regii Persarum sanguinis à Constantio interrogatus de re præsenti; *Quid de Româ sentiret?* id tantùm sibi placuisse dicebat, *quòd didicisset, Ibi quoq; homines mori.* Quod de utroq; memoriæ prodidit Ammian. Marcellin *l.16.* Sapientiæ inquam, illa vox est, non minus ac ista: *Hormisda.*

HUMANA *cuncta, fumus, umbra, vanitas,* *Just. Lips.*
Et scenæ imago, & verbô, ut absolvam, NIHIL:
Et nihil hic orbis, quod perennet, possidet.

Etenim:

Quæcunq; & artes moliuntur & parit.
Natura, Mors hæc vindicant. Stant, ut ruant, *Joseph. Scal.*
Vivunt, ut obeant. Ultimo discrimini
Servatur Orbis. Omnia in mundum cadunt
Casurum, & ipsum non habentem quò cadat.

Quò in Agricultura.) Vide, quæ suprà notavi, *pag.128.* & consule Scriptores Rei rusticæ, quos recenset Fr. Patrit. *de Inst. Reipub.l.1.*

nùs etiam expressurus Regius Propheta David *Psal. 107. v. 26. 27.* *Ascendunt*, inquit, *usq; ad cœlos, & descendunt usq; ad abyssos: anima eorum in malis tabescit. Turbati sunt, & moti sunt, sicut ebrius: & omnis sapientia eorum devorata est.* Hoc in mentem fuit Propertio, *lib. 3. Eleg. 7.*

Ite rates curvæ, & lethi quoq; texite caussam,
Ista per humanas mors venit acta manus.
Terra parum fuerat, fatis adjecimus undas,
Fortunæ miseras auximus arte vias.
Anchora te teneat, quem non tenuere penates?
Quid meritum dicas cui sua terra parum est?
Natura insidians pontum substravit avaris,
Ut tibi succedat, vix semel esse potest.
Ventorum est quodcunq; paras, haud ulla carina
Consenuit, fallit portus & ipse fidem.

Socrates etiam non injuria in Navigantes invehitur, miseros eos appellans, quibus neq; dæmon, neq; Deorum aliquis unquam divitiarum dignam tribuerit gratiam. Quandoquidem hi levibus freti ventis, longas navigationes magnô cum periculô semper adeant, homines perditi: propter quas aut lucrentur, aut pereant. Expertus hoc est Lycus Ægineta, de quô Callimachus:

Νάξιος οὐκ ἐπὶ γῆς ἔθανεν Λύκος, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
Ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην,
ἔμπορος Αἰγίνηθεν ὅτ' ἔπλεε, χὠ μὲν ἐν ὑγρῇ
Νεκρός. ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων.
Κηρύσσω παναλήθες ἔπος τόδε. φεῦγε θαλάσσῃ
Συμμίσγειν ἐρίφων ναυτίλε δυομένων.

Naxius haud periit terra Lycus: at mari in alto
Cum vitâ laceram perdidit ille ratem,
Institor Æginâ solvens. Nunc littora circum
Volvitur: at vacuus nomina cippus habet,
Vosq; monet, verè hoc dicens: obeuntibus hœdis
Navita commotum disce cavere fretum.

Immò Leonidas Epigrammatarius *l. 3. Anthol.* ὡς ναυα[illegible] ne placido quidem mari unquam se crediturum ait:

Οὐδ᾽

Οὐδ' εἴ μοι γελόωσα καταστορέσειε γαλήνη
κύματα, καὶ μαλακὴν φρῖκα φέροι ζέφυρος,
νηοβάτην ὄψεσθε. δέδοικα γὰρ ὡς πάρος ἔτλην
κινδύνους, ἀνέμοις ἀντιχορευσάμενος.

Non ego si placidum ventis mare conspicer altum,
Et Zephyri lenis mulceat aura caput
Conscendam naveis: nam me discrimina terrent,
Luctaq; cum ventis displicet illa mihi.

Rectè proinde felicem prædicat Euripides eum, *qui bona fruens fortuna domi manet, & merces in terra habet, nec denuò navigat.* Immò ter felix ille, & inter paucos valdè beatus habetur Callimacho; *quicunq; remotus à navigatione vivit*: siquidem ex Antiphanis sententia, *præstet in terrâ pauperem esse, quàm divitem navigare.*

Eodem animô & Phacellus *l. 3. Anthol.* monet, ut si longævi esse velimus, mare fugiamus, & terram potiùs colamus. Nam in terrâ ævum agentibus, placidam plerumq; senectutem contingere: in mari autem raró conspici canitiem. Sed ipsum Epigramma, unà cum novâ versione adscribo:

Φεῦγε θαλάττια ἔργα, βοῶν δ' ἐπιβάλλεο ἐχέτλῃ,
εἴ τοι ἡδὺ μακρῆς πείρατ' ἰδεῖν βιοτῆς.
Ἠπείρῳ γὰρ ἔνεστι μακρὸς βίος. εἰν ἁλὶ δ' οὔπως
εὐμαρὲς πολιὴν ἀνδρὸς ἰδεῖν κεφαλήν.

Sit tibi cultus ager cordi: fuge vela ratesq;,
Tempora si vitæ longa videre cupis.
In terris passim caniq; senesq; videntur:
In pelago canos cernere me haud memini.

Nequeo autem mihi temperare, quin suavissimum Moschi Idyllium, quod ordine quintum, nec à præsenti institutô alienum est, dictis adjiciam:

Τὰν ἅλα τὰν γλαυκὰν ὅταν ὤνεμος ἀτρέμα βάλλῃ,
τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι. οὐδ' ἔτι Μοῖσα
ἐντὶ φίλα, ποθέει δὲ πολὺ πλέον ἄμμε γαλάνα.
Ἀλλ' ὅταν ἀχήσῃ πολιὸς βυθὸς, ἁ δὲ θάλασσα
κυρτὸν ἐπαφρίζῃ, τὰ δὲ κύματα ---- μεμήνῃ,
ἐς χθόνα παπταίνω καὶ δένδρεα, τὰν ἅλα φεύγω.

Γᾶ δέ μοι ἁ πιστὰ, τήνα δ᾽ ἄσκιος ἁδεῖα ὕλα.
Ἔνθα καὶ ἢν πνεύσῃ πολὺς ἄνεμος, ἁ πίτυς ᾄδει.
Ἦ κακὸν ὁ γριπεὺς ζώει βίον ᾧ δόμος ἁ ναῦς
καὶ πόνος ἐστὶ θάλασσα, καὶ ἰχθὺς ἁ πλάνος ἄγρα.
Αὐτὰρ ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ
Καὶ παγᾶς φιλέοιμι τὸν ἐγγύθεν ἦχον ἀκούειν.
Ἃ τέρπει ψοφέοισα τὸν ἀγρικὸν, οὐχὶ ταράσσει.

Quum ventus leniter mare glaucum ferit,
Timidus me solicitat animus, nec amplius Musa
Grata est, sed multò magis me rapit tranquillitas:
At quando resonat canum pelagus, & unda marina
Incurvata spumat, ac plurimi fluctus agitantur,
Ad terram oculos converto & arbores, mare autem fugio:
Terraq; mihi fida videtur, & statim opaca silva placet:
In quâ magno etiam spirante vento pinus canit.
Malam profectò piscator vitam degit, cui domus est navis,
Et labor in mari, & piscis fallax venatio.
At mihi dulcis somnus sub platano comata,
Et fontis amem vicinum murmur audire,
Qui oblectat strepitu agrestem, non exterret.

f. Halieut. v. 336. Elegans quoq; est ἠθοποιΐα προσωποποιΐα Aurei Poëtæ Oppiani, quâ quendam pericula maris longùm valere jubentem, & in terræ potiùs tutô tranquillôq; sinu consenéscere atq; emori cupientem, ita loquentem introducit:

Γαῖα φίλη θρέπτειρα, σὺ μὲν τέκες ἠδ᾽ ἐκόμισσας
Φορβῇ χερσαίῃ· κόλποις δ᾽ ἐνὶ σοῖο θάνοιμι
ἦμαρ ὅτ᾽ αὐτήσειε τὸ μόρσιμον· ἔργα δὲ πόντου
ἀμφίνοοι· χαίρω δὲ Ποσειδάωνα σέβοιμι·
Μηδέ με ἐν ἐργαλέοις ὀλίγον δίερῳ κύμασι πέμπτοι.
Μηδ᾽ ἀνέμους νεφέλας τε κατ᾽ ἠέρα παπταίνοιμι.
Οὐ γὰρ ἁλὸς ῥεθέων ... φόβος, οὐδ᾽ ἀλεγεινὸς
Ἀνδράσι ναυτιλίης καὶ ὀϊζύς, ἣν μογέουσιν,
Αἰεὶ δυσκελάδοισι συνεμπλείοντες ἀέλλαις.
Οὐδ᾽ ἅλις ὀλλυμένοις δυερὸς κέρος. ἀλλ᾽ ἔτι τοίους
Δαιτυμόνας μίμνουσιν ἀτυμβεύτους δὲ φέροιο
Θηρίου λαιμοῖο μυχοὺς πλήθουσι τυχόντες.

Δειμαίνω τοίων ἀχέων τροφόν· ἀλλὰ θάλασσα,
χαῖρέ μοι ἐκ γαίης· ἔκτοθι δέ μοι ἤπιος εἴης.

Quæ ad verbum C. Rittershusius sic reddidit:

Terra amica nutrix, tu quidem peperisti atq; educasti me
Escâ terrestri, finibus autem in tuis moriar,
Dies quando occurrit fatalis: opera autem maris
Propitia sint mihi: *Terrâ autem Neptunum venerer,*
Neq; me in periculosis parvum lignum fluctibus mittat:
Neq; ventos, nubesq; in aëre inhiem.
Non enim maris fluctuum tantus metus, neq; molesta
Hominibus navigationis, & calamitatis, qua laborant,
Semper gravisonis coëquitantes procellis.
Neq; satis est pereuntibus humida mors: sed adhuc tales
Convivatores expectant: insepulti verò sepulchri
Ferini rictus latebras implent incidentes.
Horresco talium dolorum nutricium: sed tu mare
Salve mihi ex terrâ: procul autem mihi mitesis.

Quæ ultima verba (*Salve mihi ex terrâ*) suggerunt mihi elegantissimos Lucretii versus *initio l. 2.*

Suave mari magno turbantibus æquora ventis
E terrâ magnum alterius spectasse laborem:
Non quia vexari quemquam est jucunda voluptas,
Sed quibus ipse malis careas, quia cernere dulce est.

Quò allusisse videtur Cic. *ad Attic. 2. Nunc verò quum cogar exire de navi, non abjectis, sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terrâ intueri, &c.*

Quæ verba revocant mihi in memoriam gravissimam D. Gregorii Theol. sententiã, in quâ præsenti non absimilẽ loquendi formã deprehendas. Sic autem vir sanctiss. *Epist. ad Philagr.* Κεκμήκαμεν ἀγωνιζόμενοι πρὸς τὸν φθόνον, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἐπισκόπους, τὴν κοινὴν ὁμόνοιαν διαλύοντας, καὶ τὸν ἰδίων φιλονεικιῶν τὸ τῆς πίστεως πάρεργον ποιουμένους. Διὰ τοῦτο ἔγνωμεν πρύμναν διακρούσασθαι τὸ τοῦ λόγου, καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς συστείλασθαι, ὥσπερ τὸν ναυτίλον φασὶν ἰχθὺν, ὅταν χειμῶνος αἰσθάνηται. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ὁρᾶν πόρρωθεν βαλλομένους καὶ βάλλοντας, αὐτοὺς δὲ πρὸς τὰ οἰκεῖα μετασκευάζεσθαι. *Fessi fractiq; sumus cum invidiâ, & cum sacris Episcopis communem concordiam dirimentibus, fideiq; causam privatis contentionibus posteriorem habentibus concertando. Quocirca navigii proram, ut dici solet conver-*

tere, ac nosmetipsos quemadmodum nautilum piscem ferunt, cum hiemem senserit, contrahere atq; colligere decrevimus: atq; alios quidem eminus spectare mutuò se impetentes, nos verò ad alteram vitam transferre. Propiùs ad institutum Horatius *l.1. Epist.11.*

——— Tamen illic vivere vellem
Oblitusq; meorum, obliviscendus & illis
Neptunum procul è terrâ spectare furentem.

Quò loci etiam meminisse juvat Aanaxandridis veteris Poëtæ moniti, quò volebat, sapientem virum non debere se periculis navigationis committere. Cæterùm, ubi semel navem conscenderis, vento, qui se offerat, utendum esse æquô animô. Sic autem ille referente Athenæo *l.15. c.15.*

ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον
εἴ τις δύναιτο, καὶ παλάμην ἔχοι·
ἐπεὶ δέ κ' ἐν πόντῳ γένηται
τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη.

Hoc est: *E terrâ oportet navigationem prospicere, si quis possit & facultatem habeat: sed ubi semel in mari fueris, præsenti vento currere necesse est.* Nam:

Ovid. 2. Amor. 11.

Serò respicitur tellus, ubi fune soluto
Currit in immensum panda carina salum.

Et prorsus ad hanc mentem Lucianus *Hermotimô*: οὐδὲ γὰρ ἀναστρέψαι ἔτι, καὶ ἀνασωθῆναι ὀπίσω ῥᾴδιον, ἣν ἅπαξ ἐπιδῷ τῇ πλεύσῃ τις αὑτόν, τὰ ἀπόγεια λυσάμενος· ἀλλ' ἀνάγκη ἐν τῷ πελάγει διαφέρεσθαι ναυτιῶντα ὡς τὸ πολὺ, καὶ δεδιότα, καὶ καρηβαροῦντα ὑπὸ τοῦ σάλου. δέον ἐξ ἀρχῆς, πρὶν ἐκπλεῦσαι, ἀνελθόντα ἐπὶ σκοπιάν τινα, σκέψασθαι, εἰ ἐπίφορόν ἐστι καὶ οὔριον τὸ πνεῦμα τοῖς εἰς Κόρινθον διαπλεῦσαι ἐθέλουσι. *Neq; enim promptum & facilè est revocare cursum, salvumq; & incolumem retrò evadere, si quis solutâ navi mari se semel commiserit: verùm necessarium est, in pelago fluctuum arbitriô jactari & circumferri, nauseantem utplurimùm, & metuperculsum, capiteq; marinis fluctibus gravatum. Æquum verò fuerat, sub initium priusquam vela ventis permisisset, conscensâ speculâ explorare, si mare esset navigabile, & secundus flaret ventus Corinthum navigare volentibus.* Facilè ergò fidem invenerit Menœchmus Plautinus *2.1.*

Nulla est voluptas navitis, Messenio,

Major

Major, meô animô; quàm quom ex altò procul
Terram conspiciunt.

Et hinc, qui per campos cæruleos ligneis vecti equis, in portum salvi & sospites redierunt, Neptuno aliisq; sacra faciebant, iisq; pro tutelæ & protectionis beneficio gratias agebant. Sic enim Charmides Plautinus *Trinum. 4 1.* *Vid. Heliod. l. 5. Æthiop. c. 27.*

Salsipotenti & multipotenti Jovis fratri & Nerei Neptuni
Lætus, lubens, laudes ago, & grates gratiasq; habeo, &c.

Sic Philocomasium apud eundem *Milite. 2. 5.*

Indè ignem in aram, ut Ephesiæ Dianæ lauta laudes
Gratiasq; agam, eiq; ut Arabico fumificem odore amœnè:
Quæ me in locis Neptuniis templisq; turbulentis
Servavit, sævis fluctibus ubi sum afflictata multum.

Verùm enimverò ne nos irati maris fluctus diversos abripiant, litus tandem petere juvat, ibiq; prospectu maris gratissimô, & jucundissimis deambulationibus, nauseantem animum recreare nonnihil ac reficere, juxtà illud: πλοῦς ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος, *Navigatio juxta terram, rursus ambulatio, quæ fit juxta mare, jucundissima est.* Quod quasi proverbii locô dictum Plutarchus innuit, ejusq; delectationis rationem esse dicit, *quòd copiosi ac recentes pisces illic mensam instructuri sint.* Quæ tamen ratio viris doctis non satisfacit, qui prospectum maris gratissimum esse putant *propter fluctus, & lapillos, & conchas;* quæ omnia jucundissima sunt, & laudata magnis Scriptoribus. *Fluctus numerare*, jucundissimum visum Ciceroni, Plinio. Undè Stigelius: *Cur mare nauseabundos faciat V. Cœl. Rhod. l. 26. c. 13.* *l. Symp. 4.* *Ambulatio juxta mare jucundissima.*

Ah quàm dulce vagos è litore cernere fluctus.

At calculos & conchas in littore legere, Africano & Lælio. His adde *saluberrimas auras, lusum delphinorum, aspectum navium.* Quæ omnia unô fasce complexus est eruditissimus elegantiarum arbiter Busbequius *Epist. 1. Turc.* cùm ait: *Selimbria tenuit nos jucundus placidi maris aspectus: juvitq; alludentibus undis in littore conchas legere, & delphinorum spectare choros, cœliq; illius tepore frui. Nam dici non potest, quæ fuerit ibi temperies, quàm mite clemensq; cœlum.* Et post aliquam multa è *media Constatinopoli jucundissimum esse,* scribit, *in mare, albentemq; perpetuis nivibus Olympum Asiæ prospectum.*

spectum. Et *Epist. 3.* ædes, in quibus Cæsareos Oratores hospitari mos est, *celeberrimâ Constantinopolis regione sitam esse, unde à postica parte in mare pateat amœnus quidem, sed longinquus despectus, ut tamen exultantes in eo & ludentes delphinos videre possis, ac longè oculis objectum habeas Olympum Asiæ montem perpetuâ nive candidum.* Et hinc Imperator Justinianus lege caverat, ne quis ædificando alteri eripiat τῆς θαλάττης ἀπο[illegible] *Novella 63.* Ubi hujus rei non secus atq; aliarum, quæ ad nos pertinent, fieri furtum nobis dicit, vel rapinam, ut notat *Comment. in Apolog. Apul.* nunquam satis laudatus Academiæ Altorfinæ verè, dum fata sinebant, Scipio Gentilis, qui antè hos triginta & sex annos pro me in Sacro fonte respondit, ὁ νῦν ἐν εὐλογίᾳ.

Navigationis origo. Navigii autem, si fortè requiras, originem à piscibus natantibus ductam esse, Seneca docet. *Epist. 90. Hominis*, inquit, *non sapientis inventa sunt navigia, quibus amnes, quibusq; maria transimus, aptatis ad excipiendum ventorum impetum velis, & additis à tergo gubernaculis, quæ huc atq; illuc cursum navigii torqueant: & exemplum à piscibus tractum est, qui caudâ reguntur, & levi in utrumq; momento velocitatem suam flectunt.* At, quis primus navium usus, & quæ prima earum forma à priscis probata fuerit; quæ item earum nomina, & quis gubernandi adminicula primus invenerit, pluribus docent Nonn. Dionysiac. *40.* Robert. Valtur. *lib. 11. de re Milit. c. 5.* Cæl. Rhodigin. *l. 18. c. ult. & l. 21. antiq. lect. c. 31.*

Immensæ molis navigia. V. Lucian. Navi. Porrò, alludere videtur auctor noster ad immensæ molis ac vastissimæ amplitudinis naves, infinitis remorū ordinibus instructas, cùm Ptolomæi Philadelphi & Philopatoris, tùm etiam Hieronis, de quibus multa & penè incredibilia prodidit Athen. *lib. 5. Dipnosoph. capp. 5. 6. 7.* quibus adde, quæ ex Herodoto, Plinio, Plutarcho, & aliis, more suô doctè & eleganter recenset Budæus *de Ass. l. 5.* Nec minus memorabilia sunt, quæ de stupendis quibusdam Navigiis refert Cam. *Cent. 1. Hor. c. 26. & Cent. 2. c. 27.*

Pyxidis nauticæ divinus usus. Præ cæteris autem vim ac solertiam humani ingenii insigniter hic commendat Pyxis vel pyxidecula nautica, quam & Acum, vel aciculam marinam, & Magnetem appellant. Hanc inter cætera rerum inventa admiratione primùm dignam censet Hier. Cardan. *l. 17. de Artib. & reb. artificiosis*, quippe quâ tot sulcantur

maria,

maria, creditur profundo pelagi, & vastitati aquarum; & ventorum turbini, salus tot hominū, tam ingentes pecuniæ, ipsorum deniq; vita Principum vasculo tam parvo, virgulæq;, imò acui modicæ. Hæc an veteribus cognita, & qui primus ejus inventor fuerit, si scire desideras, adi doctiss. Pancirollæ Commentatorem Salmuth. *T.2.t.11.* Roder. à Castro *Med-Polit.l.4.c.7.*

In fabricatione quorumcunq; vasorum.) Hæc ille enumeraverit, qui & cœli ornamenta, stellas, aut numerum arenæ in littore: quod arroganter de se jactat pater mendacii, ap. Herodot. *l.1.* VII.

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμον, τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης
καὶ κωφοῦ συνίημι καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω.

Æquoris est spacium & numerus mihi notus arenæ,
Mutum percipio, fantis nihil audio vocem.

Quod eidem & Pindarus attribuit *Pyth. 9.*

κύρι-
ον ὃς πάντων τέλος
οἶσθα, καὶ πάσας κελεύθους.
ὅσσα τε χθὼν ἠρινὰ φύλ-
λ' ἀναπέμπει. χ' ὁπόσαι
ἐν θαλάσσᾳ, καὶ ποταμοῖς ψάμμαθοι
κύμασι, ῥιπαῖς τ' ἀνέμων κλονέονται
χ' ὅ, τι μέλλει, χ' ὅ, τι πόθεν
ἔσσεται, εὖ καθορᾷς.

Qui peculiarem omnium rerum summam & finem nosti, universasq; vias, quotq; verna folia terra producat, & quanta cùm mari, tùm fluminibus arena sit, fluctibusq; & ventorum impetu volvetur: qui futura, & undè quid futurum, probè contemplaris.

Quò fortassè respiciens Horat. Architam Tarentinum (qui simulacrum columbæ è lignô, ratione quadam discipilinaq; mechanicâ volasse fecit. Ita erat scilicet librámentis suspensum, & aurâ spiritus inclusâ atq; occulta concitum, Gell. *l.10.c.12.)*

maris & terræ, numeroq; carentis arenæ
mensorem vocat *l.1.carm. Od.28.* Nos hîc pauca tantùm de materiâ vasorū priscis usitatorū, ac præcipuè poculorum, ex scriptorum ἀξιοπίστων latifundiis in hunc notarum agellum conferemus, quæ Lectoribus non ingrata aut injucunda fore speramus.

Prisco

tit. 7. Præter illos autem eandē vel ex professo, vel obiter [illegible] runt, ille parens omnis virtutis, ut Justin. appellat [illegible] & 7. Aristoteles exactissimus naturæ explorator [illegible] noph. Musa Attica, *in Oecon.* Plin. magnus naturæ [illegible] Max. Tyrius Philos. Platonicus, *dissert. 14.* quibus [illegible] *de nobil. c. 32.* Rod. Zamotens. *in spec. vit. hum. l. 1.* [illegible] *l. 2. met. 5.* Angel. Polit. *in Rustico.* H. Steph. *in* [illegible] *p. 845.* Nic. de Clameng. *Idyll. de laude vit. rust.* Lips. [illegible] Heresbach. *l. 1. de re rust. p. 5. & 24.* Barth. Facc. [illegible] *p. 120. & seq.* Læl. Bisciol. *T. 2 l. 1. c. 2.* Just. Reiffenberg [illegible] *num. 233.* J. Bapt. Pont. *in villa l. 1. c. 1. 2. 3.* Majorag. [illegible]

VI. *Quæ in navigatione.*) Oppian. *l. 1. ἁλιευτ. vers. 354.*

Ὦ φίλοι ὅς πρώτιστος ὄχος ἁλὸς εὕρετο νῆας
εἴτ' ὧν ἀθανάτων τις ἐπεφράσατ' εἴτε τις ἀνὴρ
Τολμήεις πρώτιστος ἐπιθυμῶν κύματα περῆσαι.

O amici, qui primus vehicula maris invenit naves,
Sive quis Deorum immortalium excogitavit, seu quis homo
Audax primus optavit mare trajicere

Horatius *lib. 1. Ode. 3.*

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit Pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec tristeis Hyadas, nec rabiem Noti

Navigantium [illegible] Senec. Medea *Act. 2. extr.*

Audax nimium, qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit,
Terrasq; suas post terga videns,
Animam levibus credidit auris,
Dubioq; secans æquora cursu
Potuit tenui fidere ligno
Inter vitæ, mortisq; vias
Nimium gracili limite ducto.

Hinc non immeritò Anacharsis cum quatuor [illegible] *V. P. Vhist. l. 29. V. Lib.* [illegible] tos crassas esse navium tabulas intellexisset, [illegible]

[illegible] commisissent à morte his, qui navigant, teste Laert. *l. 1.* Quod Juvenalis ab illis attributum est *Sat. 12.*

I nunc & ventis vitam committe dolato
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem, si sit latissima tæda.

Unde Cato Censorius, referente Plutarchô *in ejus vitâ*, dicere consuevit: *Tria, quæ in vita egisset, se imprimis pœnitere: quod arcana fœminæ credidisset: si quem sibi dies absque fructu effluxisset: si quopiam navigio vectus esset, quo pedestri itinere pervenire licuisset*, sentiens periculosam esse admodum navigationem. Nam:

Navita sollicitus & ventos horret iniquos,
Et prope tam letum, quam propè cernit aquam. Ovid. 2. Amor. 11.

Unde Plautus *Rud. 2. 6.*

Qui homo sese miserum & mendicum volet,
Neptuno credat sese atq; ætatem suam.

Terentius quoq; *Hecyr. 3. 4.* fortunatum prædicat eum, qui nunquam ingressus sit mare, &c:

Non hercle, Parmeno, verbis dici potest
Tantùm, quàm re ipsâ navigare incommodum est.
Par. *Itane est?* Sos. *ô fortunate, nescis quid mali*
Præterieris, qui nunquam es ingressus mare.
Nam alias ut omittam miserias, unam hanc vide:
Dies triginta, aut plus cò, in navi fui,
Cùm intereà semper mortem expectabam miser.
Ita usq; adversâ tempestate usi sumus.

Quod expressum videtur de Posidippi versibus relatis ab Athenæô *l. 4. c. 13.*

Ὁ μὴ πεπλευκὼς οὐδὲν ἑόρακεν κακόν,
τῶν μονομαχούντων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι.
Vidit mali nil, navigandi, qui est rudis:
Ipsis monomachis miseriores nos sumus.

Et hinc modò laudatus Anacharsis dubitare visus est, an inter vivos habendi essent, qui vitam undarum & ventorum arbitriô commisissent. Roganti enim, *utrum plures arbitraretur esse Mortuos, an Vivos? Navigantes*, & ipse quærendo respondit, *Quo in numero ponis?* Id navigantium periculum significan- Plutarch. in Apopth.

tiùs

nus etiam expressurus Regius Propheta David *Psal.* [illegible]
Ascendunt, inquit, *usq; ad cœlos, & descendunt usq; ad* [illegible]
eorum in malis tabescit. Turbati sunt, & moti sunt, [illegible]
sapientia eorum devorata est. Hoc in mentem [illegible] Propertio, *lib. 3. Eleg. 7.*

Ite rates curvæ, & lethi quoq; texite caussas,
Ista per humanas mors venit acta manus.
Terra parum fuerat, fatis adjecimus undas,
Fortunæ miseras auximus arte vias.
Anchora te teneat, quem non tenuere penates?
Quid meritum dicas cui sua terra parum est?
Naturæ insidians pontum substravit avaris,
Ut tibi succedat, vix semel esse potest.
Ventorum est quodcunq; paras, haud ulla carina
Consenuit, fallit portus & ipse fidem.

Socrates etiam non injuria in Navigantes invehitur, miseros eos appellans, quibus neq; dæmon, neq; Deorum aliquis unquam divitiarum dignam tribuerit gratiam. Quandoquidem hi levibus freti ventis, longas navigationes magno cum periculô semper adeant, homines perditi: propter quas aut lucrentur, aut pereant. Expertus hoc est Lycus Ægineta, de quô Callimachus:

Νάξιος οὐκ ἐπὶ γῆς ἔθανεν Λύκος, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
Ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην,
Ἔμπορος Αἰγίνηθεν ἵτ' ἔπλει. χὠ μὲν ἐν ὑγρῇ
Νεκρός. ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων
Κηρύσσω πανάληθες ἔπος τόδε. φεῦγε θαλάσσῃ
Συμμίσγειν ἐρίφων ναυτίλε δυομένων.

Naxius haud periit terra Lycus: at mari in alto
Cum vitâ laceram perdidit ille ratem,
Institor Æginâ solvens. Nunc littora circum
Volvitur: at vacuus nomina cippus habet.
Vosq; monet, vere hoc dicens: obeuntibus [illegible]
Navita commixtum disce cavere fretum.

Immò Leonidas Epigrammatarius *l. 3. Anthol.* [illegible] ne placido quidem mari unquam se crediturum ait:

Οὐδ' εἴ μοι γελόωσα καταστορέσειε γαλήνη
κύματα, καὶ μαλακὴν φρίκα φέροι ζέφυρος,
νηβάτιν ὄψ ἐσθεῖ. δέδοικα γὰρ ἐκ πάρος ἤδη
κινδύνους, ἀνέμοις ἀντικορυσσόμενον.

Non ego si placidum ventis mare conspicer altum,
Et Zephyri lenis mulceat aura caput
Conscendam naveis: nam me discrimina terrent,
Luctaq; cum ventis displicet illa mihi.

Rectè proinde felicem prædicat Euripides eum, *qui bona fruens fortuna domi manet, & merces in terra habet, nec denuò navigat.* Imò ter felix ille, & inter paucos valdè beatus habetur Callimacho; *quicunq; remotus à navigatione vivit*: siquidem ex Antiphanis sententia, *præstet in terrâ pauperem esse, quàm divitem navigare.*

Eodem animô & Phacellus *l.3. Anthol.* monet, ut si longævi esse velimus, mare fugiamus, & terram potiùs colamus. Nam in terrâ ævum agentibus, placidam plerumq; senectutem contingere: in mari autem rarò conspici canitiem. Sed ipsum Epigramma, unà cum novâ versione adscribo:

Φεῦγε θαλάττια ἔργα, βοῶν δ' ἐπιβάλλευ ἐχέτλῃ,
εἴ τοι ἁδὺ μακρῆς πεῖραν ἰδεῖν βιοτῆς.
Ἠπείρῳ γὰρ ἔνεστι μακρὸς βίος. εἰν ἁλὶ δ' ὄπως
εὐμαρὲς πολιὴν ἀνδρὸς ἰδεῖν κεφαλήν.

Sit tibi cultus ager cordi: fuge vela ratesq;,
Tempora si vitæ longa videre cupis.
In terris passim caniq; senesq; videntur:
In pelago canos cernere me haud memini.

Nequeo autem mihi temperare, quin suavissimum Moschi Idyllium, quod ordine quintum, nec à præsenti instituto alienum est, dictis adjiciam:

Τὰν ἅλα τὰν γλαυκὰν ὅταν ὤνεμος ἀτρέμα βάλλῃ,
τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι, οὐδ' ἔτι Μοῖσα
ἐντὶ φίλα, ποθέει δὲ πολὺ πλέον ἄμμε γαλάνα.
Ἀλλ' ὅταν ἀχήσῃ πολιὸς βυθὸς, ἁ δὲ θάλασσα
κυρτὸν ἐπαφρίζῃ, τὰ δὲ κύματα ---- μεμήνῃ,
Ἐς χθόνα παπταίνω καὶ δένδρεα, τὰν ἅλα φεύγω.

Γᾶ δέ μοι ἁ πιστὰ, τάχα δ' ἄσκιος ἁδεῖ ὕλα.
Ἔνθα καὶ ἢν πνεύσῃ πολὺς ἄνεμος, ἁ πίτυς ᾄδει.
Ἦ κακὸν ὁ γριπεὺς ζώει βίον ᾧ δόμος ἁ ναῦς
καὶ πόνος ἐντὶ θάλασσα, καὶ ἰχθὺς ἁ πλάνος ἄγρα.
Αὐτὰρ ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ·
Καὶ παγᾶς φιλέοιμι τὸν ἐγγύθεν ἦχον ἀκούειν,
Ἃ τέρπει ψοφέοισα τὸν ἀγρικὸν, οὐχὶ ταράσσει.

QUUM ventus leniter mare glaucum ferit,
Timidus me solicitat animus, nec amplius Musa
Grata est, sed multo magis me rapit tranquillitas:
At quando resonat canum pelagus, & unda marina
Incurvata spumat, ac plurimi fluctus agitantur,
Ad terram oculos converto & arbores, mare autem fugio:
Terraq; mihi fida videtur, & statim opaca silva placet:
In quâ magno etiam spirante vento pinus canit.
Malam profectò piscator vitam degit, cui domus est navis,
Et labor in mari, & piscis fallax venatio.
At mihi dulcis somnus sub platano comata,
Et fontis amem vicinum murmur audire,
Qui oblectat strepitu agrestem, non exterret.

ſ. Halieut. v. 336. Elegans quoq; est ἠθοποιία & προσωποποιία Aurei Poëtæ Oppiani, quâ quendam pericula maris longùm valere jubentem, & in terræ potiùs tutô tranquillôq; sinu consenéscere atq; emori cupientem, ita loquentem introducit:

Γαῖα φίλη θρέπτειρα, σὺ μὲν τέκες ἠδ' ἐκόμισσας
φορβῇ χερσαίῃ· κόλποις δ' ἐνὶ σοῖο θάνοιμι
ἦμαρ ὅτ' αὐτήσειε τὸ μόρσιμον· ἔργα δὲ πόντου
ἀμφαίνοι· χέρσῳ δὲ ποσὶ βαίνοντα σάοιμι·
Μηδέ μ' ἐν ἀργαλέοις ὀλίγον δόρυ κύμασι πέμποι.
Μηδ' ἀνέμους νεφέλας τε κατ' ἠέρα παπταίνοιμι.
Οὐ γὰρ ἁλὸς ῥοθίων ἕτερος φόβος, οὐδ' ἀλεγεινὸς
Ἀνδράσι ναυτίλλοις καὶ δίζυος, ἣν μογέουσιν,
Αἰεὶ δυσκελάδοισι συμπτώσσοντες ἀέλλαις.
Οὐδ' ἄλις ὀλλυμένοις δυσεργὴς κόρος. ἀλλ' ἔτι τοῖσι
Δαιτυμόνας μίμνουσιν· ἀτυμβεύτου δὲ τάφοιο
Θηρὸς λαιμοῖο μυχοὺς πλωτοῖο τυχόντες.

Ἀκμαί-

Δειμαίνω τοίαν ἀχέων τροφόν. ἀλλὰ θάλασσα
χαῖρέ μοι ἐκ γαίης· ἔκαθεν δέ μοι ἤπιος εἴης.

Quæ ad verbum C. Rittershusius sic reddidit:

Terra amica nutrix, tu quidem peperisti atq; educasti me
Escâ terrestri, finibus autem in tuis moriar,
Dies quando occurrit fatalis: opera autem maris
Propitia sint mihi: *Terrâ autem Neptunum venerer,*
Neq; me in periculosis parvum lignum fluctibus mittat:
Neq; ventos, nubesq; in aëre inhiem.
Non enim maris fluctuum tantus metus, neq; molesta
Hominibus navigationis, & calamitatis, qua laborant,
Semper gravisonis coëquitantes procellis.
Neq; satis est pereuntibus humida mors: sed adhuc tales
Convivatores expectant: insepulti verò sepulchri
Ferini rictus latebras implent incidentes.
Horresco talium dolorum nutricium: sed tu *mare*
Salve mihi ex terrâ: procul autem mihi mite sis.

Quæ ultima verba (*Salve mihi ex terrâ*) suggerunt mihi elegantissimos Lucretii versus *initio l. 2.*

Suave mari magno turbantibus æquora ventis
E terrâ magnum alterius spectasse laborem:
Non quia vexari quemquam est jucunda voluptas,
Sed quibus ipse malis careas, quia cernere dulce est.

Quò allusisse videtur Cic. *ad Attic. 2. Nunc verò quum cogar exire de navi, non abjectis, sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terrâ intueri, &c.*

Quæ verba revocant mihi in memoriam gravissimam D. Gregorii Theol. sententiā, in quâ præsenti non absimilē loquendi formā deprehendas. Sic autem vir sanctiss. *Epist. ad Philagr.* Κεκμήκαμεν ἀγωνιζόμενοι πρὸς τὸν φθόνον, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἐπισκόπους, τὴν κοινὴν ὁμόνοιαν διαλύοντας, καὶ τῶν ἰδίων φιλονεικιῶν τὸ τῆς πίστεως πάρεργον ποιουμένους. Διὰ τοῦτο ἔγνωμεν πρύμναν ἀνακρούσασθαι τὸ τοῦ λόγου, καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς συστεῖλαι, ὥσπερ τὸν ναυτίλον φασὶν ἰχθὺν, ὅταν χειμῶνος αἴσθηται. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ὁρῶν πόρρωθεν βαλλομένους καὶ βάλλοντας, αὐτὸς δὲ πρὸς τὰ ἐκείνων [illegible]. *Fessi fractiq; sumus cum invidiâ, & cum sacris Episcopis communem concordiam dirimentibus, fideiq; causam privatis contentionibus posteriorem habentibus concertando. Quocirca navigii proram, ut dici solet convertere,*

tere, ac nosmetipsos quemadmodum nautilum piscem ferunt, cum hiemem senserit, contrahere atq; colligere decrevimus: atq; alios quidem eminus spectare mutuò se impetentes, nos verò ad alteram vitam transferre. Propiùs ad institutum Horatius *l.1. Epist.11.*

——— Tamen illic vivere vellem
Oblitusq; meorum, obliviscendus & illis
Neptunum procul è terrâ spectare furentem.

Quò loci etiam meminisse juvat Aanaxandridis veteris Poëtæ moniti, quô volebat, sapientem virum non debere se periculis navigationis committere. Cæterùm, ubi semel navem conscenderis, vento, qui se offerat, utendum esse æquô animô. Sic autem ille referente Athenæo *l.15. c.15.*

ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον
εἴ τις δύναιτο, καὶ παλάμην ἔχοι·
ἐπεὶ δὲ κ᾽ ἐν πόντῳ γένηται
τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη.

Hoc est: *E terrâ oportet navigationem prospicere, si quis possit & facultatem habeat: sed ubi semel in mari fueris, præsenti vento currere necesse est.* Nam:

Ovid. 2. Amor. 11.

Serò respicitur tellus, ubi fune soluto
Currit in immensum panda carina salum.

Et prorsus ad hanc mentem Lucianus *Hermotimô:* οὐδὲ γὰρ ἀναστρέψαι ἔτι, καὶ ἀνασωθῆναι ὀπίσω ῥᾴδιον, ἣν ἅπαξ ἐπιβῇ τῇ πλεούσῃ τις αὐτῶν, τὰ ἀπόγεια λυσάμενος· ἀλλ᾽ ἀνάγκη ἐν τῷ πελάγει διαφέρεσθαι ναυτιῶντα ὡς τὸ πολὺ, καὶ δεδιότα, καὶ καρηβαροῦντα ὑπὸ τοῦ σάλου. δέον ἐξ ἀρχῆς, πρὶν ἐκπλεῦσαι, ἀνελθόντα ἐπὶ σκοπιάν τινα, σκέψασθαι, εἰ ἐπιφορόν ἐστι καὶ οὔριον τὸ πνεῦμα τοῖς εἰς Κόρινθον διαπλεῦσαι ἐθέλουσι. *Neq; enim promptum & facile est revocare cursum, salvumq; & incolumem retrò evadere, si quis solutâ navi mari se semel commiserit: verùm necessarium est, in pelago fluctuum arbitriô jactari & circumferri, nauseantem utplurimùm, & metu perculsum, capiteq; marinis fluctibus gravatum. Æquum verò fuerat, sub initium priusquam vela ventis permisisset, conscensâ speculâ explorare, si mare esset navigabile, & secundus flaret ventus Corinthum navigare volentibus.* Facilè ergò fidem invenerit Menœchmus Plautinus *2.1.*

Nulla est voluptas navitis, Messenio,

Major

Major, meô animô; quàm quom ex altô procul
Terram conspiciunt.

Et hinc, qui per campos cæruleos ligneis vecti equis, in portum salvi & sospites redierunt; Neptuno aliisq; sacra faciebant, iisq; pro tutelæ & protectionis beneficio gratias agebant. Sic enim Charmides Plautinus *Trinum.* 4 1. *Vid. Heliod. l.5. Æthiop. c.27.*

Salsipotenti & multipotenti Jovis fratri & Nerei Neptuni
Lætus, lubens, laudes ago, & grates gratiasq; habeo, &c.

Sic Philocomasium apud eundem *Milite.* 2.5.

Inde ignem in aram, ut Ephesiæ Dianæ lauta laudes
Gratiasq; agam, eiq; ut Arabico fumificem odore amœnè:
Quæ me in locis Neptuniis templisq; turbulentis
Servavit, sævis fluctibus ubi sum afflictata multum.

Verùm enimverò ne nos irati maris fluctus diversos abripiant, litus tandem petere juvat, ibiq; prospectu maris gratissimô, & jucundissimis deambulationibus, nauseantem animum recreare nonnihil ac reficere, juxtà illud: πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος. *Navigatio juxta terram, rursus ambulatio, quæ fit juxta mare, jucundissima est.* Quod quasi proverbii locô dictum Plutarchus innuit, ejusq; delectationis rationem esse dicit, *quòd copiosi ac recentes pisces illic mensam instructuri sint.* Quæ tamen ratio viris doctis non satisfacit, qui prospectum maris gratissimum esse putant *propter fluctus, & lapillos, & conchas,* quæ omnia jucundissima sunt, & laudata magnis Scriptoribus. *Fluctus numerare,* jucundissimum visum Ciceroni, Plinio. Undè Stigelius: *Cur mare nauseabundos faciat V. Cal. Rhod. l.26. c. 13.* *1. Symp. 4. Ambulatio juxta mare jucundissima.*

Ah quàm dulce vagos è litore cernere fluctus.

At calculos & conchas in littore legere, Africano & Lælio. His adde *saluberrimas auras, lusum delphinorum, aspectum navium.* Quæ omnia unô fasce complexus est eruditissimus elegantiarum arbiter Busbequius *Epist. 1. Turc.* cùm ait: *Selimbria tenuit nos jucundus placidi maris aspectus: juvitq; alludentibus undis in littore conchas legere, & delphinorum spectare choros, cœliq; illius tepore frui. Nam dici non potest, quæ fuerit ibi temperies, quàm mite clemensq; cœlum.* Et post aliquam multa *è media Constatinopoli jucundissimum esse,* scribit, *in mare, albentemq; perpetuis nivibus Olympum Asiæ prospectum.*

ſpectum. Et *Epiſt.3.* ædes, in quibus Cæſareos Oratores hoſpitari mos eſt, *celeberrimâ Conſtantinopolis regione ſitam eſſe, unde à poſticâ parte in mare pateat amœnus quidem, ſed longinquus deſpectus, ut tamen exultantes in eo & ludentes delphinos videre poſſis, ac longè oculis objectum habeas Olympum Aſiæ montem perpetuâ nive candidum.* Et hinc Imperator Juſtinianus lege caverat, ne quis ædificando alteri eripiat τῆς θαλάττης ἄποψιν τοῦ γείτονος χαρισάμενος, *Novella 63* Ubi hujus rei non ſecus atq; aliarum, quæ ad nos pertinent, fieri furtum nobis dicit, vel rapinam, ut notat *Comment. in Apolog. Apul.* nunquam ſatis laudatus Academiæ Altorfinæ verè, dum fata ſinebant, Scipio Gentilis, qui antè hos triginta & ſex annos pro me in Sacro fonte reſpondit, ὁ νῦν ἐν εὐλογίᾳ.

Navigationis origo.

Navigii autem, ſi fortè requiras, originem à piſcibus natantibus ductam eſſe, Seneca docet. *Epiſt. 90. Hominis*, inquit, *non ſapientis inventa ſunt navigia, quibus amnes, quibusq; maria tranſimus, aptatis ad excipiendum ventorum impetum velis, & additis à tergo gubernaculis, quæ huc atq; illuc curſum navigii torqueant: & exemplum à piſcibus tractum eſt, qui cauda reguntur, & levi in utrumq; momento velocitatem ſuam flectunt.* At, quis primus navium uſus, & quæ prima earum forma à priſcis probata fuerit; quæ item earum nomina, & quis gubernandi adminicula primus invenerit, pluribus docent Nonn. Dionyſiac. *40.* Robert. Valtur. *lib. 11. de re Milit. c.5.* Cæl. Rhodigin. *l.18. c. ult. & l.21. antiq. lect. c.31.*

Immenſæ molis navigia. V. Lucian. Nav.

Porrò, alludere videtur auctor noſter ad immenſæ molis ac vaſtiſſimæ amplitudinis naves, infinitis remorũ ordinibus inſtructas, cùm Ptolomæi Philadelphi & Philopatoris, tùm etiam Hieronis, de quibus multa & penè incredibilia prodidit Athen. *lib.5. Deipnoſoph. capp. 5.6.7.* quibus adde, quæ ex Herodoto, Plinio, Plutarcho, & aliis, more ſuô doctè & eleganter recenſet Budæus *de Aſſ. l.5.* Nec minus memorabilia ſunt, quæ de ſtupendis quibuſdam Navigiis refert Cam. *Cent.1. Hor. c.26. & Cent.2. c.27.*

Pyxidis nauticæ divinus uſus.

Præ cæteris autem vim ac ſolertiam humani ingenii inſigniter hic commendat Pyxis vel pyxidecula nautica, quam & Acum, vel aciculam marinam, & Magnetem appellant. Hanc inter cætera rerum inventa admiratione primum dignam cenſet Hier. Cardan. *l.17. de Artib. & reb. artificioſis*, quippe quâ tot ſulcantur

maria,

maria, creditur profundo pelagi, & vastitati aquarum; & ventorum turbini, salus tot hominũ, tam ingentes pecuniæ, ipsorum deniq; vita Principum vasculo tam parvo, virgulæq;, imò acui modicæ. Hæc an veteribus cognita, & qui primus ejus inventor fuerit, si scire desideras, adi doctiss. Pancirollæ Commentatorem Salmuth. *T.2.t.11.* Roder. à Castro *Med. Polit l.4.c.7.*

In fabricatione quorumcunq; vasorum) Hæc ille enumeraverit, qui & cœli ornamenta, stellas, aut numerum arenæ in littore: quod arroganter de se jactat pater mendacii, ap. Herodot. *l.1.* VII.

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμον, τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης
καὶ κωφοῦ συνίημι καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω.

Æquoris est spacium & numerus mihi notus arenæ,
Mutum percipio, fantis nihil audio vocem.

Quod eidem & Pindarus attribuit *Pyth. 9.*

κύρι-
ον ὃς πάντων τέλος
οἶσθα, καὶ πάσας κελεύθους.
ὅσσα τε χθὼν ἠρινὰ φύλ-
λ' ἀναπέμπει. χ' ὁπόσαι
ἐν θαλάσσᾳ, καὶ ποταμοῖς ψάμμαθοι
κύμασι, ῥιπαῖς τ' ἀνέμων κλονέονται
χ' ὅ, τι μέλλει, χ' ὅ, τι πόθεν
ἔσσεται, εὖ καθορᾷς.

Qui peculiarem omnium rerum summam & finem nosti, universasq; vias, quotq; verna folia terra producat, & quanta cùm mari, tùm fluminibus arena sit, fluctibusq; & ventorum impetu volutetur: qui futura, & unde quid futurum, probè contemplaris.

Quò fortassè respiciens Horat. Architam Tarentinum (qui simulacrum columbæ è lignô, ratione quadam discpilinaq; mechanicâ volasse fecit. Ita erat scilicet libramentis suspensum, & aurâ spiritus inclusâ atq; occulta concitum, Gell. *l.10.c.12.)*

maris & terræ, numeroq; carentis arenæ

mensorem vocat *l.1. carm Od.28.* Nos hic pauca tantùm de materiâ vasorũ priscis usitatorũ, ac præcipuè poculorum, ex scriptorum ἀξιοπίστων latifundiis in hunc notarum agellum conferemus, quæ Lectoribus non ingrata aut injucunda fore speramus.

Prisco

Materia vasorum priscis usitatorum: figlina.

Priscô & frugali illô seculô plerâq; vasorum genera cujuscunq; usus, è terrâ & fictili parabantur: Non enim imbrices tantùm tegulæ, laterculiq; inde fiebant: sed & tabulæ, lucernæ, candelabra, vasa omnis generis, doliaq; ad vina & ad aquas. Quin & multi sese defunctos fictilibus doliis condi maluêre: sicut M. Varro Pythagoricô modô in myrti & oleæ, atq; populi nigræ foliis, ut Plinius memoriæ prodidit, *l. 35. l. 12.* Hinc Tuberonê Seneca ob hoc singulariter laudât, quòd in epulo publicô, seu populari cœnâ, fictilia pocula populo Romano proposuerit. *Proderit*, inquit *Epist. 95. extr. narrare & exponere Tuberonis ligneos lectulos, cùm in publicum sternerentur, hœdinasq; pro stragulis pelles, & antè ipsius Jovis cellam proposita convivis vasa fictilia.* Et mox: *Illô die populus Romanus multorum supellectilem spectavit, unius miratus est: Omnium illorum aurum argentumq; fractum est, & in milites conflatum: at omnibus seculis Tuberonis fictilia durabunt.* Vide eundem *Epist. 5. & 98.* Valer. Maxim. *lib. 7. cap. 5.* Ciceron. *pro Murænâ*:

Fictilibus utebatur Tubero.

Plin. lib. 35. cap. 12.

Fictilia autem illa cùm ex aliis terris, Aretinâ, puta, aut Saguntinâ, tùm præcipuè ex Samiâ conficiebantur: quô vasorum genere usus fuisse scribitur, & Agathocles ille Siciliæ tyrannus, ut eleganter de eô Ausonius:

Agathocles.

Fama est, fictilibus cœnasse Agathoclea Regem,
Atq; abacum Samiô sæpè onerasse lutô,
Fercula gemmatis cùm poneret horrida vasis,
Et misceret opes, pauperiemq; simul.
Quærenti caussam, respondit: Rex ego qui sum
Sicaniæ, figulo sum genitore satus.
Fortunam reverenter habe, quicunq; repentè
Dives ab exili progrediêre loco.

Porsena.

Ipsum etiam Porsenam Hetruriæ Regem fictilibus fuisse usum, Martialis docet hôc distichô:

Aretina nimis nè spernas vasa, monemus:
Lautus erat Thuscis Porsena fictilibus.

Numa Pompilius etiam in Sacris peragundis.

Samiis quoq; & fictilibus vasis etiam in sacris peragundis priscos usos fuisse, memoriæ traditum est. Cicero *Paradox. 1. Quid Numa Pompilius? minusvè gratas Diis immortalibus capedines ac fictiles urnas fuisse, quàm delicatas pateras arbitramur?* Plin. *l. 35. c. 12.*

In Sa-

in sacris quidem etiam inter has opes hodiè non murrhinis Crystallinisvè, sed fictilibus prælibatur sympullis. Juvenal. *Sat. 6.*

——— *Aut quis*
Sympullum ridere Numæ, nigrumq; catinum
Aut Vaticanas fragiles de monte patellas
Ausus erat?

Tibull. *lib.1. Eleg.1.*

Adsitis Divi: nec nos è paupere mensa
Dona nec è puris spernite fictilibus.
Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
Pocula, de facili composuitq; lutô.

Apul. *Apolog. 1. Eadem paupertas etiam populo Romano imperium à primordiô fundavit: Proq; eô in hodiernum Diis immortalibus simpulô & catinô fictili sacrificat.* Tertullianus *in Apologet. adv. Gent. Nam etsi à Numâ,* ait, *concepta est Curiositas superstitiosa: nondum tamen aut simulacris, aut templis res divina apud Romanos constabat: frugi religio, & pauperes ritus, & nulla Capitolia certantia cœlo: sed temeraria de cespite altaria, & vasa adhuc Samia, & nidor ex eis.*

Ipsas etiam etiam Deorum statuas non aliter quàm lutô fingebant. Propertius *l. 4. Eleg.*

Fictilibus crevêre Diis hæc aurea templa.

Juvenalis:

Fictilis & nullô violatus Juppiter aurô.

Seneca *Epist.31. Exurge modò, & te quoq; dignum Finge Deo. Fingens autem non aurô, non argentô, non potest ex hac materiâ imago Deo similis exprimi. Cogita illos, cùm propitii essent, fictiles fuisse.* Adde doctiss. Barth. *lib. 42. Adversar. cap. 28.* Erasm. *Adag. in Simpulô.* Lacedæmonios quoq; fictilibus usos fuisse testatur Polemon apud Athen. *lib.11. cap.10.* his verbis: *At enim priscum fuit hoc vitæ genus, quod etiamnum servatur apud nonnullos ex Græcis, ut Argis in publicis epulis, Lacedæmone festis diebus, Nuptiis virginum, & convivivîis, quæ ob partam victoriam celebrantur, fictilibus poculis bibant, &c.*

Cæterùm, ut luxu aliqua contingeret auctoritas figlinis, vasa miræ tenuitatis indè conficiebantur. *Hodiéq;,* inquit Plin. *l.c.* *Figlina miræ tenuitatis.*

V   in tem-

in templo ostenduntur amphoræ duæ, propter tenuitatem consecratæ, discipuli magistriq́, certamine uter tenuiorem humum duceret. Ubi in mentem mihi venit Cotys Thracum Regis, qui quum preciosiora essent, ab hospite donô ei oblata figlina, cœlatô opere, tornatuliq; ratione conspicua, sed tamẽ prætenuia, fractionisq; injuriæ opportuna: offerenti quidem gratum se præbuit, ampliter illum muneribus afficiendo: Cæterùm mox vasa contrivit omnia facti protinus ex fide ratiõe redditâ: quòd vereretur, ne per incuriam ministros peccantes eâ in re (erat enim naturâ prærapidus, ac ad iram effervescentior, ad ultionem proinde etiam præceps præcipueq; imperiosus & immitis in servorũ delictis) sævius amariusq́; verberibus concideret. Cæl. Rhod. *l 23. c. 20.*

Cotys Thracũ Regis factum.

Porrò, ex arboribus etiam prisco, hoc est, bono & frugi illo seculo, pocula parabantur, præcipuè ex fagô. Fidem facit Pastor Virgilianus:

Lignea pocula.

Insanire libet quoniam tibi pocula ponam
Fagina, cœlatum divini opus Alcimedontis

Fagina.

Tibullus:

——— Nec bella fuerunt
Faginus adstabat cùm scyphus antè dapem.

Ovidius *5. Fastor.*

Terra rubens crater, pocula Fagus erant.

In sacris etiam peragundis ligneorũ poculorum usum fuisse satis comprobasse videtur Bonifacius Martyr & Episcopus, qui interrogatus; *Nunquid licitum esset Sacerdoti sacris operaturo, etiam ligneô uti poculô?* respondisse fertur: *Olim quidem aureos Sacerdotes, ligneo sacrificasse poculo: at hodiè Sacerdotes ligneos, aureo poculo litare.* Steph. Guazz. *l. 2. de Civil. conversat.*

Quod S. Patris effatum sequenti Epigrammate comprehendit M. Monerius:

Quem non ruentis seculi terrent vices
Rerumq́, devexus status?
Qui, dum Deorum vasa placabant minas
Excisa silvarum jugis,
Vixère puri Præsules aurò magis:
Nunc, proh dolor, versa vice,

Dum

Dum lanx Deorum placat iras aurea,
Ex aureis sunt lignei.

Undè colligere est; quod transiens addo, majorum ætate templa & ædes sacras aurô non ita corruscasse; nec instrumenta, quorum ad cultum divinum usus est, tàm variè splendida & pretiosa fuisse, ut nostrô sunt seculô. In cujus rei fidem lubet adscribere Malmesburiensis verba *l. 4. de Gestis Anglorum: Abstinentia illius est indicium, quod nihil ibi sicut in cæteris cœnobiis videas fulgurare aurô, renitere gemmâ, micare argentô. Nam ut gentilis ait, in sancto quid facit aurum? Nos in sacratis vasis parum putamus actum, nisi crassi crustam metalli obumbret honor lapidũ, vel topaziorum flamma, vel amethystorum viola, vel smaragdorũ lux herbida, nisi tunicæ sacerdotales aurô ludant, nisi multicoloribus parietes picturis reniteant, & Solem ad lacunar solicitent. At verò illi, ea quæ prima mortales falsò æstimant, in secundis habentes, omne studium in ornandis moribus ponunt, magisq; amant splendidas mentes, quàm auratas vestes, scientes, quod benefactorum retributio optima est, mundâ frui conscientiâ.* Hæc ille elegantissimè. Non enim (ut præclarè D. Chrysost. *Hom. 60. Antioch.*) *aureis vasis eget Deus, sed aureis animabus.* Videtur autem Malmesburiensis, monachus, suprà seculi sui ruditatẽ, literatè doctus, ad illa Platonis verba, Apulejo quoq; *Apol. 1.* laudata alludere: χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τι καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστὶν ἐπίφθονον κτῆμα. ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος, οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα. σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς πολέμων ὄργανα. ξύλου δὲ μονόξυλον ὅ, τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀναθήτω, καὶ λίθου ὡσαύτως πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά. Id est, ut Cicero vertit: *Aurum & argentum in urbibus & privatim, & in fanis invidiosa res est. Tum ebur ex inani corpore extractum, haud satis castum donum Deo. Jam æs & ferrum duelli instrumenta, non fani. Ligneum autem quodcunq; voluerit, uno è ligno dedicato, itemq; lapidem in delubris communibus.*

Cumprimis verò Hederacea pocula magnô in usu ac pretiô erant apud veteres: duplicem, ut videtur, ob causam. Nam & cauponum fraudes, vinum aquâ miscentium, eô poculô deprehenduntur: quandoquidem Catone teste *de re Rustic. cap. 10. mira est hæc hederæ vis atq; natura, ut si vinum lymphatum in vas hederaceum effundatur, illud continuò per poros resudet atq; effluat, atq; internè per lignum diffundatur: aqua verò ob grossiorẽ substantiã remaneat.* Hederacea.

Tanta enim est inter hæc antipathia, ut alterum alteri admisceri non sustineat, sed vasculũ hederaceum vinum respuat. Deindè hederaceum illud poculum frigore suô ebrietati obsistit, & discutiendis capitis doloribus ex temulentiâ contractis, est accommodatum; foliis etiam aut ramusculis foris capiti admotis: Quam ob causam corollæ etiam convivales ex hederâ potissimùm confici fuerunt solitæ, ad temulentiam arcendam. Adi Mercurial. *l.3. Variar. lect. c.9.*

Sen. Hippol. Et hôc quidem constat

Vixisse ritu prima quos mistos diis
Profudit ætas: nullus his auri fuit
Cæcus Cupido.

Rarus olim vasorũ aureorum aut argenteorũ usus. In tantum, ut Philippus Macedonum Rex unicam tantùm eamq; exiguam auream phialam habuerit, quam noctu sub pulvinari celare solitus fuerit, referentibus Plinio *lib.33.cap.3.* Athenæo *lib.4. cap. 14. & lib.6. cap. 4.* Res sanè videbatur admiranda, si quis poculum argenteum in Græciâ conspexisset. Romæ quoq; tàm rarus olim auri, atq; argenteæ supellectilis usus fuit, ut Fabritius Imperator Rom. plus quàm unam ex argentô pateram, & salinum habere vetuerit.

Romanorũ in iisdem luxuria. Epist. 114. At ubi luxuriam, ut Seneca alicubi, latè felicitas fudit, cujuscunq; generis ususq; vasa ex aurô argentoq; parabantur, tàm pudendô luxu, ut ventris quoq; onera illis exciperent. Messala Orator prodidit, *Antonium Triumvirum aureos usum in omnibus obscœnis desideriis, pudendo crimine etiam Cleopatra.* Plinius *lib. 33. cap.3.* Quod Bassæ etiam exprobrat Martialis *lib. 1. Epigrammate 37.*

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro.

Frugaliores autem ex argentô hæc habuisse ex Ulpianô ostendit Meurs. *de luxu Rom. c.7.*

Gemmea pocula. Pocula non tam ex aurô argentové, quàm ex gemmis etiam fiebant. Pacat. *in Panegyr. Parum se lautos putabant, nisi æstivam in gemmis capacibus glaciem falerna fregissent.* Cicero *Verr. 6. Erat etiam vas vinarium ex una gemmâ pergrandi, trulla excavata cum manubrio aureo.* Plinius *in proœm. l.33. Turbâ gemmarum potamus, & smaragdis teri-*

teximus calices : ac temulentiæ caussâ tenere Indiam juvat : & aurum jam accessio est. Virgilius:

Hic petit excidiis urbem, miserosq; penates
Ut gemmâ bibat, & Serrano dormiat ostro.

Præ cęteris autem in magnis delitiis, habebantur vasa Myrrhina, quæ auri argentiq; precium longè superarunt. Auctor est Plinius *lib. 37. cap. 2. T. Petronium Consularem moriturum, trullam myrrhinam, emptam CCC. sestertiis*, id est, quindecim millibus Carolinis, *invidia Neronis, ne eâ potiretur, confregisse.* Non minor erat Crystallinorum vasorum auctoritas. Eodem enim Pliniô referente, *mater quadam familias, nec tamen dives, trullam Crystallinam mercata fuit H.S. centum quinquaginta millibus*, hoc est, Carolinis septem millibus quingentis. Meurs. *de luxu Rom. c. 8.* Mirum autem ipsam fragilitatem Crystallinis precium fecisse. Senec. 7. *Benefic. 9. Video*, inquit, *illic Crystallina, quorum accendit fragilitas pretium. Omnium enim rerum voluptas apud imperitos, quod eos fugare debet, periculô crescit.* Myrrhina.

Dicto fidem præstare possit insanus Vedii Pollionis furor: qui servorum unum, quòd Crystallinum fortè allisisset, ad ultimum rapi supplicium; & Murænis, quas in piscinâ alebat capacissima, objici jussit, & quidem indè jam ille eò fuisset abreptus, nî Augustus (ad cujus cum Pollione tum cœnantis pedes fuerat dilapsus, non quidem mortem deprecaturus, sed mortis genus, hoc est, ne murænis esca foret) inusitatam crudelitatis speciem demiratus, dimitti è vestigiô puerum imperasset, & vasa ejus operis conteri universa, compleriq; piscinam. Dio Cass. *lib. 54.* Seneca *3. Ira. 40. 1. Clement. 18.* Plutarchi salutare hîc occurrit præceptum: *Temperandum esse illis, qui iracundô sunt ingeniô, ab raris & exquisitis poculis, signis, gemmis preciosis. Hæc enim dejiciunt de statu animum, si perierunt: non item illa, quæ parabilia sunt & vulgata.* Non absimile huic est illud Martialis: *l. 14.* Insanus Vedii Pollionis furor ab Augusto castigatus.

Quæ non solicitus teneat servetq; minister,
Sume Saguntinô pocula ficta lutô.

Hinc idem ad puerum suum, *l. 11.*

Tolle puer calices, tepidiq; toreumata Nili
Et mihi securâ pocula trade manu.

Trita patrum labris, & tonso pura ministro
Antiquus mensis restituatur honos.

Et hoc securius videtur consilium illo alterô, quo Crystallinorum fragilitatem ita caveri posse idem monet, si servus, qui ea tractabit, nec nimiùm ea negligat, nec nimiùm etiam sit sollicitus. Nam & non curanti temerè ea excidere, & à timente sustineri non posse labentibus manibus. Sic autem Iulius *lib.* [illegible] *Epigrammat.*

Frangere dum metuis, frangis crystallina: peccant
Securæ nimium, solicitæq; manus.

Vitrum ductile mallei capax.

Porrò, vitri usus, postquam ejus ad potandum inventa est ratio, argenti metalla & auri pepulit. Horum pretia ut detraherentur, inventum est, Tiberio Principe, vitri temperamentum tantæ sequacitatis, ut flexibile esset, & ad mallei ictum ad quamvis libuerit figuram formari posset. Hoc præter Plinium *librô 36. capite 26.* pro comperto memoriæ tradidit Dio Cass. *lib. 57.* his verbis:

Κατὰ τοὺς χρόνους τούτους καὶ στοὰ μεγίστη ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἐπειδὰν ἐς ἕτερον μέρος θαυμαστόν δή τινα τρόπον ὠρθώθη. ἀρχιτέκτων γάρ τις, οὗ τὸ ὄνομα οὐδεὶς οἶδε· τὸ γὰρ θαύμασμα αὐτοῦ φθονήσας ὁ Τιβέριος οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτὸ ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐσγραφῆναι. οὗτος δ᾽ οὖν ὅστις ποτὲ ὠνομάζετο, τούς τε θεμελίους αὐτῆς πέριξ ἐκράτυνεν, ὥστε μὴ συγκινηθῆναι, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν πόκοις τε καὶ ἱματίοις παχέσι περιέλαβε, σχοινίοις τε πανταχόθεν αὐτὴν διέδησε, καὶ ἐς τὴν ἀρχαίαν ἕδραν ἀνθρώποις τε πολλοῖς καὶ μηχανήμασιν ἀνελκύσας ἐπανήγαγε, τότε μὲν οὖν ὁ Τιβέριος καὶ ἐθαύμασεν αὐτὸν καὶ ἐζηλοτύπησε, καὶ διὰ μὲν ἐκεῖνο, χρήμασιν ἐτίμησε, διὰ δὲ τοῦτο, ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασε. μετὰ δὲ ταῦτα προσελθὼν, ὁ ἀνὴρ αὐτῷ ἱκετείαν ποιούμενος, κἀν τούτῳ ποτήριον ὑάλινον καταβαλὼν [illegible] καὶ θλασθέν πως, ἢ συντριβὲν ταῖς τε χερσὶ διατρίψας, καὶ [illegible] ἀπέφηνεν, ὡς καὶ συγγνώμης διὰ τοῦτο τεύξεσθαι. καὶ [illegible]

Eodem tempore, cum porticus maxima Romæ in alterum latus inclinasset, mirum in modum erecta est. Architectus quidam (cujus ne nomen quidem notum est, quod invidens miri artificii Tiberius in libros id referri prohibuit) firmatis undiquaque fundamentis ejus, ne moveri possent, reliqua omnia velleribus & centonibus circumdedit, ac perticum laqueis ab omni parte alligatum, multorum hominum ac machinarum impulsu, in pristinum positum restituit. Hoc & miratus est

Tibe-

Tiberius, & invidit: Ideoque pecuniâ hominem donatum urbe ejecit. Atqui is rursum ad Principem accedens, supplexq; factus, vitreum poculum consultò abjecit, fractumq; manibus rursum refecit; sperans, eò se veniam impetraturum. Verum necari ob id jussus est. Eadem historia Petronio quoquè digna æstimata, quam convivalibus Trimalcionis sui festivitatibus interponeret. *Fabrum fuisse*, narrat Trimalcio, *qui vitrea vasa fecerit tenacitatis tantæ, ut non magis, quàm aurea vel argentea, frangerentur. Quum ergò phialam hujusmodi de vitro purissimo, & solo, ut putabat, dignam, Cæsare fabricasset, cum munere suo Cæsarem adiens, admissus est. Laudata est species muneris, commendata manus artificis; acceptata devotio donantis. Faber, ut admirationem intuentium verteret in stuporem, & sibi pleniùs gratiam conciliaret Imperatoris, petitam de manu Cæsaris phialam recepit, eamquè validiùs projecit in pavimentum tanto impetu, ut nec solidissima & constantissima æris materia maneret illæsa. Cæsar autem adhac non magis stupuit quàm expavit. At ille de terra sustulit phialam, quæ quidem non fracta erat, sed collisa, ac si æris substantia vitri speciem induisset. Deinde martiolum de sinu proferens, vitrum correxit aptissimè, & tanquam collisum vas aeneum crebris ictibus reparavit. Quo facto se cœlum Jovis tenere arbitratus est, eò quòd familiaritatem Cæsaris & admirationem omnium se promeruisse credebat. Sed secus accidit. Quæsivit enim Cæsar, an alius sciret hanc condituram vitrorum? Quod quùm negaret, eum decollari precepit Imperator, dicens, quia si hoc artificium innotesceret aurum & argentum vilescerent quasi lutum.* Adisis J. Dusam. *l.3. pracid. c.9.*

Hodiè, quòd Coronidis locô, post aurea argenteaq; vasa, proximum dignitatis locum Porcellana obtinent, eò quòd nullum admittere venenum, sed eò immissô ilicò dissilire memoriæ proditum sit. Vide Itinerarium magni illius Herois & Achillis Norici, D. Christophori Füreri *pag.42.* Johan. Consalv. Mendosam. *lib.1. histor. Chin. cap.ult.* Johan. Hugo à Linschot. *in descript. Navig. Orient. cap.23.* Pancirollam. *Nov. repert. Tit.2.* Memorabile est, quod idem Mendosa (qui Regis Hispaniarum jussu florentissimum Chinæ regnum, in quo porcellanas fieri extra controversiam habetur, ipsemet perlustrando, in rem præsentem venit) scribit, ex Porcellanis, licet ita

Porcellana.

l.3. l.4.

ita facili preció comparentur, ut quinquaginta veneant quatuor Realibus, aut octo baciis nostratibus, pro vectigali annuó reditu in ærarium redigi nonaginta millia Taës; quorum quilibet viginti bacios nostrates conficit. Et tamen præstantissima atq; pulcherrima è Chinarum regnó citra capitis periculum non avehi, suprâ asseruerat, *lib. 1, cap. ult.* Regis scilicet & Magistratuum usui dicata.

Vasa Electrina.

Eadé venena deprehendendi vis, etiam Electro, auro & argenti quintâ parte constanti, tribuitur. Plin. *l. 33. c. 4. Namq; discurrunt in calicibus arcus cœlestibus similes, tùm igneó stridore & geminâ ratione (venena) predicunt.* Q. Seren. *Produnt Electri variantia pocula virus.* Lang. *lib. 1. Epist. 29. poculum ex Electro naturali, quod aurô & quintâ ejus argenti parte constat, conflatum, quia stridore & maculosó in superficie internâ arcu, quò nitor ejus obsolescit, virus infusum prodit, cæteris etiam ex auro obrizo metallicis poculis præferrem.* Plura qui velit, Athenæum adeat, J. Lang *l. 1. Epist. 29.* Mercurial *l. 1. Gymnast. cap. 9.* & *lib. 1, variar. lect. cap. 22* Johan. Bruyerin. *de re cibar. lib. 3. cap. 9.* Guilel. Stuck. *lib. 3. Antiq. convival. cap. 12.* Salmuth *in Pancíroll. T. 2. tit. 2.*

VIII.

Marmorea Gnydiorum Venus vesanó juvenis cujusdam amore inguinis V. Lucian. Imag.

Statuarum [illegible]) Videndus Plinius *lib. 34. cap. 7. & 8. lib. 36. cap. 5.* ubi inter artis hujus opera, quæ fidem ferè superant, laudat Gnydiorum Venerem, propter pulchritudinem operis, à libidinoso cujusdam complexu parùm tutam. *Ferunt*, inquit, *amore captum quendam, cùm delituisset noctu, nudo simulachro nudum cohæsisse, ejusq; cupiditatis fuisse indicem maculam.* Hujus autem simulacri omniumq; illius membrorum accuratam descriptionem vide apud αὐτόπτην Lucianum *in Amoribus*, qui arbitratur, maculam illam marmori nativam non aliundè excitatam fuisse. Juvat autem audire ipsummet: Ἐπεὶ δὲ τοῦ θαυμάζειν ὁ κόρος ἡμᾶς ἀπήλλαξεν, ἐπὶ θατέρου μηροῦ σπίλον εἴδομεν, ὥσπερ ἐν ἐσθῆτι κηλῖδα. ἤλεγχε δ' αὐτοῦ τὴν ἀμορφίαν ἡ περὶ τἆλλα τῆς λίθου λαμπρότης. ἐγὼ μὲν οὖν πιθανῇ τἀληθὲς εἰκασίᾳ τοπάζων φύσιν ᾤμην τοῦ λίθου, τὸ βλεπόμενον εἶναι. πάθος γὰρ οὐδὲ τούτων ἐστὶν ἔξω. πολλὰ δὲ τοῖς καὶ ἄκρως εἶναι δυνηθεῖσι καλοῖς, ἡ τύχη παρεμποδίζει. μέλαιναν οὖν ἐσπιλῶσθαι φυσικὴν εἶναι κηλῖδα νομίζων, καὶ κατὰ τοῦτο τοῦ Πραξιτέλους ἐθαύμαζον τὸ τοῦ λίθου τὸ δύσμορφον, ἐν τοῖς ἧττον ἐλέγχεσθαι δυναμένοις μέρεσιν ὑπέκρυψε. *Cæterùm postquam ab admiratione satietas nos avertit, in altero femore macu-*

maculam conspicimus, perinde ut in veste aspe ginem luti aliquam. Arguebat autem deformitatem ipsius, reliquus totius marmoris nitor. Ego itaq; verisimili conjecturâ veritatem colligendo, naturam lapidis, id quod apparebat, esse putabam. Nam neq; hujuscemodi rerum casus alieni sunt. Multis autem, quibus extremè, & velut ad unguem pulchris esse licebat, fortuna interim aliquid, quod in mora sit, objicit. Proinde nigram quandam maculam natura aspersam marmori esse existimans etiam hac parte Praxitelem admirabar, quòd eam lapidis deformitatem in illis potissimùm partibus abscondisset, quæ minus coargui ac deprehendi possent.

Cæterùm, quod juveni isti, idem & Atheniensi cuidam adolescenti, summô locô nato obtigisse, apud Ælianum legimus, *lib. 2. variarum histor.* Is enim nudam statuam Bonæ fortunæ ad Prytanæum stantem deperibat, & sæpè in complexus ejus se insinuans, oscula dabat; atquè inde raptus in furorem æstroq; percitus, propter cupiditatem in Senatum veniebat, & enixè rogabat, ut eam sibi liceret emere. At cùm nihil proficeret, multis regiis sertis & coronis imagine coronatâ, oblatô sacrificiô, ipsaq; pretiosô vestitu ornatâ, profusis innumerabilibus lachrymis, ipsi sibi mortem conscivit. Huic rectè respondere poterat Hercules Strozza, marmoream imaginem ita loquentem introducens:

Bona Fortunæ statua ab Atheniensi quodam deamata.

Hic licet assideas & marmora surda fatiges,
Nil tibi, quod prosit, saxea forma dabit.
Qui faciem finxit, voluit simul addere mores,
Et duram durô marmore composuit.

Hôc autem factô excusabilior est Error Equi, qui visâ picturâ equæ, hinnitum edere coactus est & canum latratus, aspectu picti canis incitatus: taurusq; ad amorem & concubitum æneæ vaccæ Syracusis nimiæ similitudinis irritamentô compulsus. Quid enim vacua rationis animalia arte deceptâ miremur, cùm hominis sacrilegam cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatam videamus? Val. Maxim. *lib. 8. cap. 11.* Bucula autem illa, cujus Val. Maxim. meminit, industriâ Myronis ex ære ita erat ad vivum expressa, ut non gregem tantùm, sed & pastorem ipsum posset fallere. De quâ Auson. *Epigr. 57.*

Ænea Myronis Bucula, ad cujus amorē taurus nimia similitudinis irritamentô compulsus.

Bucula sum cælo genitoris facta Myronis
Ærea; nec factam me puto, sed genitam.
Sic me Taurus init, sic proxima Bucula mugit,
Sic vitulus sitiens ubera nostra petit.
Miraris, quòd fallo gregem? gregis ipse Magister,
Inter pascentes me numerare solet.

Hinc Demetrius Bithymus in Epigram. Græcô:

Ὦ δὲ Μύρων μ' ἔστασε τὸ βοΐδιον. οἱ δὲ νομῆες
Βάλλουσί με λίθοις ὡς ἀπολειπόμενον.

Hic Myro me vitulam defixit: at ecce bubulci
Saxis, quòd reliquos non sequar, usq; petunt.

Juvencæ hujus mentionem facit etiam D. Gregorius: *adversus mulieres, &c.*

Πόρθεμαι, ὥς ποτε ζωγράφον ἀνὴρ σοφὸς ἤπαφε τέχνῃ
Χρώματι μορφώσας δουρατέην δάμαλιν.
Ξεινὸς ἔρως, ἀπνόοισιν ἐπ' εἴδεσιν ἔμπνοα βαίνει·
Ὀππότε καὶ σὺ νέοις μήσεαι τοῖον ἄγος.

Jam mihi fidem illud facit, quod de insigni quodam pictore commemoratur, qui ligneam juvencam omnibus artis coloribus ita depinxit, ut taurus elusus ad eam tanquam ad veram juvencam accurrerit (ô novum & inauditũ amoris genus: viva animantia ad inanimas formas curꝛunt) quandoquidem juvenibus tu quoq; tale scelus molitis.

Simulachra loquentia & progredientia.

Cæterùm, non constitisse inter hos terminos humanum ingenium, sed ulteriùs longè progressum esse compertum est. Quandoquidem Ægyptios tradunt, virtute quadam inenarrabili Deorum confinxisse simulachra, ut articulatam promerent vocẽ, necnon (ut nil admirationi deesset) progrederentur. Cæl. Rhodig. *l.2.c.17.* sic etiam non tantùm ab Albertô M. fictile caput, quod suô tempore loqueretur, fabricatum legimus: sed etiam qua ratione id etiamnum fieri possit, à Joh Bapt. Portâ docemur. *l.16. Magiæ nat. c.12.* & *l.29.c.1.*

IX. *Ars pictoria quanto in honore à veteribus habita fuerit.*

Picturarum.) Ars γραφικὴ seu pictoria, quam ζωγραφίαν etiam dixêre, priscorũ ævũ inter χρησίμους πρὸς τὸν βίον καὶ πολυχρήστους habebatur: adeò ut pueros à teneris illa imbuendos esse censuerint. Causam reddit Philosophus *8. de Repub. c.3.* πρὸς τὸ κρίνειν τὰ τῶν τεχνιτῶν ἔργα κάλλιον, *ad melius solertiusq; judicandũ de opificum operibus.* Et paucis interjectis:

ὁμοίως

ὁμοίως δὲ καὶ τὴν γραφικὴν (δεῖ παιδεύεσθαι τοὺς παῖδας) οὐχ ἵνα ἐν τοῖς ἰδίοις ὠνίοις μὴ διαμαρτάνωσιν, ἀλλ' ὦσιν ἀνεξαπάτητοι πρὸς τὴν τῶν σκευῶν ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν, ἢ μᾶλλον ὅτι ποιεῖ θεωρητικὸν τοῦ περὶ τὰ σώματα κάλλους. *Similiter & ars pictoria (tradenda est pueris) non ut ne in suis venalibus labantur aut titubent: sed ut ne in vasorum & suppellectilis emptione & venditione decipi possint: seu potius, quod in pulchritudine corporis cognoscenda, solertem efficiat atq; intelligentem.* Et hinc factum, ut in tota Græcia pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est, picturam in buxo docerentur, reciperetürq; ars ea in primum gradum liberalium, ut Plinius scribit, *lib. 35. cap. 10.* ubi addit: *Semper honorem huic arti fuisse ut ingenui eam exercerent, mox ut honesti: perpetuo interdicto ne servitia docerentur.*

[illegible] in [illegible] liberalium [illegible]

Quanta autem auctoritas hujus artis olim fuerit, etiam ex eo conjicere licet, quod Pamphilus, auctore Plinio *loc. cit.* neminem minoris talentis annuis (ita Budæus legendum censet *lib. 2. de Asse.*) decem, hoc est, aureorum sex millibus docuerit, quam mercedem Apelles & Melanthius dedêre. Atqui ne decoxisse doctrinam eam Apelli putemus, qui tanti picturam didicit: idem auctor de eô loquens aliquantò post ita inquit: *Pinxit & Alexandrum Magnum fulmen tenentem in templo Ephesiæ Dianæ, viginti talentis auri. Digiti eminere videntur, & fulmen extra tabulam esse.* Viginti autem auri talenta, ut minimum centum ac viginti millia aureorum valent. De hac picturâ dicere Apelles consueverat, duos esse Alexandros, alterum Philippi *ἀνίκητον, insuperabilem*: alterum Apellis, *ἀμίμητον, inimitabilem*, auctor Plutarch. *Orat. 2. de Fortun. Alex.* Idem Apelles Cois Venerem è mari emergentem pinxerat, quam Divus Augustus dicavit in delubro patris Cæsaris, proq; ea Cois C. talenta, hoc est, sexaginta millia aureorũ, ex imperato tributo remisit. Strabo *l. 14.* Hujus, porrò, opera quamvis multi imitarentur, unum tamen imitari nemo potuit, quòd absoluta opera (Plinii verba sunt, *l. c.*) atramentô illinebat ita tenui, ut idipsum repercussu claritates colorũ excitaret, custodiretq; à pulvere & sordibus, ad manũ intuenti demũ appareret. Sed & cum ratione magnâ, ne colorũ claritas oculorum aciem offenderet, veluti per lapidẽ specularẽ intuentibus è longinquô: & eadẽ res nimis floridis colorib. austeritatẽ occultè

Apelles quanti picturam didicerit.

 daret.

daret. Memorabile quoq; quod de Protogene idem memoriæ prodidit, cum Jalyso (*quem cum pingeret*, inquit Plinius, *traditur, madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustinerent & sitim, ne sensus nimiâ cibi dulcedine obstrueret*) quater colorem induxisse subsidiô injuriæ & vetustatis, ut decedente superiore, inferior succederet.

Pictura Neronis ævo denata. Mirum autem periisse hanc Artem, unà cum pulcherrimis aliis, Neronis ævô, adeò ut ne minimum quidem sui vestigium reliquisset. Causa jacturæ, desidia, pecuniæq; sitis nimia. Petronius: *Pecuniæ*, inquit, *cupiditas hæc tropica instituit. Priscis enim temporibus, quum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ, summumq; certamen inter homines erat, ne quid profuturum seculis diu lateret.* Et paulò post: *Noli ergò mirari, si pictura defecit, quum omnibus Diis hominibusq; formosior videatur massa auri, quàm quicquid Apelles Phidiasvé, Graculi delirantes fecerunt.* Plin *l.35. c.2. Ita est profectò, artes desidia perdidit: & quoniam animorum imagines non sunt, negliguntur etiam corporum.*

Nunc renata. Cæterùm, revixit nunc cum multis aliis, ars tàm nobilis, priscorumq; ævô, à regibus populisq; expetita. Quàm tarda autem fuerint renascentis picturæ incrementa, hinc colligas licet; quòd cùm adhuc quasi in lacte fasciisq; versaretur, adeò rudi & imperitô stylô depinxerint animalia, ut adscribere ad ea Pictores necesse habuerint. Hoc est bos, illud equus, hoc arbor, Ælianus *lib. 10. variar. histor.* Quò aut saltem non dissimili artificiô Deucalionis & Phaëtontis effigies à Menestrato pictas fuisse, Græcum Leonidæ Epigramma persuadet: *lib.2. Epigramm. Græc. lib.2 Epigram. Grac.*

Γράψας Δευκαλίωνα Μενέστρατε, καὶ Φαέθοντα
    ζητεῖς εἰς τούτων ἄξιός ἐστι τίνος,
τοῖς ἰδίοις αὐτοὺς τιμήσομεν, ἄξιος ὄντως
    ἐστὶ πυρὸς Φαέθων, Δευκαλίων δ' ὕδατος.

Quæris, Deucaleon, Phaëthonq;, Menestrate, picti
    Quem capiat meritum, dignus uterq; locum?
Cuiq; suus debetur honos, hunc urere flammis,
    Illum submergi protinus amne decet.

Vel:

Vel:

Deucaleone tibi & Phaëtonte, Menestrate, pictis,
Jam preciô quô sit dignus, uterq; rogas?
Ambo sorte suâ digni, mutiq; meretur
In flammas Phaëton, Deucalion sub aquas.

Nostrô.a. seculô tantas Ars hæc crescendo vires acquisivit, ut J.C. Scaliger (quô virô nec major Philosophus ab Aristotele; nec major Poëta ab ætate Virgilii; nec major Medicus ab Hippocrate vixisse censetur) ipsius etiam naturæ vires illi succumbere arbitretur. *Nullum enim unquam corpus humanum, tàm affabrè fuisse à naturâ factū censet (duobus tantùm exceptis, unô, primi hominis, alterô veri hominis, veri-Dei) quàm perfectè finguntur hodiè doctis artificum manibus.* Exerc. 307. *Sect. 11.* Hac de re lubet audire Felicem Fabrum *Monach. Ulmenss. in Hist. Suevor. lib. 1. c. 8. Revixit,* inquit, *in Germaniâ scientia & eloquentia, & ex consequenti queq; ingeniosa artes, ut pictura & sculptura. Amant enim hæ artes se ad invicem. Ingenium pictura excolit: ingenium eloquentia cupit non vulgare, sed altum & summum: Mirabile dictu est, dum viguit Eloquentia, viguit pictura, sicut Demosthenis & Ciceronis tempora docent. Postquam cecidit facundia, jacuit & pictura. Videmus picturas & sculpturas, ac scripturas ducentorum annorum, nullâ prorsus arte politas, nec hominum, sed monstrorum, portentorumq; facies. Scripta illius ætatis rudia sunt, inepta, incompta. Priscis verò seculis, Apellem, atq; Zeuxin, Pollicletum, Phidiam & Praxitilem magnos fuisse comperimus, &c.* *Eloquentia & Pictura idem fatum.*

Utut autem doctas artificum manus naturam quandoq; hic superare detur: superantur tamen eædem etiam à speculi naturâ & ingeniô: *Quippe in omnibus manu faciundis imaginibus operâ diutinô sumitur, neque tamen similitudo æque ac in speculis comparet. Deest enim & luto vigor, & saxo color, & picturæ rigor: & motus omnibus, qui præcipuâ fide similitudinem repræsentant. Cùm in eô visitur imago mirè relata, ut similis, ita mobilis, & ad omnem nutum hominis sui morigera: eadem semper contemplantibus æquæva est, & ab ineunte pueritiâ ad abeuntem senectam, tot ætatis vices induit, tàm varias habitudines corporis participat: tot vultus ejusdem lætantis vel dolentis imitatur.* Apul. *Apol. 1.* Hinc Socrates, vir omnium sapientissimus, speculô etiam ad disciplinam morum utebatur: Laërt. *lib. 2.* *Ars pictoria quantumvis excellens, cū speculi tamen virtute paria facere non potest. Adi Leonid. Nol. in quæst.* *Usus speculi ad morum disciplinam.*

ἠξίου τοὺς νέους συνεχὲς κατοπτρίζεσθαι, ἵν᾽ εἰ μὲν καλοὶ εἶεν ἄξιοι γίγνοιντο, εἰ δ᾽ αἰσχροί, παιδείᾳ τὴν δυσείδειαν ἐπικαλύπτοιεν. Quod ad hanc faciem Apulejus vertit: *Annon Socrates Philosophus ultro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebrò ut semet in speculo contemplarentur? ubi qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret: qui verò minus se commendabilem formâ putaret, sedulò operam daret, ut virtutis laude turpitudinem tegeret.* Sic & Plutarchus, *in præcept. Coniugial.* ὁ Σωκράτης ἐκέλευε τῶν ἐσοπτριζομένων νεανίσκων τοὺς μὲν αἰσχροὺς, ἐπανορθοῦσθαι τῇ ἀρετῇ, τοὺς δὲ καλοὺς, μὴ καταισχύνειν τῇ κακίᾳ τὸ εἶδος. καλὸν οὖν καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν, ὅταν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχῃ τὸ ἔσοπτρον, αὐτὴν ἐν ἑαυτῇ διαλαλεῖν, τὴν μὲν αἰσχράν, τί ἂν οὖ μὴ σώφρων γένωμαι; τὴν δὲ καλήν, τί ἂν οὖ σώφρων γένωμαι; τῇ γὰρ αἰσχρᾷ σεμνὸν εἰ φιλεῖται διὰ τὸ ἦθος μᾶλλον ἢ τὸ κάλλος. *Socratis est præceptum, adolescentes, si in speculum intueantur, turpes debere formæ vitium morum virtute corrigere: formosos adhibere diligentiam, ne pulchritudinem pravitate morum contaminent. Sic matrona, etiam in manibus speculum ubi erit, sic secum loquatur, deformis si est, Quid essem, si deforet pudicitia? sin elegante formâ, quanti fiam, si accedat pudicitia? majus enim decus adfert deformi amor moribus conciliatus probis, quàm si ob pulchritudinem diligeretur.*

Bianti hæc tribuuntur:

εἰς κάτοπτρον ἐμβλέψας θεώρει
καὶ εἰ μὲν καλὸς φαίνῃ ἄξια τούτου
πράττε, εἰ δ᾽ αἰσχρὸς, τὸ τῆς ὄψεως
ἔλλιπες ὄρμαζε καλοκἀγαθείαισιν.

Hoc est:

In speculum cùm inspicias, contemplare
Et si quidem pulcher appares, digna te
Fac. Si verò deformis, facies defectum
Illustra probitatibus.

Synodus in Trullo habita, speculum damnavit, quia scriptū sit: Ne fiat imag. Dei. *quod irridēt meritò viri docti & pii.*

Valdè etiam floridè de usu speculorum Seneca *1. Nat. quæst. 17. Inventa sunt specula, ut homo ipse se nosceret. Multa ex hoc consecuta, primò sui notitia, deinde & ad quædam consilium: Formosus, ut vitaret infamiam: deformis, ut sciret redimendum esse virtutibus, quicquid corpori deesset: Juvenis, ut flore ætatis admoneretur illud tempus esse discendi, & fortia audendi: senex, ut indecora canis deponeret, & de morte aliquid*

quid cogitaret. Similiter & Romanæ Musæ delitium. Plautus *Epid. Act. 3. sc. 3.* *V. Cal. Rhodig. l. 15. c. 13. & l. 26. c. 20*

> *Non oris caussa modo homines æquum fuit*
> *Sibi habere speculum, ubi os contemplarent suum,*
> *Sed qui perspicere possint cor sapientiæ.*

Et hinc, ut est apud Senecam *2. de irâ. c. 36. quibusdam iratis profuit aspexisse speculum. Perturbavit illos tanta mutatio sui: velut in rem præsentem adducti non agnoverunt se.* Sic Plutarchus: ἐμοὶ δὲ εἴ τις ἐμμελὴς καὶ κόμψος ἀκόλουθος ἦν, οὐκ ἂν ἤχθόμην αὐτῷ προσφέροντος ἐπὶ ταῖς ὀργαῖς ἔσοπτρον, ὥσπερ ἐνίοις προσφέρουσι λουσαμένοις ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ· τὸ γὰρ αὑτὸν ἰδεῖν παρὰ φύσιν ἐξηλλαγμένον καὶ συντεταραγμένον, οὐ μικρόν ἐστιν εἰς διαβολὴν τοῦ πάθους. *Mihi vero si quis scitus & elegans sit comes vel assecla, non ægre feram, si inirà proferret mihi speculum, sicut quibusdam jam lotis comptisque solet sine ullo bono fructu. At seipsum videre, præter naturam ita constitutum, & undique turbatum, non parum conferat ad adfectus hujus damnationem.*

Cæterùm, quod coronidis locô addo, *Natura* (Senecæ verba sunt) *facultatem vel inopi est impertita, seipsum videndi: fons cuique perlucidus aut leve saxum imaginem reddit.* Hinc illud Virgilii, *in Bucol. Eclog. 2.* *Nihil est aspectabilius homini nato, quàm forma sua.*

> *Non sum adeò informis: nuper me in littore vidi,*
> *Quum placidum ventis staret mare.*

Quod ex Theocrito expressum *Idyll. 6.*

> Καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακὸν ὥς με λέγοντι
> ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον (ἦς δὲ γαλάνα)
> *Nec tàm sum formâ turpis, quàm dicor: in undâ*
> *Nuper enim vidi ipse meos in littore vultus,*
> *Quum nulli flarent tranquilla per æquora venti:*

Quod consilium etiam Daris apud Lucianum in *Dialog. Marin.* Galatææ suppeditat, cùm inquit:

Ἐπεὶ τοίγε ἄλλα ὁπότ' ἂν ἐθελήσῃς μαθεῖν οἵα τυγχάνεις οὖσα τὴν ὄψιν, ἀπὸ πέτρας τινὸς ἤν ποτε γαλήνη ᾖ, ἐπικύψασα ἐς τὸ ὕδωρ, ἰδὲ σεαυτήν. *Alioquin ubi libebit scire, quà sis facie, de scopulo quopiam in aquam, si quando tranquilla steterit, despectans, teipsum contemplare*

In thea-

X. *In theatris mirabilia spect.)* Per Mimos & Histriones, quorum
v. Cassiodor. l. 4. variar Epist. ult. alii Pantomimi, hoc est, effictores & imitatores aliarũ omnium personarũ in scenis. Alii Chironomi, qui taciti, veluti præscriptis motibus & nutibus, cum manuum gesticulatione saltabant.
Histriones Pantomimi. Hos Lesbonax Mitylenæus χειρισόφους, hoc est, manu-sapientes
V. Lucian de saltatione. vocare solebat. Ex horum familiâ antiquus ille & Fabulosus Proteus fuisse videtur, qui sciret se in omnia formare, omniaq; imitari, ita, ut aquæ humorem, & ignis acumen per motionum
Cal. Rhodig. l. 10. c. 31. N. Com. l. 8. Mythol. c. 3. celeritatem imitaretur, Leonis feritatem, item Pardalis, arboris susurrum, & omninò quicquid collibuisset, referret. Proditum memoriæ est à Lucianô, *loco laudato.* Neronis tempore Mimum
Mimus Veneris & Martis adulteriũ incredibili artificiò exprimens. quendam saltasse Veneris adulterium & Martis; Vulcanum à Sole commonitum utriq; struentẽ insidias: illos, claudi artificis fabri technis irretitos: assistentes spectaculô Deos: suffusam rubore Venerem: timidiùs supplicantem belli Deum, ac quæcunq; fabella continet. Omniaq; tàm subtili, tamq; artifici gestu, tantâ rerum (quod difficillimũ est) perspicuitate, tantâ deniq; venustatis gratiâ, ut Demetrius Cynicus, cui ante hoc spectaculum vilior erat saltatio, plurimùm negociô oblectatus, exclamaret, Ἀκούω, ἄνθρωπε, ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν: *Audio, ô homo, quæ facis: nec video solùm, sed etiamnũ ipsis manibus mihi videris loqui:* Confirmarunt hæc à Cynicô pronunciata, barbari Regis cujusdam apud Neronem non inscita verba: Is ex Pontô ob necessitatem quandam petierat Romam. Fortè ita accidit, ut saltator idem nescio quid saltaret tàm perspicuè, tamq; (qui mos illius erat) concinnè, ut spectans modò, nec eorum, quæ dicerentur quippiam audiens, percipiensvé, omnia tamẽ callidè intelligeret. Igitur quum mox discessurum Barbarum benigniùs atqué amantiùs invitaret & amplexaretur, ac petere liberaliter juberet, si quid futurum usui arbitraretur, seq; promtè daturum polliceretur. Plurimùm me, inquit, juveris, si saltatoris illius mihi copiam feceris. Percontante verò Nerone: cui rei domi tuæ utilis tibi futurus est? Sunt mihi, inquit, vicini barbari, linguâ dispares: ad illos intelligendos, interpretum parare copiam, haud mihi promtum & facilè est. Itaq; si alicujus egens ero, ille innuens singula quæq; mihi interpretabitur. Cæl. Rhod. *lib. 5.*

[illegible] quos Plutarchus lib. de [illegible] quendam, qui plures [illegible] adhaerens, cum [illegible] reddebat con[illegible] ipsi sibi faciebat [illegible] post longo [illegible] denique [illegible] pro [illegible] articulum [illegible] & [illegible] ad [illegible] ter[illegible] Vespasiano [illegible] rentur. Histrionum, [illegible] studiosus [illegible] C. Caligula [illegible] cum [illegible] Pantomimus. Seneca [illegible] mancipia Pantomimorum [illegible] in [illegible] idem lib. 7. *Nec quisquam* [illegible] *se* [illegible] *adhuc nascitur,* [illegible] *Quis Philosophiam, aut ullum liberale respicit studium,* [illegible] *quem perdere licet? Itaque tot familiae Philosophorum sine successore deficiunt. At quanta cura laboratur, ne cujus Pantomimi nomen intercidat? harum artium multi discipuli sunt, multique Doctores. Privatum urbe tota sonat pulpitum. In hoc viri, in hoc foeminae tripu*[illegible] *inter se uxoresque contendunt, uter det latus* [illegible] *Deinde sub persona cum diu trita frons est, transitur ad galeam.* Sic Columella quoque *de re Rustic. in praefat. Omnes enim M. Varro jam temporibus avorum conquestus est, patresfamiliae falce, & aratro relictis, intra murum* [illegible] *& in circis potius ac theatris, quam in segetibus & vinetis manus movemus: attonitique miramur gestus effeminatorum,* [illegible]

De [illegible] Marcellinus quoque [illegible]

ista.

Canis Mimi mira peragens. De mirifico quodam cane, Justiniani tempore Romam adducto. v. Zonar. l. 3. p. 82

Pantomimi [illegible] mancipia.

[illegible]

[illegible] Chrysostomus, [illegible]

Homil. 1. in Matth.

[illegible] *Vide eund. Homil.* [illegible] *in Matth.* [illegible] *& in Evang. Johan.* Hanc [illegible] Salvianus, *lib.* [illegible] *de gubernat. Dei.* [illegible]

[illegible]

[illegible] *dum* [illegible] *quæ publica* [illegible] *pro-*
fe[illegible]

[illegible] non [illegible] est [illegible] Histrioni- [illegible] Hi- [illegible] *Cum artem ludi-cram* (Ciceronis verba sunt [illegible] Scipionis, in libro de *Republicâ*, referente Augustino lib. 2. de Civitate Dei. cap. 13.) *scenamque totam probro ducerent, genus id hominum, non modò honore civium reliquorum carere, sed etiam tribu moveri notione censoriâ voluerunt.*

Hinc etiam totam artem Histrionicam ipse etiam Tiberius [illegible] scribit Dio, [illegible] Româ [illegible] Quod & [illegible] Trajanum fecisse [illegible] [illegible] plena severitate antiquæ Scipionis Africani [illegible] Oratione contra legem judiciariam [illegible] apud Macrobium, *lib.* [illegible] *Satur-nalium* [illegible] *cum* [illegible] *&* *sambuca* [illegible] *in ludum histrionum.* [illegible] [illegible]

 inquam,

[illegible]

XI. *[illegible]*

Hoc est, interprete [illegible]:

[illegible] quidem [illegible]
[illegible] homo [illegible]? Quid autem [illegible]
[illegible] in nubibus & aere [illegible]
[illegible] licet ipse habeat corpus. Neq; [illegible]
[illegible] animus [illegible]
[illegible]
[illegible] alarum motus [illegible]
[illegible] præditam [illegible]
[illegible], &c.

Confer [illegible] de [illegible] capp. [illegible]

XII. *[illegible]*

Veneni cu- [illegible]
[illegible] Afri- [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible]
odore necans [illegible]

[illegible] cùm [illegible] circum-
[illegible] *fam* [illegible]
[illegible] Mu[illegible]
[illegible] Alexandro [illegible] pe-
[illegible]
fuit, [illegible] ex [illegible]
pr[illegible] ille [illegible]
[illegible]
fama, [illegible] *Regem* [illegible]
nota [illegible] *Curt*. [illegible]
quest. [illegible] Plin. [illegible]
in Alexand. [illegible] Antonius Caracalla [illegible]
invasisse [illegible]
odio [illegible] & non tantùm libros Aristotelis [illegible]
rere voluerit, sed & [illegible] hominum [illegible]
commoda, quæ habebant in Alexandria [illegible]
eos, quod Aristoteles causa mortis Alexandri [illegible] esset. *Xi-*
phil. in Caracal. Verum, non tantum hanc [illegible]
gentes [illegible] *lib. 3. de Imp. & Philosoph.* [illegible]
nulli credibile fore existimans, *ut* [illegible]
fuerit nobilis Philosophus, quamvis exitialem illam [illegible]
sciens nihil [illegible] *naturam, sine aliquo bono, nihilq;* [illegible]
esse veneni, quod vel per seipsum, vel, si salubribus misceatur, ad antido-
tum non [illegible]. Sed maxima pars eam veneni fabulam prorsus
existimant commentitiam, habentq; argumentum non leve:
quod, dissentientibus per multos dies ducibus, corpus, cùm
loci fervidis & æstuosis jacuisset non curatum, ejusmodi
veneni nullum vestigium præ se tulerit, verùm sincerum & ta-
[illegible] permanserit. [illegible] Plutarch. *in Alexandro*.

[illegible] autem usque huc processit ingenii humani [illegible], ut
etiam in veneno voluptatem quæsiverit. Hanc autem venena-
[illegible] aspidis morsus præstare dicitur. Serpentem enim illum ictu
[illegible] oculis [illegible] cum nonnulla voluptate perimere
[illegible] *lib. 6. cap. 37.* Hinc Cleopatra
[illegible] cùm, quod res erat,
suspicaretur se in triumphum ducendam, generosa mulier

Aspidis morsum nonnulla voluptate perimere.

 aureo

[illegible]

XIII. [illegible]

[illegible]

Amores [illegible] sustulit. Hei mihi

[illegible] apud Cicer. 2. *de Nat. Deor.*

[illegible] exorta repente est

[illegible] prima est fabricatur [illegible]

[illegible] Tibullus, el. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Cassiodori sententia [illegible] *[illegible] imbecilles [illegible]*

fed

[illegible]

Ne [illegible]

[illegible]

Et paulo post [illegible]

Quod [illegible]

Sed [illegible]

[illegible]

inveni[illegible]sse hæc credat, sed potiùs malum a[illegible]rem mortalibus monstrasse putat, ut [illegible] non mo[illegible] [illegible] fulminibus pugnarent. Eadem [illegible] Philipp[illegible] Mela[illegible] [illegible]is fuit *lib. 5. Chronicorum [illegible] Caroli IV. Filio, ubi [illegible] per niciem illud [illegible] bellicorum instrumentorum genus inventum dicit, [illegible] monacho [illegible], diabolo architecto: ut cùm labasceret paulatim aucteritas [illegible] superstitionis, qua hic auctoribus [illegible] omnium mentes præcipitaret in exitium æternum; succederet, ipsi[illegible] auctor [illegible] aliud mali genus, quod in corpora sæviret, in mutuam perniciem horribili furore hominũ instructum atq; displosum.* In [illegible] sententiam extant elegantissimi versus ad Querce[illegible] [illegible] quos adscribo:

Sunt, qui eu[illegible] [illegible]rem ignorari patent, [illegible] ne [illegible] psius singulis horis execrationem & diras patiatur.

> *In pravas, [illegible], quum labes, Numini[illegible]*
> *Se mortale genus laxis immersit [illegible],*
> *Armipotens, scelerum Vindex, justissimus [illegible],*
> *Ignivomas rutilò nubis fabricatus Olympô,*
> *Torsit in indomitas ardentia fulmina terras.*
> *At magis exarsit sceleris vesana libido*
> *Invisum cœlo & terris, è faucibus Orci*
> *Verticis obrasi monstrum dum exciit, opacis,*
> *Orbis dira lues, nostriq; infamia secli.*
> *Hôc nova namq; novò cuduntur fulmina fabrô,*
> *Et stygia erumpunt stygiô documenta Magistrô.*
> *Qualia Avernalis pandens mysteria templi*
> *Torva Hecate dederat, monstrosô inclusa cucullô,*
> *Lurida quum pariter permixtô sulphura nitrô*
> *Tisiphone adjunxit, flammasq; operasq; ministras.*
> *Flammigera hinc retrò torquentur fulmine glandes,*
> *Glandiferæq; fremunt horrendô murmure flammæ,*
> *Ut reboent campi, montesq; & magnus Olympus.*
> *Mox rapidum latas infert se virus in oras,*
> *Quot quatit (heu furiale malum!) tot fortia bello*
> *Corpora, tot tetrô raptim ulcere pascitur artus,*
> *Crescente ut pœna, crescat quoq; Numinis ira, &c.*

Et hinc effecti sequentes in bombardam lusus:

1. Βροντῆς καὶ στεροπῆς μίμημα, [illegible] μοναχοῖο
   [illegible] ψυχὰς εἰς ἀΐδην [illegible].

2. εἶκ' ἄγε Σαλμωνεῦ μιμησάμενος, φλογ' ὀλύμπου
καὶ βροντήν. εὗρεν μείζονα σοῦ μοναχός.
3. τὴν χαλκογραφίην βομβάρδην τ' ἴσχαβε αἰὼν
ἔλλαχε τὴν ὄφελος μὲν μέγα τὴν δ' ὄλεθρον.

1. *Inventum Monachi tonitruq́, & fulgura cœli*
Æmulor, innumeras ad stygamitto animas.
2. *Cede age, Salmoneu, flammas mentite polares,*
Et tonitru. Monachus dira magis reperit.
3. *Cum Calcographiâ bombardam ætate senectâ*
Mundus habet: quarum hæc quàm mala, tàm illa bona (est.

Item isti:

Fistula feralis: comes est mihi vitaq́, morsq́:
Mors hosti domini: vita mea domino.
Sum Monachi lusus: dirum mortalibus ignem,
Evomo: bombô imitor tela trisulca Iovis.

Bombardarum & tormentorum utilitas.

Verùm enimverò, verisimile est, sivisse DEUM singulari quodam judiciô, tàm perniciosum tormentũ recenter reperiri, ut mutuô terrore affecti mortales, nec virib. ita confidentes, faciliùs alerent concordiã, & bella detestarentur, incerti & mortiferi ictûs timentes aleam. Præthereà, ecquid natura boni dedit hominibus, sine aliquô malô? Duo pręcipua Elementa, Aqua & Ignis, hoc patefaciunt, quibus vita maximè fovetur. & maximè perditur, absorptis urbibus, nedum hominibus. Imò Sol ipse sub hoc censu est, dum plantas & segetes nimius exurit, aut tabem & ægritudines ferventes alit. Venustè Ovid. *l. Trist. 2.*

Nil prodest, quod non lædere possit idem.
Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
Comparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum modò dat Medicina salutem,
Quaq́; juvant, monstrat, quæq́; sit herba nocens.
Et latro, & cautus præcingitur ense viator:
Ille sed insidias; hic sibi portat opem.
Discitur innocuas, ut agat facundia caussas:
Protegit hæc sontes, immeritosq́; premit.

Eleganter etiam scriptor Madaurens. *Apologiâ*: ***Nihil in rebus omnibus tàm innoxium dicas, quin id possit aliquâ obesse: nec tàm lætum, quin***

quin possit ad tristitudinẽ intelligi. Nec tamen idcircò omnia ad nequiorem suspicionẽ trahuntur, ut si thus, & casiam, & myrrham, cæterosq; id genus odores funeri tantùm emptos arbitreris, cùm & medicamento parentur & sacrificio Qui fors est ad Menandri illud respexerunt:

εὕροις δ' ἂν οὐδὲν τῶν ἁπάντων, Σιμύλε,
ἀγαθὸν, ὅπου 'στι μὴ πρόσεστι κακόν.
Nullam omnium rerum usq; adeò invenias bonam,
Cui non mali quoq; quippiam sit additum.

Adi Veget. *1. de re Milit. c. 20.* Cassiodor. *l. 7. de variar.* Steph. Forcatul. *l. 4. de Imp. & Phil. Gall.* Camerar. *Cent. 2. Horar. c. 28.* Salmuth *in Panciroll. Tom. 2. tit. 18.*

XIV. *Sanitas bonorũ omnium nobiliss.* *Pro salute mortali.)* Inter innumeras & eximias, cùm corporis, tùm animi dotes, quas Divina homini largita est benignitas, non est Sanitate vel utilior alia, vel jucundior : id quod præter Græcorum senarium vulgò notum : οὐκ ἔστ' ὑγιείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ, testantur & Hippocrat. *l. de salub. diæt. extr.* Xenoph. *l. 3. de dict. & fact. Socrat. p. mihi 494.* Critias apud Athen. *l. 10. c. 9.* Siquidem ea est sanitatis ratio, ut illius, vel vulgo teste, nunquam obrepat homini satietas. Fastidiuntur opes, libido, luxus omnis, atq; , ut semel dicam, omnia, nõ rarò & ipsa vita: hæc sola, sive animum spectes, sive corpus, non fastiditur unquam. Unde eandem pro Dea coluerunt antiqui, cujus laudes Ariphron Sicyonius apud Athen, in calce præclarissimi operis Δειπνοσοφιστῶν ita decantat:

Sanitatis insigne encomium.

ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων
μετὰ σοῦ ναίοιμι
τὸ λειπόμενον βιοτᾶς
Σὺ δέ μοι πρόφρων σύνοικος εἴης
εἰ γάρ τις ἢ πλούτου χάρις ἢ τεκέων
Ἰσοδαίμονός τ' ἀνθρώποις
Βασιληΐδος ἀρχᾶς, ἢ πόθων
Οὓς κρυφίοις ἀφροδίτης ἄρκυσιν θηρεύομεν
Ἢ εἴ τις ἄλλα θεόθεν ἀνθρώποισι τέρψις
Ἢ πόνων ἀμπνοὰ πέφανται
Μετὰ σεῖο μάκαιρα ὑγίεια
τέθαλε πάντα, καὶ λάμπει χαρίτων ἔαρ
Σέθεν δὲ χωρὶς, οὔτις εὐδαίμων.

Quem hymnum Cælius Calcagn. in Latinum sic transtulit:

O qua nec altera vetustior est Cœlitum
O una cunctis expetita Sanitas;
Quodcunque reliquum est vitæ tecum utinam
Agam, & una omnium contubernalis sis mihi:
Quicunque enim fortunis fruitur aut liberis
Aut est aliter obnoxius Volupiæ,
Favente te una cuncta habet faventia;
Adstant & illum Charites: & si media hyems
Rigeat, tamen ver illi flosculos parit.
Absente te, sunt cuncta dura & aspera,
Nec grata prorsus cætera est felicitas;
Quin esse planè desinit felicitas.

Undè Eobanus Hessus de Medicinâ:

Namque nec utilius quicquam, nec cujus egerent
Plus ope mortales, jussit habere Deus.
Multa quidem, fateor, nostræ data commoda vitæ,
Fortunæ inprimis liberioris opes,
Sed ni tu valeas, animoque & corpore constes,
Horum quicquid erit, nullius usus erit.
Ut valeas Medicina docet, quô munere majus
Largiri Regum nullius arca potest.

Et hinc auctor τοῦ σκολίου, seu carminis convivalis, cujus Plato *in Gorgia* meminit, bonæ valetudini intèr reliqua bona primas attribuit:

ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνητῷ.
δεύτερον δὲ καλὸν γενέσθαι
τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως
καὶ τὸ τέταρτον συνηβᾶν μετὰ τῶν φίλων.
Benè valere optimum est mortali homini,
Deindè pulchrum nasci: sine fraude ditari.
Quartum verò, cum amicis pubescere.

Quod tamen σκολιὸν obelo notavit Anaxandrides Comicus apud Athenæum *l. 15. c. 14.*

Ὁ τὸ σκολιὸν εὑρὼν ἐκεῖνος ὅστις ἦν,

τὸ μὲν

τὸ μὲν ὑγιαίνειν. πρῶτον ὡς ἄριστον ἦν
ὠνόμασεν ὀρθῶς. δεύτερον δ' εἶναι καλόν.
τρίτον δὲ πλουτεῖν. τοῦθ' ὁρᾷς; ἐμαίνετο.
μετὰ τὴν ὑγίειαν γὰρ τὸ πλουτεῖν διαφέρει
καλὸς δὲ πεινῶν ἐστιν αἰσχρὸν θηρίον.

Autor hujus Scolii, quicunq; ille sit,
Bonam valetudinem omnium rerum esse præstantissimam.
Rectè quidem judicavit, secundo vero loco, nasci formosum,
Ac tertio divitem, nonne vides, hic quàm insaniat?
Post bonam valetudinem, præcipuæ sunt opes.
Pulcher si inops esurit: fœda bestia est.

Huic convenienter Philem. apud Lucian. *Ap. pro lapsu inter salut.* Αἰτῶ δ' ὑγίειαν πρώτιστον, εἶτ' εὐπραξίαν, τρίτον δὲ χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδενί. *Primum valere cupio, dein' agere bene: salvere tertiò, ultimo debere nihil.* Persuasum hoc quoq; sibi habebat Pyrrhus Epirotarum Rex bellicosissimus (cui post Alexandrum secundas in re militari Lucianus *l.c.* tribuit) qui cùm Deos precando, sacrificando, & donaria consecrando semper veneraretur, nunquam tamen ab illis vel victoriam, vel regni majestatem ampliorem vel gloriam, vel divitiarum abundantiam postulavit, sed unum hoc, *ut benè valeret*, precabatur, utpotè cui hôc fruenti, cætera facillimè suppeterent. Eadem mens fuit Alberto Austrio, quem interrogatum, quænam esset jucundissima possessio? respondisse ferunt; *Sanitatis, cujus thesaurus*, ajebat, *tàm preciosus est, ut quidvis potiùs perpeti debeat homo, quàm eum sibi eripi sinat.* Exemplum nobis præbet Castor, amphibium illud animal; qui

Et pedibus segnis tumidâ & propendulus alvo,
Hac tamen insidias effugit arte ferox:
Mordicùs ille sibi medicata virilia vellit,
Atq; abicit sese gnarus ob illa peti.
Hujus ab exemplo disces non parcere rebus
Et vitam ut redimas hostibus æra dare.

Alciat. Emblem. 153.

Hoc ipsum etiam contemplati olim veteres illi Græcorum sapientes, hanc unam precabantur iis, cum quibus de rebus essent arduis collaturi: arbitrati, (id quod res erat) ὡς καὶ αὐτῇ ψυχῇ τι καὶ σώματι ἁρμοδιώτατον καὶ σκοπὸν ὥσπερ ἀδελφὰ [illegible] ἀγαθά.

tanquam hoc ipsum verbum, tàm animæ, quàm corpori accommodatum maximè foret, summatimquè comprehenderet universa hominis bona. Tantumquè fuit illis cordi sanitas, ut contracta illius Græcâ voce, quæ ὑγίεια est, in hanc figuram expresserint. Hæc est militaris illa tessera, cui Antigonus Soter, ut locô suprà laudatô Lucianus & ex illô Pierius *lib. 47. Hierogl. cap. 31.* memoriæ prodiderunt, insignem illam & admirabilem illam de Galatis victoriam acceptam retulit. Hoc est nobile illud insigne, quô nobilitari cupiebat Asclepiadem navem Hippocrates, cujus *in Epistolâ quadam ad Damagetum amicum* meminit. Hoc deniq; illud est numen, quod non puduit in sacrosanctô illo jurejurando eundem jurare Hippocratem.

Huic tàm eximiæ doti divinitùs addita est conservatrix ac custos Medicina, quæ hoc præstare potest, ut salva nobis sit sanitas; aut sicubi vel nostrâ, vel naturæ injuriâ labefactata fuerit, sibiipsi postliminio restituatur. Divinitùs autem dico. Nam

Ut taceam reliquas humanis usibus arteis
Concessas, cœlo sic Medicina data est.
Namq; malis certâ morbis ratione mederi
Vix hominum credi posse videtur opus
Sæpè ope præsenti fugientem sistere vitam
Divinæ partem conditionis habet.

Hinc & Divinæ Artis titulô meritô condecoratur ab omnibus: partim quidem quòd vel in conservando, vel restituendo sanitatis beneficio, Medicus velut paria cum DEO faciat. Idem Poëta Doctissimus:

Jam si non pudor est, si fas est vera fateri
Ars immortali est proxima nostra Deo.
Sicut enim Deus est, vitam qui donat & aufert,
Ablatamq; potest reddere, quando libet:
Sic Medicina datam si non infida tuetur
Quis neget humani muneris esse mihi?

Et paulò post:

Quod si est esse Deum, plures juvisse: vel hoc est
In Medicô verum, vel ratione cares.

Non

Non modo namq; juvat, verùm quoq; servat & unô
Elogium duplicis nomine laudis habet.

Partim etiam quòd ejus quandoq; exercendæ nec sanctos Angelos, nec ipsum etiam æternæ salutis nostræ Auctorem & Reparatorem Christum θεάνθρωπον puduisse, ex Sacratum literarum fide constet:

Si libet exemplis uti melioribus, ipsum
Aspice, qui Medicum se docet esse, Deum.
Illinit hic oculis commistum pulvere sputum
Hic oleô & vinô vulnera fœda lavat.
Diversum ille suis abituris jussit in orbem
Hospitibus medicas addere sæpè manus.
Dum vinum juveni Paulus præscribit amato,
Parte aliquâ Medicus nunquid & ipse fuit?
Luminibus captum, dum liberat Arte medendi
Angelus, invenit quod modo nomen habet.
O studium cœleste, datam divinitùs Artem.
Divinæ illæ animæ nomina cujus amant.

Et hinc etiam Medicis olim non tantùm cum magnificis stipendiis, amplissima numerabantur præmia; sed nonnullis etiam illorum, ob Artis, quam profitebantur, nobilitatem & præstantiam, divini quoq; honores decernebantur. De utroq; videsis, Fr. Valles. *de sacrâ Philosoph. c. 42.* Joh. Lang. *l.1. Epist. 2.* & *3. l. 3. Epist. ult.* Fortunat. Fidel. *in Patroc. Medic. l.1. c. 10.* & *11. l. 2. c. 1.* Rod. à Castrô *Med. Polit. l.2. c. 10 l. 3. c. 22.* Hippol. Obic. *Dial. de Nob. Med.* Adde Camer. *Tom. 1. Horar. succis. c. 4.* & *Tom. 2. c. 55. & seq.* Salm. *l. 2. in Panc. p. 96. & seq.* Quos mirum non meminisse Phalaridis ejusq; insignis munificentiæ in Polycletum Medicũ suum, quem ille divitiis sic auxit, ut Primoribus in Siciliâ nihil concederet, ut ipse scribit Phalaris *Ep. 21. ad Mesen.* Lubet autẽ ipsius Tyranni verba *Epist. 70.* ad Polycletum hic referre: *Ego, inquit, qui in potestate tuâ fuerim, ut quicquid in mentem tibi veniret, agere de me licuisset, cùm pro tantâ virtute magis dignas gratias referre non possim, hoc unum novi, Deo, qui creavit hanc scientiam, consentaneum dignum animum & facultatẽ te gerere. Attamen unà cum Medicina & fidei laudibus, misi ad te gratissimi animi mei pignora, phialas auri puri quatuor, Crateres argenteos non operis domestici duos, & poculorum vitreorũ decem* *Medicorum apud antiquos dignitas.*

juga

jug[illegible] [illegible] argenti quinq; myriades Atticas. Scripsit etiam Teucer [illegible], ut tantum salarium sibi numeraret, quantum [illegible] fite [illegible], reliquiq; [illegible] exiguam sanè pro maximo beneficio remunerationem. Addunt [illegible] aliquid adjumenti ei, qui non est par referendæ gratiæ, quod [illegible] fatetur, parem pro meritis gratiam [illegible] [illegible] recenti [illegible] tacendus celeberrimus Scholæ Parisiensis Antecessor Ludovicus Duretus, qui primus barbariei mandragorâ sopitum Hippocraticæ artis genium, acri & [illegible] ingenio resuscitavit: & ex tenebricosis [illegible] ergastulo in illustre theatrum orbis terrarum produxit. Unde Stephanus Paschasius hoc eum Epigrammate ornavit:

Prisca quod Hippocrati venerando debuit ætas,
Dureto cur non debeat Hippocrates?
Ille suâ morbos immanes arte fugavit:
Hic à morte suum vindicat Hippocratem.

Hic, inquam, Duretus Caroli IX. & Henrici III. Galliarum & Poloniæ Regum perpetuus Medicus cubicularius fuit: ab iisq; tantò in honore habitus, ut cùm filiam elocaret, Rex à dextris, ipse à sinistris eam in templum ad solennia sponsalium deduxerit. Rex autem non tantùm suâ præsentia nuptias cohonestavit, sed etiam omnem auream & argenteam suppellectilem, quâ ministrabatur, cujus precium quadraginta florenorum millia excedebat, sponsæ pro honorario donavit. Quin tantò Rex ergà Medicum suum ferebatur amore, ut, nisi ipso præsente, cibum non sumeret.

Jure igitur priscis Ars laudatissima seclis
Nondum corruptis moribus illa fuit.
Tum fuit in pretio, tum præmia digna ferebat,
Tum sacra, tum magnis Regibus apta fuit.

apud nostros contemni.

At hodiè, si scis, quid fieri soleat, quantus [illegible] tam velatum error [illegible] hominum mentes occupavit, ut parum absit, quin [illegible] nihil [illegible] habeant Medicis [illegible] Hippocratem, cum [illegible] Galeno, à quorum auctoritate in Medendi arte recedere penè

nefas

recedere penè nefas ducitur) sed etiam nihil inutilius profundi vulgus existimet, quàm quod, strictissimâ licet manu, in Medicos erogatur. Ut justo, ni erro, dolori condonandum sit, si qui, ut Theocritus alicubi: *Idyll. 28.*

------ ------ πόλλ' ἰδάη σοφὰ
Ἀνθρώποισι νόσους φάρμακα λυγραὶ ἀπαλαλκέμεν.
—— —— *Multa novit salutaria*
Remedia ad arcendos ab hominibus tristes morbos.

Vel hoc ejusdem Theocriti usurpet:

Ἄμμες δ' οὔτε λόγῳ τινὸς ἄξιοι οὐδ' ἀριθμητοὶ
Δύστανοι Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ.
Nostri nec ratio est, numero neq; ponimur ullo
Extremæ sortis veluti quondam Megarenses.

Vel illud Aristophanis:

Τίς δῆτ' ἰατρός ἐστι νῦν ἐν τῇ πόλει;
οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς οὐδέν ἐστ' οὔθ' ἡ τέχνη.
Quis hac in urbe sit Medicus? ubi Medicis
Neq; premium est ullum, neq; magni ars ipsa sit.

At paucos hodiè reperiri, dicas, quos æquus ità amârit Jupiter, ut cum antiquis Artis cognitione usuq; paria facere, pariaq; obinde præmia mereri valeant. Quidni? ut enim in omnibus aliis disciplinis, ita privatim in Medendi arte: *Hodierna medendi ratio accuratior antiquâ*

—— *Nullas recipit prudentia metas.*

Eadem enim, quæ antiquorum ævô, nunc viget medendi methodus (quæ sola in felici morborum profligatione utramq; paginam facit) & haud scio, annon paulò accuratior in multis. Si enim in ullâ arte scientiavé, in Medicinâ sanè locum habet illud Xenophanis:

Οὔτοι ἀπ' ἀρχῆς πάντα θεοὶ θνητοῖς ἀπέδειξαν
Ἀλλὰ χρόνῳ ζητοῦντες ἐφευρίσκουσιν ἄμεινον.
Non subito nobis monstrarunt omnia Divi,
Multa diem & studium vigilans jussere docere.

Innuit etiam hoc ipse Galenus, cùm alibi, tùm *2. Aph. Com. 1.* *Quæ*, inquit, *priores multorum annorum spacio invenerunt, posteriores accipientes, & his addentes, rem complent atq; perficiunt.* : *Neq; verò*

quidquam detrahitur veterum gloriæ, si & juniores aliquod sui profectus edant specimen: Addunt enim solùm quædam iis, quæ veteres invenere. Prorsus ad mentẽ magistri sui Hippocratis, cujus *l. de vet. Medic.* hæc sunt verba: Ἰητρικῇ δὲ πάντα πάλαι ὑπάρχει, καὶ ἀρχὴ, καὶ ὁδὸς εὑρημένη καθ' ἣν καὶ τὰ εὑρημένα πολλά τε καὶ καλῶς ἔχοντα εὕρηται ἐν πολλῷ χρόνῳ. καὶ τὰ λοιπὰ εὑρεθήσεται, ἤν τις ἱκανός τε ὢν καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς, ἐκ τούτων ὁρμώμενος ζητῇ. *Medicina jam cuncta ab antiquo insunt, & ejus principium & via inventa est, per quam & multa & vitæ utilissima longâ die comperta sunt, & reliqua deinceps invenientur, si quis idoneus sit, & jam inventorũ gnarus, ex his ad reliqua investiganda procedat.* Cum his pulchrè cõsentiunt Clementis Alexandrini verba: δεῖ δὲ καὶ ἡμᾶς τούτοις προσεπιπονεῖν καὶ προσεφευρίσκειν ὑπέρ. ἐπεὶ καὶ τοῖς ὁδὸν ἀνιοῦσιν, ἣν οὐκ ἴσασιν, ἀρκεῖ τὴν φέρουσαν ὑποσημῆναι μόνον. βαδιστέον δὲ τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη, καὶ τὴν λοιπὴν ἑαυτοῖς ἐξευρητέον. ὥσπερ φασὶ καὶ δούλῳ τινὶ χρωμένῳ ποτὲ, τί ἂν ποιῶν τὸν δεσπότην ἀρέσειε, ἀνελεῖν τὴν Πυθίαν, ἀρέσεις ἐὰν ζητήσῃς. *Oportet autem nos quoq; adlaborare, & his alia adinvenire, quoniam iis, qui ea via eunt quam nesciunt, sufficit rectam solummodo indicare, postea autem est ingrediendum, & reliquum via inveniendum. Quemadmodum dicunt, servo aliquando sciscitanti, quidnam agendo placiturus esset domino, respondisse Pythiam, invenies si quæsieris,* imò *plurima hodiè inveniri, quæ apud majores nostros non fuere inventa.* Idem asserit Galen. *14. M. M. 17. Dedit* n. *omnibus Deus* (ut præclarè Firmian. *pro virili portione sapientiam, ut & inaudita investigare possent, & audita perpendere. Nec quia nos illi temporibus antecesserunt, sapientia quoq; antecesserunt, quæ si omnibus æqualiter datur, occupari ab antecedentibus non potest.* Vide quæ sequuntur, sunt enim pulcherrima.

l. 4. Strom. p. 347.

lib. 1. cap. 8.

Quod autem Medici hodiè sint φήμῃ μὲν πολλοὶ, ut Hipp. ἐν νόμῳ loquitur, ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοί *famâ quidem & nomine multi, re autem & operâ valdè pauci*: seculi adscribendum vitio, cujus injuriâ debitis honoribus præmiisq; veræ Medicinæ cultores fraudantur. Sublatis autem Artis preciis, ipsam etiam Artẽ, ut minùs decoram periclitari, quid mirum? *Ut enim fruges aëris temperie liquidioreq; cælo exuberant: haud secus bonæ artes, eximiaq; ingenia, benignitate, honorificentiâ, humanitateq; evocantur: Contraq; invidiâ sordibus morositate eorum, qui rerum potiuntur, restinguuntur & languescunt*, ut verè & graviter Camerar. *Tom. 1. Horar. c. 4. & Tom. 2. c. 56.* Digitum huc intendit M. Cato, cùm populum Romanum non purpuræ modò, sed studiis etiam autoritatem facere dicebat. Ὡς γὰρ οἱ βαφεῖς (Plutarchi verba sunt *in illius vita*) ταύτην μάλιστα βάπτουσιν ᾗ χαίροντας ὁρῶσιν

Cur pauci hodiè Medici sint, qui d nomen cluet.

Honos alit artes: omnesq; incendũtur ad studia, gloriâ: jacentque ea semper, quæ apud quosq; improbãtur. Cic. 1. Tusc.

ὁρῶσιν· οὕτως οἱ νέοι ταῦτα μανθάνουσι καὶ ζηλοῦσιν ἃ χαίροντας ὁρῶσι. *Ut enim infectores hanc maxime tingunt, quam vident esse gratam: ita juventus hæc præ cæteris discit & sectatur, quibus honos habetur à vobis.* Bionis illud hujus est loci:

> Μηδὲ λίπῃς μ' ἀγέραστον, ἐπεὶ καὶ Φοῖβος ἀείδειν
> Μισθὸν ἔδωκε· τιμὰ δὲ τὰ πράγματα κρέσσονα ποιεῖ.
> *Nec sinas me sine præmio: nam & Apollo pro cantu*
> *Mercedem dedit: honor verò res meliores facit.*

Hinc adeò fit, ut optima quæq; ingenia in excolendo Medicinæ studio prævaricentur, & de fame potiùs abigendâ, quàm famâ acquirendâ solliciti, ad alia animum appellant: Artemq; tàm nobilem, tantoq; in precio semper habitam, ab impostoribus & Pseudo-Medicis, veluti latronib. & grassatoribus publicis, conniventibus iis, qui injectâ manu temerariam illorum audaciam, & audacem temeritatem reprimere & supprimere possent, diripi ac vastari, nequicquam & incassum doleant.

At funerũ, inquis porrò, copia, frequentesq; in assequendo Sanitatis scopo (in quo tamen periculo nullũ majus est periculum) aberrationes, invisam reddunt Artem, ingratam, odiosam. At nullô jure: Non omnium enim morborum curatio in Medicorum est potestate, neq; ab his immortalitas præstari potest. Undè iniquum esse Fabius pronunciavit, *artem ad exitum alligare, eiq; mortalitatis eventum imputare.*

> *Sæpè etenim doctâ plus valet arte malum.*

Perindè .a. hic comparata res est, ac cum nautis solet aut gubernatoribus quod eleganti nautæ cujusdã Rhodii apophthegmate clarũ facio. Hic cùm in alto tempestate premeretur, & naufragium jam jam facturus videretur, in hæc tandẽ verba prorupit: ἀλλ' ὦ Πόσειδον, ἴσθι ὅτι ὀρθὴν τὴν ναῦν καταδύσω. *At, ô Neptune, rectam ut scias navẽ demergam.* Indicabat autem nauta nihil se præter decorum, & quàm res postularet, facturum, verùm omni suo prius satisfacturum officio, quàm navis periret. Non absimilis, inquam, videtur Medicorum esse ratio. Quemadmodum enim gubernator, non semper inoffenso pede ligneis equis per æquor currit cæruleum: sed sæpenumerò

> *Hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuscis Africus alis*
> *Bella movent.*

Aristid. in Orat. Rhodi.

Medici & gubernatoris non dispar ratio.

Sil. l. 12. v. 616.

Catull. in Arg.

Quod ubi contingit:

Nulla fugæ ratio est, nulla est spes, omnia muta,
Omnia sunt deserta, ostentant omnia lethum.

Ita Medico opus suum non semper ex votô animiq; succedit sententiâ: sed sæpenumerò turbantibus vitæ naviculam variis ac sæpè contrariis morborum ventis; ingruentibus etiam undiquaq; diversis symptomatum procellis,

1. Trist. 2.

——— in incerto est, nec quid fugiatq́, petatq́,
Invenit: ambiguis Ars stupet ipsa malis.

Medici officium.

At verò, quemadmodum, qui hoc potuit dicere (Senecæ verba sunt *Epist. 85.*) *Neptune, nunquam hanc navem, nisi rectam: arti satisfecit. Tempestas non opus impedit gubernatoris, sed successum.*

Senec. 7. Benef. 14.

Ita Medicus imminente vitæ naufragiô, *si omnia fecit, ut sanaret, peregit partes suas.* Siquidem, *tunc deniq;* (Galeni verba sunt *8. in 6. Epid. 42.*) *officio nostro functi sumus, cùm omnia effecimus, quæ ratio nobis suppeditat, & longus usus peritiaq; commonstrat.*

Id. Epist. 85.

Sicut enim gubernator felicitatem tibi non promittit, sed utilem operam, & navis regendæ scientiam: Ita etiam cordatus Medicus rogatus operam, sanitatem tibi certò non promittit (quod tamen qui faciunt, quâ ratione inconsultæ temeritatis notam à se submoveant, ipsi viderint) sed in eâ aut conservanda, aut, qua licet, recuperanda, fidem ac promptitudinem, οὐδὲ γὰρ ἰατρικῆς, inquit Naturæ genius, τὸ ὑγιᾶ ποιῆσαι, ἀλλὰ μέχρις οὗ ἐνδέχεται, μέχρι τούτου προαγαγεῖν. ἔστι γὰρ καὶ τοὺς ἀδυνάτους μεταλαβεῖν ὑγιείας, ὅμως θεραπεῦσαι καλῶς.

Aristotel. 1. Rhet. 1. extr.

Hoc est: *Neq; Medicina est sanum facere, sed quousqué fieri potest, eousqué perducere. Licet enim etiam illos, qui non possunt recuperare sanitatem, tamen curare benè.*

l. de Art.

Qui autem certam omnium morborũ curationem à Medicinâ exigunt, hos ad divinum remitto Hippocratem, cujus hæc sunt verba: εἰ τις τέχνην, ἐς ἃ μὴ τέχνη, ἢ φύσιν, ἐς ἃ μὴ πέφυκεν, ἀξιώσειε δύνασθαι, ἀγνοεῖ μανίην ἁρμόζουσαν ἀγνοίῃ μᾶλλον, ἢ ἀμαθίῃ. *Si quis potentiam ac vim artis in iis, quæ non profitetur, aut natura in iis, ad quæ apta non est, exigat, is insanâ laborat ignorantiâ, quæ amentiæ potiùs quàm imperitiæ adscribenda.*

Cur non omniũ morborum curatio in Medicorum sit potestate.

Causam autem, si requiras, subnectit hanc: ὧν γάρ ἐστιν ἡμῖν, τοῖσί τε τῶν φυσίων, τοῖσί τε τῶν τεχνέων ὀργάνοις ἐπικρατέειν, τούτων ἔστιν ἡμῖν δημιουργοῖς εἶναι. ἄλλων δ' οὐκ ἔστιν, ὅταν οὖν τι πάθῃ ὤνθρωπος κακὸν, ὃ

κρεῖσσον

κρείσσων ἐστὶ τῶν ἐν τῇ ἰατρικῇ ὀργάνων, οὐ δὲ προσδοκᾶν δεῖ ὑπὸ ἰατρικῆς κρατηθῆναι αὐτό. *Quorum enim natura vel artis instrumentorum imperium atqué vim obtinemus, per ea artifices esse possumus, per alia verò nequaquam. Quum itaq; morbo affligitur homo, qui validior est, quàm sint instrumenta medica, ne sperare quidem oportet, ut à Medicinâ evincatur.* Taceo nunc, quòd manus injectantibus fatis, nec ipsa salus homines servare possit. Bion *Idyll. 5.*

> Ἀμφασία δὲ Βίων' ἕλε, τοσσόν δ' ἄλγος ἔχοντα
> Δίζετο φάρμακα πάντα, σοφὰν δ' ἐπεμαίετο τέχναν·
> Χρῖεν δ' ἀμβροσίῃ καὶ νέκταρι, χρῖεν ἅπασαν
> Ὠτειλάν. Μοίραισι δ' ἀνάλθεα φάρμακα πάντα.
>
> *Consilii inopia Bionem occupavit tantum dolorem sustinentem,*
> *Quærebat remedia omnia, & sapientem obibat artem,*
> *Unguebat etiam Ambrosiâ & Nectare, unguebat totum*
> *Vulnus: sed Parcis omnia remedia vana sunt.*

Porrò, quemadmodum gubernator (quod dictis, quoniam huc ventum, adjicio superpondium) licet

> ——— *ab omni parte feroces*
> *Bella gerant venti;* 11. Metam. v. 491.

adeò, ut quandoq; ——— *magni*

> *Se tempestatis montes ad sidera tollant:* Lucil.

Quandoqué

> ——— *diducto subsidant æquore valles,* 1. Trist. 2.
> *Ut jam tacturus tartara nigra putes:*

Omnem tamen movet rudentem, ut in portum salvus appellere possit. At ubi se artemqué suam frustrà esse videt, tùm se ventorum arbitrio, ac fortunæ libidini committit, secundùm Euripidis illud:

> Ναύταις γὰρ ἢν μὲν μέτριος ᾖ χειμὼν φέρειν, Troad. v. 680.
> προθυμίαν ἔχουσι σωθῆναι πόνων·
> ὁ μὲν παρ' οἴακ', ὁ δ' ἐπὶ λαίφεσιν βεβώς,
> ὁ δ' ἄντλον εἴργων ναός. ἢν δ' ὑπερβάλῃ
> πολὺς ταραχθεὶς πόντος, ἐνδόντες τύχῃ
> παρεῖσαν αὑτοὺς κυμάτων δρομήμασιν.
>
> *Si nautis tempestas mediocris sit ad tolerandum,*
> *Habent promtitudinem laborum, ut serventur,*

Hic quidem ad clavum, ille verò ad vela vadens,
Alius verò sentinam hauriens: si verò superaverit, corũ vires
Vehementer turbatum mare, cedentes fortunæ,
Permittunt se fluctuum cursibus ac jactationibus.

Ita etiam Medicus, dum in medendi negotio occupatus est, non tantùm totô pectore, sed manibus etiam pedibusq; laborat, ut sanitatis portũ attingere possit. Nunc enim sentinam morborum exhaurit, nunc imminentes symptomatum noxas aut avertit, aut evertit, nunc sævientem in visceribus dolorem lenit mulcetq;. At cum ferocientibus morbis, à symptomatũ agmine, ferrô etiam & igne adhibitis, seq;, naturamq; (quæ morborum est medicatrix) superari, ac nullam usquam auxilii spem affulgere videt: tùm quidem ad verè sacram anchoram confugit, jacitq; eam non in mare, sed in cœlum, soliq; Deo (Etenim:

Eurip. Iphig. Aul. v. 1610. v. infr. c. 19. sect. 11.

Ἀπροσδόκητα βροτοῖσι τὰ τῶν θεῶν
σώζουσι δ' φιλοῦσιν.
Inopinata accidunt mortalibus fata Deorum.

Et servant eos, quos amant.) totum negotium committit. Vel jubente Galenô nostrô, aut quicunq; auctor, dubitant enim nonnulli, *libr. de Ren. affect. dign. & cur. c. 5. extr.* ubi hæc leguntur verba: *Verùm si tandem casibus ita deploratis, & hæc frustra admoveris, non absurdum erit, nos, ceu Christianos (sic Deo rem committas) ad maxima nostra & verè arcana confugere, quibus id, quod & credo & confiteor, non corporis solùm affectus, & à quibus omnes Medici desperaverint, persanari: sed omnes etiam animi passiones funditus extirpari.*

Prorsus ad mentem Divi Gregorii, de patris sui morbo, in quem nocte Paschatos festum antecedente (quam sacris peragendis impendebat vetus Ecclesia) inciderat, ita loquentis:

Orat. de fun. patr.

ἡμᾶς δὲ εἶχε τὸ ἱερὸν, μύστας ὁμοῦ καὶ ἱκέτας, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων ἀπεγνώκειμεν ἁπάντων, πρὸς τὸν μέγαν ἰατρὸν καὶ τὴν τῆς νυκτὸς ἐκείνης δύναμιν καταφυγόντες, καὶ τὴν τελευταίαν ἐπικουρίαν. *Nos v. in æde sacra Sacerdotes simul & supplices eramus: desperatis videlicet omnibus aliis remediis ad magnum Medicum, & noctis illius potentiam, tanquam ad extremã opem auxiliumq; confugientes.* Τὰ μέγιστα γὰρ, inquit divinitùs auctor *l. de Sacro M.* τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ἀνοσιωτάτων, τὸ θεῖόν ἐστι, τὸ καθαῖρον, καὶ ἁγνίζον, καὶ ῥύμμα γινόμενον ἡμῖν.

Deus

Deus enim est, qui maxima & sceleratissima peccata purgat ac purificat, & liberatio nostra existit. Ex omnibus namq; *hominibus, qui Deo curæ non sit, nemo est*, inquit Galenus. *Orat. suasor. ad Art. c.2.*

Cæterùm, ut redeam undè paulò antè digressus fui, si, quod res est, dicendum: tantùm abest, ut Medico mortis caussà imputari possit, ut ipsi potiùs ægrotantes sæpenumerò suô sibi jumentô damnum & perniciem attrahant. Dum videlicet sibi ipsis ac palatui nimiùm servientes, Medicum recta monentem non audiunt, sed salutaria ejusdem præcepta vel negligunt omninò, vel iisdem minus convenienter morem gerunt. Scitissimè Dictator noster Hippocrates *l. de Arte*, Τοὺς δὲ ἐν τῇσι τῶν ἀποθνησκόντων συμφορῇσι τὴν τέχνην ἀφανίζοντας θαυμάζω, ὅτῳ ἐπαιρόμενοι ἀξιοχρέῳ λόγῳ τὴν μὲν τῶν ἀποθνησκόντων ἀκρασίην οὐκ αἰτίην καθιστᾶσι· τὴν δὲ τῶν ἰητρικὴν μελετησάντων σύνεσιν, αἰτίην· ὡς τοῖσι μὲν ἰητροῖσιν ἔνεστι τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάξαι, τοῖσι δὲ νοσέουσιν οὐκ ἔνι τὰ προσταχθέντα παραβῆναι. καὶ μὴν πολύγε εὐλογώτερον, τοῖσι κάμνουσιν ἀδυνατεῖν τὰ προσταχθέντα ὑπουργέειν, ἢ τοῖσιν ἰητροῖσι τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάσσειν. *Hos autem qui ob morientium calamitatem artem è medio auferre contendunt, vehementer miror, quanam memorabili ratione persuasi, intemperantiam ægrotantium causam mortis non statuant, sed scientiam tantùm eorum, qui medicinam exercent: quasi Medici tantùm, quæ non oportet, præscribere possint, ægri verò ea, quæ imperata sunt violare nequeant. Cum longè probabilius est, ægros non posse facere quæ imperantur, quàm Medicos ea quæ non decet imperare.* A quorum mente non recedit Galenus, 2. *in 6. Epidem. 43. Plurimi periculosi morbi ægrotos Medicis morem haud gerentes necant: quandoquidē perpauci admodum prorsus mortiferi sunt: si neq; Medicus erret, neq; ægrotus, neq; ministri, neq; aliud quicquam extrinsecus fortuitò noxium inciderit.* Huc faciunt S. Isidori verba, *l. 4 Epist. 205.* ὁ μὴ πειθόμενος κορυφαίῳ, χορὸς ἄμουσος, ὁ μὴ πειθόμενος ἰατρῷ, ἄθλιος. ὁ δὲ κορυφαῖος καὶ ἰατρὸς, ἔξω αἰτίας ἑστήκασι. *Qui præsidem non auscultat, chorus inconcinnus est: Qui Medico non obtemperat, miser est: At præses chori Musici, & Medicus extra culpam est.* Quâ de re nos alibi, Θεῷ θέλοντι, plura: hic tantùm, in dictorum fidem, carmen perelegans in Fuscum Medico malè parentem lubet adscribere:

> *Ægrotans sæpenumerò suô se gladiô jugulans.*

Perdis, ait Fusco Medicus, tua lumina vino:
Consultat secum, quid velit ergò sequi.

Sidera

Sidera, terra, fretumq; solent quacunq; videri,
Omnia sunt, inquit, visa revisa mihi.
Multa mihi sed vina tamen gustanda supersunt,
Multa refert annus cum nova musta novus,
Jam certus, firmusq; valebitis, inquit, ocelli
Nempe satis vidi, non satis usq; bibi.

Effictum autem hoc est ex illo Martialis ad Aulum de Lusco *lib. 6. Epigram. 78.*

Potor nobilis, Aule, lumine unô
Luscus Phryx erat, alteroq; lippus:
Huic dicit Medicus, bibas, caveto,
Vinum: si biberis, nihil videbis.
Ridens Phryx, oculo, valebis, inquit.
Misceri sibi protinus deunces,
Sed crebros jubet: exitum requiris?
Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Aliter paulò hanc seu fabulam, seu historiam (sed illud verosimilius) refert D. Ambrosius *Homil. in Evang. Lucæ: Theotimo cuipiam, cum gravi morbo oculorum laboraret, Medici interminati fuerant, ne cum uxore rem haberet: si faceret, prorsus cæcitatem imminere. Verùm is libidinis impatiens, non potuit sibi temperare, quin uxorem amplecteretur. Itaq; cùm jam medio Veneris calore ferveret, & in mentem venisset Medicorum interdictum, χαῖρε, inquit, φίλον φῶς, id est, Vale amicum lumen. Nimirum intelligens se voluptatem eam perbrevem oculorum dispendiô emisse.*

Festivum quoq; est Græculi cujusdam dictum, à Jacobô Lectiô eleganti carmine comprehensum, quod cum à præsenti negotio non alienum sit, lubet adscribere:

Cretensem Medicus tepente vino
Vulnus sæpè malum jubet fovere,
At potu jubet abstinere vini.
Ille hunc talibus excipit cachinnis,
Venis scilicet intimis receptum
Non prodesse mihi putem liquorem,
Ipso qui bonus utilisq; tactu,
Ipse quiq; cutim abluens medetur?

Jocosè

Jocosè ſimul & eleganter hoc imitatus eſt Joh. Jac. Boiſſard. *Epigram. in Fabianum* :

Aſſiduô fluxu Fabiano & rore rigantur
Rubri oculi: vix jam lumina ferre poteſt.
Conſulunt Medicum: Medicus vino abſtine, dixit:
Aut perdet potum lumina bina merum.
Ah, Fabianus ait, præſtat caruiſſe feneſtris,
Iſtâ quàm totam perdere clade domum.

Boiſſardo elegantiæ palmam dubiam facit Morus, ſic de Marullo canens:

Admonuit Medicus lippum, Theodore, Marullum,
Ne vinum (cæcus ni velit eſſe) bibat.
Pareat ut Medico (quanquam ægrè) abſtemius eſſe
Ecce duos totos ſuſtinet uſq; dies.
Poſt ſitit, aſſueti revocatus imagine vini,
Jamq; foras Medicô vera minante ruit.
Ventum erat ad vinum, quum ſic ſua lumina mœſtus
Affatur, poſitô jam peritura merô:
Huc iter, huc vos me fidi duxiſtis ocelli,
Nunc bibite & dulces ambo valete duces.
Guſtus odorq; manent, miratur abire colorem,
In nigras ſubeunt lumina dum tenebras.
Hoc tamen adverſum lenit ſolamine caſum,
Dote meri minimâ quòd cariturus erat.

Hiſce, ut alios taceam, adnumerandus eſt Hephæſtio, Alexandro Magno amicitiâ & familiaritate conjunctiſſimus. Hic cùm febre detentus, contra abſentis Medici, qui victus rationem paulò accuratiorē imperaverat, præſcriptum, liberaliùs pranſus fuiſſet, ſuô ſibi jumentô damnum & interitum attraxit. Notatu digna ſunt hac de re Plutarchi verba, *in Alexandrô*: Ἔτυχε δὲ περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας Ἡφαιστίων πυρέσσων· οἷα δὲ νέος καὶ στρατιωτικὸς οὐ φέρων ἀκριβῆ δίαιταν, ἀλλὰ τοῦ τὸν ἰατρὸν Γλαῦκον ἀπελθεῖν εἰς τὸ θέατρον περὶ ἄριστον γενόμενος καὶ καταφαγὼν ἀλεκτρυόνα ἑφθὸν, καὶ ψυκτῆρα μέγαν ἐκπιὼν οἴνου, κακῶς ἔσχε, καὶ μικρὸν διαλιπὼν ἀπέθανε. *Sub idem tempus Hephæſtio febre correptus eſt, ut juvenis & militaris exactioris impatiens victus, dum Medicus Glaucus ad ſpectaculum abiit, prandium ſumpſit, adeſoq;*

gallo gallinaceo asso, atq; Epoto ingenti vini frigefacti cratere malè habuit, pauloq; post discessit. Idem fatum Romæ expertus fuit Lusitanus quidam, quem febricula correptū quidam ex amicis invisens: *Vin' tu*, inquit, *auscultare Medicis meras nugas præscribentibus? Bonô vinô rectius proluetur hoc malum*, simulq; jussit adferri vinum Corsicum quadrimum. Propinavit ægroto, jubens bono esse animo. Ille persuasus hausit affatim, ac mox intercluso spiritu cœpit animam agere. Erasm. *Adag. Vinaria angina.*

4. *Mora & procrastinatio medicamentorum sæpius fata accelerant.*

Cæterùm, est & alia causa minus exoptati in Arte successûs: *ægrotorū* videlicet *cunctatio, & in rogandô medici consiliô procrastinatio.* Multos enim reperias, etiam ex iis, qui splendidè vestiti incedunt, & emunctioris, ut ferè fit, nasi esse volunt: qui licet in corpore suo recessum aliquem à naturali statu probè sentiant, Medici tamen rogare sententiam non sustinent: aversantes partim ingratum, ut perhibent, medicamentorum saporem: partim, quod credibiliùs quandoque, tertiam, ex vulgi verbô, Medici faciem. At ubi crescente indies morbô, viribus autem decrescentibus, mortis periculum admotum est propiùs: tunc primùm ad omnia promti, Medicorum, ut Seneca loquitur, genua tangunt, ac omnia sua, ut vivant, parati impendere (ἀμοιβὴν τὴν αὑτῶν οὐσίαν ὑπισχνούμενοι, ut ille apud Heliodorum loquitur) nihil non Medicis (quasi esset in eorum potestate morari fata) promittunt: secundùm illud vulgi:

Ægrorum quorundam ἦθος.

de Brev. vit. cap. 8.

l. 4. 7 Æth.

Medicis in morbis totus promittitur orbis.

At nesciunt delicatuli illi, quàm malè, immò pessimè sibi rebusq; suis consulant. Quod si enim in aliarū rerum omnium occasione, ut Portius Latron apud Salustium monet, *desidia ac tarditas omnis, quàm diligentissimè fugienda*: In medendi sanè Arte faciendum hoc cumprimis. Hic enim, *sicubi in occasionis momentô, cujus prætervolat oportunitas*, (Livii verba sunt, *lib. 25.*) *cunctatus paulùm fueris, nequicquam mox amissam querare. Non enim*, secundùm Phœdrum, *occasiones nos præstolantur, sed nos illas observare debemus.* Divinitùs Hippocrates: πάσης τέχνης ἀλλότριον ἀναβολή· ἰητρικῆς δὲ καὶ πάνυ, ἐν ᾗ ψυχῆς κίνδυνος, ἡ ὑπέρθεσις. ψυχαὶ δὲ τῶν θεραπειῶν αἱ χωρὶς ἂν ἡ περιφυλακὴ τὸ ζῆλος. *Ab omni arte aliena res est dilatio, verùm maximè in Medicinâ, in quâ dilatio est animæ periculum.*

Occasionis vis & momentum.

Hip. 1. Aph. 1

lib. 5. Fab.

Ep. ad Crat.

Dilatio in medicinâ res damnosissima.

Curatio-

Curationum verò anima sunt temporum opportunitates, quarum observatio finis est. Et alibi: Ἐσόδῳ χρέο πυκνῇσι, ἐπισκέπτεο ἀτρεκέστερον, τοῖσιν ἀπατωμένοισιν ἐπὶ τὰς μεταβολὰς ἀπαντέων. ῥᾷον γὰρ εἴσῃ, ἅμα δὲ καὶ εὐμαρέστερος ἔσῃ. Ἄστατα γὰρ τὰ ἐν ὑγροῖσι. διὸ καὶ εὐμετάπτωτα ὑπὸ φύσιος καὶ ὑπὸ τύχης. Ἀβλεπτηθέντα γὰρ τὰ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὑπουργίης, ἔφθασεν ἑρπύσαντα καὶ ἀνελόντα· οὐ γὰρ ἦν τὸ ἐπικουρῆσον. *Ingressu ad agrum crebrò utitor, explora diligenter; peccatis ob morbi mutationes occurre. Faciliùs enim cognosces, simulq; promptior eris. Instabilia enim sunt, quæ in humidis consistunt: hinc est, quòd facilè à naturâ & fortunâ mutentur. Neglecta enim ea, quæ in ipsa occasione administrare oportebat, impetu suo progressa, inter curandum sæpè præoccupant & interimunt, cùm præsto non sit Medico auxilium.* Planè etiam in hunc sensum Plutarchus: οὕτως ἄρα καὶ τοῖς πράγμασιν ὁ καιρὸς, ὥσπερ τοῖς φαρμάκοις, καὶ τὴν σώζουσαν καὶ τὴν ἀναιροῦσαν ῥοπὴν προστίθησι. *Ita quidem rebus tempus, ut medicinis salutis adferendæ & necis tribuit momentum.* Unde vetus Poëta:

l. de eleg.

Lucull.

> Ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λώϊον ἢ τελευτήν.
> *Multò, quam finem, medicari initia præstat.* Vel:
> *Principio præstat quàm fini adhibere medelam.*

In quam sententiam Theognis:

> Ζητῶμεν δ᾽ ἕλκει φάρμακα φυομένῳ
> *Pharmaca nascenti sunt adhibenda malo.*

Et Phocilides:

> Ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν, ἕλκος τ᾽ ἀκέσασθαι.
> *Incipiens malum abscinde, ulcusq; sana.*

Hinc & omnibus noti Ovidii versus *l. 1. de Remed.*

> *Principiis obsta, serò Medicina paratur,*
> *Cùm mala per longas invaluere moras.*

Item:

> *Opprime dum nova sunt, subiti mala semina morbi.*

Item:

> *Vidi ego quod fuerat primò sanabile vulnus*
> *Dilatum longa damna tulisse mora.*

Similiter Persius *Sat. 3.*

> *Elleborum frustra quum jam cutis ægra tumebit*
> *Poscentes videas, venienti occurrite morbo.*

Sic & Claudianus: *l.2. in Eutrop.*

Tunc decuit sentire nefas, tunc ire recentes
Detersum maculas. Veteri post obruta morbô
Corpora, Pæonias nequicquam admoveris herbas.

Prudenter etiam & apposité de hoc negotiô amœnissimus Scriptor Heliodorus: *L.4. Æthiop. c.5.* Πάθος ἅπαν τὸ μὲν ἐξ ἴσως γνωριζόμενον εὐίατον, τὸ δὲ χρόνῳ παρατεινόμενον, ἰσχυρὸς ἀνίατον. τροφὴ γὰρ νόσων ἡ σιωπή· τὸ δὲ ἐκλαλούμενον εὐπαραμύθητον. *Omnis affectio, quæ citò cognoscitur, facilè curari potest: sed quæ tempore inveterascit, propemodum est insanabilis. Alimentum est enim morborum, silentium: cæterùm quod enunciatur, leniri consolatione facilè potest.* Etenim:

Scal. 3. Epid.

In tempore res parvula, nixusq; pusillus
Potiora parit commoda momentaq; plura
Præpostera quàm subsidii vasta suppellex.

Trahi etiam huc possunt Palingenii versus, *in Scorp p.221.*

Principiis obstare opus est; cum parva favilla
Languet adhuc. Postquam crevere incendia, jamq;
Flamma furens tecto erumpit, cœloq; propinquat,
Præsertim Boreæ, si flabra ruentis ab arctô
Immineat; heu! frustra undas vicinia clamet.

Cæterùm, qui propriæ jamq; afflictæ valetudinis, vel nullam, vel exiguam adeò curam gerunt, non absimiles mihi esse videntur novarum ædium incolis; sed quâ ratione illas fartas tectasq; conservent, nihil pensi habentibus, de quibus elegantissimè elegantiarum parens Plautus *Most. 2.1.*

—— —— magna pars
Moram hanc induxerunt, si quid nummô sarciri potest,
Usq; mantant, neq; id faciunt, donicum
Parietes ruunt, &c.

XV. *Medicamenta Deorum manus.*

Quot medicamenta atq; adjumenta.) Hæc Herophilus, auctore Galen. *6.* κ.τ. *3.* si prudentis & rationalis Medici consiliô adhibita fuerint, *auxiliares Deorum manus* vocavit. Ubi notasis, pharmaca tum demum nomen hoc & elogium mereri, *si prudentis inq; rationalis methodo exercitati Medici vicariâ manu tractentur, propinenturque.* Si enim in imprudentes ac imperitas, vel auda-

sed & Plutonis.

audaculorum Chirurgorum, vel fraudulentium agyrtarum vel anuum acheruntīcarum, aliarumvé sciolarum Medicinæqué cognitionem somniantium manus incidant: quid mirum, si vires nomenq; amittant; nec *adjumenta*, sed *nocumenta*; non *Deorum manus*, sed *rapaces Plutonis hami* fiant? sanitatem siquidem non *restituunt*, sed *destruunt*: vitam non *producunt*, sed *deducunt* rapidô cursu

——— ad Lethen, Stygiumq; littus
Undè te nulla referent carnia,

Senec. Herc. Oet. v. 1550. & 1525.

Vel:

——— ad regnum canis inquieti
Undè non unquam remeavit ullus.

Quid enim Chirurgis, nostratibus præcipuè, cum Pharmacia? domi, quod agant, habent plus satis. Quod si diligentiùs, ceu par esset, attenderent, profectò tantùm illis non superesset otii, aliena ut curarent. Nunc cum neglectâ propriâ in alienam messem imperitam immittunt falcem; eò redacta res est, ut hanc tàm præclaram, & pauperibus locupletibusq; æquè necessariam Medicinæ partē, carnificibus, proh pudor! aut imperitissimis rusticis committere cogamur, qui αὐτοδίδακτοι, omnium bonarum artium ignari, nec articulorum humani generis fabricam, nec naturalem instaurandi membri situm doloris expertem, aut ligaturas aptas vel futuras noverunt. Hinc miseros ægros miseris modis sæpenumerò adeò excarnificari videas, ut nullus quantumvis atrox & truculentus carnifex, omni deposito humanitatis sensu, nebulonem quæstionibus torturæ subjectum, acerbiùs distorquere posset. Quæ causa quod tanta claudicans Vulcani soboles passim oberret. Vide Lang. *lib. 3. Epist. 6.* Ex hoc carnificum grege fuerat Hermogenes quidam, de quo lubet Lucillii Epigramma, ab Henrico Stephano Latinè redditum, adscribere:

Chirurgorū audacia.

NB.

Imperitia.

Deucalioneis nec aquis mergentibus orbem
Nec Phaëthontiacis orbe ruente rogis,
Tot periere homines, quot jam Potamonq; Poëta,
Et quot Chirurgus sustulit Hermogenes.

Quattuor ergò mala hæc numeranda, ab origine mundi.
Deucaleon, Phaëthon, Hermogenes, Potamon.

Quod dum ſcribo, in mentem mihi venit Antiochi tonſoris apud Martialem, cujus feſtiviſſimum carmen, in gratiam illorum, qui hodieq; etiam cum Antiocho illo in ruditatis & imperitiæ certamine paria, eiq; palmam dubiam faciunt, non piget adſcribere. Sic autem canit:

Qui nondum Stygias deſcendere quærit ad undas
Tonſorem fugiat, ſi ſapit, Antiochum.
Alba minus ſævis lacerantur brachia cultris
Cùm furit ad Phrygios enthea turba modos.
Mitior implicitas Alcon ſecat enterocelas,
Tractaq; fabrili dedolat oſſa manu.
Tondeat hic inopes Cynicos, & Stoica menta,
Collaq; pulvureà nudet equina juba.
Hic miſerum Scythicà ſub rupe Promethea radat:
Carnificem nudo pectore paſcat avem.
Ad matrem fugiet Pentheus, ad menadas Orpheus,
Antiochi tantum barbara tela ſonent.
Hæc quæcunq; meo numeraſti ſtigmata mento,
In veteli pictá qualia fronte ſedent:
Non iracundis fecit gravis unguibus uxor,
Antiochi ferrum eſt, & ſcelerata manus.
Unus de cunctis animalibus hircus habet cor:
Barbatus vivit, ne ferat Antiochum.

Nihil ergò mirum, ſi tonſores, eos, qui ipſis ad tondendum jugulum præbent, timidos reddant, & quidvis tum temporis rogantes impetrent, quod ſalsè idem Martialis *l. 11.* innuit:

Quid ſi me tonſor, cum ſtricta novacula ſupra eſt
Tunc libertatem, divitiasq; roget
Promittam? nec enim rogat illo tempore tonſor,
Latro rogat, res eſt imperioſa timor.

Exemplum præbuit Dionyſius Syracuſanorum Tyrannus, qui tonſorum metu tondere filias ſuas docuit. Quarum, poſtquam adultæ ætati appropinquabant, manibus ferrum non auſus committere: inſtituit, ut candentium juglandium putaminibus

nibus barbam sibi & capillum adurerent, ut post alios refert Val.Max. *l.9. c.13.*

De Pseudo-Medicis agyrtimpostoribus & circumfuraneis, quid dicam, vel non dicam? Hi nihil faciunt aliud, quàm quod imperiti σκυτοτόμοι & Calceolarii solent. Hi enim (ut est apud Gal. *9. Meth. 16.*) sicut unô calopodiô omnium pedes vestiunt: ita illi unâ hydrargyri unctiõe, aut Cinnabaris argenti vivi sobolis, fumô, omnes indiscriminatim morbos curare se posse mentiuntur: nullâ de re magis solliciti, quàm ut ipsi solummodò rem faciant, & pecunia credulos & imperitos fraudulenter emungant. Non secus atq; apud Athen. *l.14. Hermeus myropola* anum quanda septuagenariam, cujus rugas cùm variis & odoriferis ex Marathrô malabathrô & nardi spicâ unguẽtis quotidiè illiniret, anum deliram unà cum marito & liberis ad mendicorũ inopiam redegit. Cui adnumerandus ille apud Æsopum *Ophthalmicus*, cujus nota est historia, à Gabr. Faërnô his versibus comprehensa: *Agyrtarum & circulatorum temeritas.* *Perfidia.*

Lippa olim mulier Medico persolvere certam
Mercedem pacta est, depulsô deniq; morbô.
Is caligantem quotiens curaverat ægram,
Tempore quô nihil uti oculis ea quibat inunctis,
Obvia queq; domo rapiens, exibat onustus.
Jamq; exportatis spoliaverat omnibus illam,
Cùm benè habere oculi, solutamq; admittere lucem
Cœperunt, tùm demùm opera, remediq; salubris
Mercedem Medicus cùm posceret; illa recusans,
Deterior nunc est visus mihi, quàm fuit antè:
Quippe domi congesta prius, quæ multa videbam,
Nunc quocunq; oculos verto, nil conspicor, inquit.

Hujus farinæ fuit Clinicus qui iam apud Martialem, qui trullam (argenteam procul dubio) ægro subduxit; sed in furto deprehensus, ideò se eam removisse respondit, ne æger nimietate potus damnum sibi accerseret:

Clinicus, Herodes, trullam subduxerat ægro,
Deprensus dixit: stulte, quid ergò bibis?

Adde quod maleferiati & sanguinarii isti, dũ verę Medicinę, quã ne quidem ut canis ex Nilo bibens degustarunt, prorsus ignari, *Medico-latrones.*

ignota

Medico-latrones.

ignota pharmaca ægris propinant, hominum vitam suâ ignorantiâ & temeritate, non tantùm in discrimen adducunt, sed etiam certo exitio dant. His tu, si sapis,

Crede & salvus eris. Promissis certa Fides. Nam
Cùm te interficiet, morbo curaberis omni.

V. Galen in libell. pranotion.

In hoc autem unô à latronibus differunt, quod hi quidem pecuniam viatoribus, nec impunè tamen, adimunt: illis verò, cùm non tantùm pecuniam, sed etiam vitam eripuerint, etiam mercede gratia refertur. Hujus farinæ fuit Gennadius quidam, in quem extat Græcum Palladæ Epigramma, *lib. 3. Anthol.* quod adscribo:

Βέλτερον ἡγεμόνας λῃστῆρας ἐς χέρας ἐλθεῖν·
ἢ τῶν χειρουργῶν Γενναδίου παλάμας.
Ὃς μὲν γὰρ φονίας ὁσίως στυγέων κατατέμνει·
ὃς δὲ λαβὼν μισθοὺς, εἰς ἀΐδην κατάγει.

Judicium melius fuerit subiisse latronis
Gennadii medicas quàm petiisse manus.
Ille etenim cædes sanctè execratur & odit.
Hic pretium capit, & ducit ad Elysios.

Hoc nomine etiam malè audit Themison apud Juvenalem *Sat. 10.*

Promptius expediam quot amavit Hippia mœchos,
Quot Themison ægros autumno occiderit uno.

Ubi Autumni mentio revocat mihi in memoriam elegans, oppidò! ac venustum Paschasii ad Scævolam Sammarthanum Epigramma, quô Medici & Rethoris seu causarum Patroni contentio sanè quàm artificiosè (quàm verè autem auctor viderit) instituitur, & sic habet:

Adspice seu Medici, seu vanas Rhetoris arteis,
Scævola; multa quibus consimilentur habent.
Rhetoricen Hermes; docuit Medicamina Phœbus,
Et Deus, & summo natus uterq; Deo.
Ausoniâ ut quondam Medicos amplissimus ordo;
Sic & pragmaticos expulit urbe viros.
Multos quotidiè Medicorum turba trucidat;
Perdidit & multos altera turba reos.

Dat

Dat Galenus opes, dat Justinianus easdem,
Ille hominum morbis crescit, & iste dolis.
Dissimileis sed in hoc; Autumni quippe quotannis
Tempore caussidicus cessat, at ille metit.

Quod si fors ægro cuipiam pseudo-Medicus talis vel per somnium tantũ occurrat, quid mirum si idem illi eveniat, quod Andragoræ cuidam, de quo Martial. *lib. 6. Epigr. 36.*

E Græcô hoc est expressum lib. 2. Anth. εἰς Ἰατρούς.

Lotus nobiscum est, hilaris cœnavit, & idem
Inventus manè est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis causam, Faustine, requiris?
In somnis Medicum viderat Hermocratem.

Aut quod Nicharcho, qui se, ad Medici Phidonis nomen memoriæ occurrens, obiisse ait:

Οὔτ' ἔκλυσεν Φείδων, οὔθ' ἥψατο, ἀλλὰ πυρέξας
Ἐμνήσθην αὐτοῦ τοὔνομα, κἀπέθανον.

Non Clystere usus Phidon, tetigitve: sed ejus
Nomen ut in febri commemini, perii.

Ejusdem notæ, eâdemq; fuit monetâ percussus ille, de quô Agathias *l. 2. Epigram. Græc.*

Ἰητήρ τις ἐμοὶ τὸν ἑὸν φίλον, *&c.*

Quod Latinè sic sonat:

In medicâ quidam mihi vir non infimus arte,
Natum, quò posset Græca sonare, dedit.
Qui postquam Iliados modulari carmina prima
Istaq; jam potuit dicere verba puer:
Complures orco dedit hic animasq; virosque;
Extemplo puerum detinet ille domi.
Meq; ubi vidisset, grates tibi debeo magnas
Inquit, at hæc natum cuncta docere queo.
Plurima nam per me Plutoni mittitur umbra,
Et mihi Grammatici non opus hîc operâ.

Vel ad hunc modum:

Dilectum Medicus gnatum ad me misit, ut illum
Grammatices primis imbuerem studiis.
Ast ubi, Musa refer furias, Pelidis & iram
Norat, & hoc carmen quod solet inde cani.

Multas qui forteis animas sub Tartara misit,
Discipulum nostris detinet à foribus:
Meq; videns genitor; tibi sum devinctus, amice,
Gnatus at è nobis hæc benè discet, ait:
Namq; & ego multas animas sub Tartara mitto,
Nec mihi Grammatici tunc opus est operâ.

Huc pertinet de Medico quodam Georgii Sabini jocus:

Romanus quidam Medicus procul ibat Athenas,
Ut Græcè Latiô disceret ore loqui.
Prima novæ linguæ, qui cùm præcepta teneret,
Jam rude Grammatices, & superasset opus,
Mæonium vatem sibi mox proponit Homerum,
Talia sunt cujus carmina scripta libro:
Iram Pelidæ memora mihi diva superbi
Pestiferam, Græcis quæ mala multa dedit.
Et fortes animas sub tristia Tartara misit
Heroum, quas nunc pallidus orcus habet.
Scilicet hæc Medicus cùm primùm carmina legit,
Edidit insigni dicta faceta jocô:
Si meruit laudis tantùm bellator Achilles,
Hæcq; suæ famæ gloria magna fuit:
Quòd stygio multas animas Acheronte subegit,
Pro Danais quando fortiter arma tulit:
Me reor & simili celebrabit Græcia laude,
Ars mea nam quiddam grandius instar habet.
Non quia sic gladiis, rigidò nec deniq; ferrô
Est unquam cædes ulla peracta mihi:
Herbis simplicibus tantùm curator, ad orcum
Multorum medicâ corpora mitto manu.

In hos autem ejusdemq; farinæ alios quadrat Jani Etrusci Itali carmen de Anchialo Medico ad Gallum:

Exactis post quinq; sibi deciesq; novenas
Messes, vivit adhuc clinicus Anchialus.
In tàm longa putas protractam tempora vitam,
Dum se, Galle, suis artibus ipse juvat?

Falle-

Falleris. Anchiali nihil est funestius arte,
Pharmaca dum miscet, miscet & ille necem.
Hac igitur dum mille animas demittat ad Orcum,
Anchiali indoctas quæ subere manus:
Quid mirum est illi violentam parcere Mortem,
Quem sibi pro centum falcibus esse videt.

At dicas fortè, non malè illis quandoque medicationis succedere negotium. Cave credas: Cùm enim benè rem gerere videntur, non desinunt tamen facere, quod facere illos suprà dixi. In corporibus siquidem robustis, morbisqué non magni momenti, gnaviter licet illis prævaricari. Ibi namqué ut minùs manifesti sunt illorum errores, ita etiam ob vires roburqué corporis faciliùs feruntur. At in debilibus, morbisque cum periculo conjunctis, individuus temeritatis illorum comes est, ægrotantium mors & exitium. Perinde autem cum illis comparata res est, ac cum malis gubernatoribus, quibus Pseudo-Medicos eleganter & appositè confert maximus Medicinæ instaurator Hippocrates, vel quicunq; auctor (dubitant enim nonnulli) *l. de vet. Med.* hisce verbis: ὡς πολλοὶ τῶν ἰητρῶν τωὐτὰ μοι δοκέουσι τοῖσι κακοῖσι κυβερνήτῃσι πάσχειν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὅταν ἐν γαλήνῃ κυβερνῶντες ἁμαρτάνωσιν, οὐ καταφανέες εἰσίν. ὅταν δὲ αὐτοὺς καταλάβῃ ἄνεμός τε μέγας, καὶ χειμὼν, φανερῶς ἤδη πᾶσιν ἀνθρώποισι δι᾽ ἀγνωσίην καὶ ἁμαρτίην δῆλοί εἰσιν, ἀπολέσαντες τὴν ναῦν. Οὕτω δὴ καὶ οἱ κακοί τε καὶ πλεῖστοι ἰητροὶ, ὅταν μὲν θεραπεύωσιν ἀνθρώπους μηδὲν δεινὸν ἔχοντας, ἐς οὓς ἄν τις καὶ τὰ μέγιστα ἁμαρτάνων οὐδὲν δεινὸν ἐργάσαιτο (πολλὰ δὲ τὰ τοιαῦτα νοσήματα, καὶ πολὺ πλείονα τῶν δεινῶν ἀνθρώποισι συμβαίνει) ἐν μὲν δὴ τοῖσι τοιούτοισιν ἁμαρτάνοντες οὐ καταφανέες εἰσὶ τοῖσιν ἰδιώτῃσιν. Ὁκόταν δὲ τύχωσι μεγάλῳ τε καὶ ἰσχυρῷ καὶ ἐπισφαλεῖ νοσήματι, τότε σφέων τὰ ἁμαρτήματα καὶ ἡ ἀτεχνίη πᾶσι καταφανής ἐστι. Οὐ γὰρ ἐς μακρὸν αὐτέων ἑκάτερα αἱ τιμωρίαι ἀλλὰ διὰ ταχέος πάρεισιν. *Proindè vulgus Medicorum eadem, quæ mali gubernatores, in se admittere mihi videntur. Hi enim dum in tranquillitate gubernacula tenentes errant, non omnibus deprehensa eorum ignorantia est, dum autem eos invaserit validus ventus, & vehemens procella maris, conspicuum tunc est cunctis hominibus, quòd ignorantiâ & eorum errore naufragium evenerit. Sic profectò mali & è vulgò Medici, dum medicinam leviculis malis implicitis hominibus faciunt, in quorum commoda si*

vel quis graviter peccaverit, non magnum tamen incommodum adferat (sunt enim plurimi tales morbi; & multò frequentiores quàm hi, qui cum periculo invadunt) in talibus, inquam, peccantes in commoda ægrorum, non deprehenduntur ab idiotis. Ubi verò evenerit hominem implicari, magno, valido, ac periculi pleno morbo, tunc cunctis horum delicta & ars conspicua redditur. Nequè enim horum pœnæ longè absunt, sed ilicò præsto adsunt. Et hi quidem suis, si Diis placet, curationibus egregiè fidem adstruunt Divi Gregorii verbis, *Orat. in Maxim.* ῥᾷον ἀεὶ τὸ διαφθεῖραι, τοῦ συντηρεῖν. καὶ γεννᾶται μὲν ἄνθρωπος κόπῳ, φησὶ ὁ Ἰώβ, καὶ ναυπηγεῖται ναῦς, καὶ οἰκία συνίσταται. ἀποκλεῖναι δὲ ἢ καταδῦσαι ἢ ἐμπρῆσαι, τοῦ βουλομένου παντός. *Facilius semper est labefactare ac perdere, quàm conservare: & labore quidem homo procreatur, quemadmodum ait Job, & navis extruitur, & domus ædificatur: interficere autem & evertere, aut incendere quivis facilè potest.* Horum autem & similium colluvies quotiescunqué mente occurrit: toties & hi hendecasyllabi:

Valete, ô medici, cohors proterva,
Nam inanem facere, ut meus Catullus,
Infames vetuere me rapina.
At vos ò Medicûm cohors maligna,
Plena jurgii & infacetiarum,
Rixosa, invida, temulenta, dura,
Petax, futilis, infidelis, audax,
Trahax, garrula, contumeliosa,
Docta imponere, palpitare docta,
Decoctrix fideiq, nominisq,
Farcta proditionibus nefandis,
Odiis, dissimulationibusq,
Cynicum species nova, & pudenda,
Pro morte ab pretium petens, ferensq,
Manum carnificum æmularis: auri,
Argentiq, siticulosior, quàm
Boni nominis, & boni pudoris.
Vale carnificum cohors cruenta,
Plena sanguinis & necationum.

Sicut autem ab illorum temeritate & protervià ipsa Ars medi-

medica nullam dignitatis suæ imminutionem patitur : Ita etiam eorundem culpam Medici γυναῖκες καὶ χαρίεντες præstare nec possunt, nec debent. Luculenter sæpè laudatus Poëta:

Quòd si sunt aliqui, sicut sunt multa malorum
Millia, qui tantùm nomine sunt Medici,
Ecquid iniquius est, hominum quàm moribus artem
Arguere, & laudem criminis esse loco?
Nulla est religio, tàm sancta professio nulla est,
Quæ nullos habeat, sustineatq; malos.
Quis dabit ut, qualem votis optare solemus,
Contingat Princeps, hîc & ubiq; bonus?
Ergoné majestas damnanda est nominis hujus
Si sit paucorum crimine facta nocens?

Nec ab institutô aliena sunt Luciani verba: ὅτι γὰρ τεχνίτης ἀϊδρείη, τεχνοσύνης αὐτῆς ἀφυίη, οὐδὲ αὐλητέω ἀμουσίη, μουσικῆς ἀσοφίη· ἀλλ' οἱ μὲν ἀμαθέες τῶν τεχνέων, ἑκάστη δ' ἐν ἑωυτῇ σοφή. *Neq; enim ob imperitiam fabri, Ars ipsa culpatur: neq; ob cantoris inscitiam ipsa Musica parum est erudita, quin illi potius artium sunt ignari: caterùm, Ars unaquaq; suapte naturâ scita est.* *Astrolog.*

Incantatrices tandem etiam fœminas, & capulares anus igni huic copiosum oleum strenuè effundere, ut nemo nescit, ita & nemo miratur: si modò veritas constat Medeæ confessioni apud Euripidem: *Vetulæ medicamentariæ.* *Med. v. 407.*

——— πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν
Γυναῖκες εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται,
Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.
——— Præterea verò naturâ sumus
Nos mulieres ad bona quidem ineptissimæ,
Malorum verò omnium artifices peritissimæ.

Et hinc:

Non audet stygius Pluto tentare, quod audet.
Effrenis Monachus plenaq; fraudis anus.

Verùm quod facit hîc sequior sexus, non sine priscorum temporum auctoritate & exemplô facit. Nam & apud antiquos in Medicinâ faciendâ occupatæ erant aniculæ, sed illâ duntaxat, quæ fiebat ἐπῳδαῖς & incantationibus, quod PRÆCINERE Lati- *Anus apud antiquos incantationib. remedia præstabant.*

 nis

nis dicebatur. Macrobius *lib. 2. in somn. Scip. 3.* de Musica loquens: *Corporum quoque morbis medetur: Nam hoc est, quod ægris remedia præstantes præcinere dicuntur.* Ubi Scipio Gentilis, limatissimi vir judicii, addendam putat voculam *mulieres*, vel *anus*, quæ ob similitudinem finis præcedentis vocis *præstantes* ipsi videtur excidisse. Nequé enim Medicos, ait, intelligere ullô pactô debemus in hac re, quæ tota anicularum olim hodieq; est in Italia, & alibi, quod disertissimè confirmat Tibullus *lib. 1. Eleg. 5.*

Com. in Apolog. Apul. p. 511.

Ille ego quum tristi morbo defessa jaceres,
Te dicor votis eripuisse meis:
Ipseq; ter circum lustravi sulfure purô
Carmine cùm magicô præcinuisset anus.

Fidem etiam facit Ammianus *lib. 15.* qui *anile incantamentum ad leniendum dolorem admittere capital fuisse sub Constantio* docet, improbatqué. Hodiè autem annon maximam partem incantationibus faciant, quod faciunt ipsæ, & qui earundem partes tuentur (ut nullum hodiè crimen absqué patrociniô est) viderint. Meô quidem animô, non rectô, quod dicitur, talô illa Apuleii sententia, quam nonnulli pro se advocant, stare videtur: *Nihil est criminosum, quod salutis ferendæ gratiâ fit.* Quàm multa enim vetita legibus, licet salutaria interdum sint, & non malô animô dentur, sed malô tamen exemplô & more? ut de muliere, quæ medicamentum ad conceptionem alteri dederat, ex quô ea decesserat, scribit Martianus ex S. C. relegari jussam. Et viceversa apud Ægyptios puniebantur Medici, qui non ex præceptis artis ægrotum curavissent feliciter.

Mulieres αἱ τοὺς γάμους, seu connubiorum curatrices.

Alia autem longè, quod hic lubet addere, illarum fœminarum erat ratio, quæ in constituendis iterandisvé matrimoniis occupatæ erant, indè usqué à Platonis seculô acceptâ consuetudine. Sic enim *lib. 11.* cavet. Si vir sufficientes liberos reliquerit, ut eos mater vidua educet. *Quod si junior*, inquit, *esse videatur, quàm ut sana sinè virô vivere possit, propinqui ejus cum mulierib connubiorum curatricibus consiliô habitô, quod sibi illisqué videbitur, id exequantur.* Harum autem mulierum & obstetricum non eadem erat ratio. Erat enim illarum officium multò honestius, quàm obstetricum, in quas etiam imperium quoddam habebant.

Hujus-

Hujusmodi mulieres hodiè apud nos illæ esse videntur, quæ utplurimùm ex Familiis Patritiis publicâ Senatus authoritate delectæ, de talibus rebus cognoscendi & statuendi potestatem habent. Et harum quidem opera, dictis limitibus inclusa, in Republicâ & necessaria & laudabilis est. At quòd aliæ etiam, quibus id negotii datum non est, res medicas, in perniciem sæpiùs (quod quotidianæ experientiæ fides testatur) quàm commodum requirentium tractent: Id verò, ut molliter dicam, ultrà colum, & non tàm dolendum, quàm castigandum est seriò. Sed removenda tandem est crambe. Eccui enim non satis superq; notus est status, miserabilis sanè ac deplorandus! nobiliss. Artis? quæ Regum olim amor & delicium, nunc, proh pudor! apud nos

Prostat & in quæstu pro meretrice sedet.

In hac autem publicâ divinæ Artis constupratione, jure suô, uti fas esset illos,

——— quibus Rector maris atq; terræ
Jus dedit magnum necis atq; vitæ.

Sed tu fortè mihi hic illud M. Tullii: *Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere.* Ne cùm quæ vult dicit, quæ non vult, idem audire cogatur. Etenim: *Qui sibi hoc sumsit, ut corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat: quis huic ignoscat, si quâ in re ipse ab religione officii declinarit?*

Agnosco, inquè me ipsum descendo, ac fateor, non deesse quandoq; quod viri cordati in Medicis quibusdam jure ac meritò carpant. Quorum primum est fastus quorundam & intolerabilis arrogantia. Imitati in hoc Menecratem Syracusanum, qui Jovis cognomen stultè usurpabat, velut qui suâ arte vitam mortalibus, exemplô Jovis, daret. Quô nomine gloriabundus veluti cœtum quendam Consentium Deorum sibi asciscebat eos ipsos, quos comitiali morbo obnoxios sanitati restituerat, sacramenti lege obstructos, jussosqué famulantium more subsequi, hunc Herculis habitu, illum Mercurii, chlamide, talaribus, caduceoqué instructum: rursum alium Apollinis, alium Æsculapii amictu: quum interim ipse Jupiter præ omnibus emineret, purpureô paludamentô, aureâqué coronâ conspicuus, manu-

Suos etiam manes Medici patiuntur.

Menecratis Medici stulta & incredibilis arrogantia.

manuq; ſceptrum tenens, pedibus crepidatus. Nequé ſtetit intra hoſce fines vecordia hominis, ſed in majus etiam erupit, quando ad Philippum Macedonum Regem per literas in hunc modum ſcripſiſſe legatur:

Menecrates Jupiter Philippo ſalutem:

Tu quidem Macedoniæ Rex es: Ego verò Medicinæ. Tu ſanos, quum velis, perdere potes: at ego ægros ſervare in vitâ, & bonâ valetudine præditos, qui mihi obſecundaverint, ad extremam uſq; ſenectam incolumes & integros tueri. Quapropter te Macedones armis ſtipant: me verò victuri, ſiquidem illis Jupiter ego vitam largior.

Cujus inſanæ beluæ proterviam tribus verbis caſtigaſſe contentus fuit Philippus, ita reſcribens: *Philippus Menecrati mentis ſanitatem.* Eidem ad cœnam vocato, cum aſſeclâ Deorum ſuorum comitatu, mediô in tricliniô locô editiore menſam adornari juſſerat Philippus, magnificô & ſacrorum apparatu, exſtructa inſuper media in menſa ara, in quâ fructuum omnis generis primitiæ adolebantur, ita ut quum cæteris convivis fercula varia apponerentur, huic cum aſſeclis ſuis pueri thymiamata libaminaqué, qualia in ſacris ſolent, adolerent. Quâ ratione exceptus, cùm nihil inferretur quod eſuriem placaret, irriſus, ludibriôq; omnium ſannisq; traductus, è convivio cum ſuis proripuit ſe, indignabundus.

Menecratis poſteri quinam.

Hujus Menecratis veſtigia hodiè quibuſdam in locis legere videas illos, qui Artis ſucceſſibus (ſæpenumerò fortuitis) tumentes, ſolos ſe illius cognitionē uſumq; unâ cum pulviſculô devoraſſe ſtultè & arroganter ſibi perſuadent. Ac cùm rectè aliorum dicta factaque nasô ſuſpendunt (quaſi ſoli nati eſſent πάντα κατορθοῦν, *omnia rectè agere*) tùm illos præcipuè, qui honoribus ipſis pares, ſolô autem præcedentium annorum numerô inferiores ſunt, tanquam fungos putidos non tantùm ſuperciliosè contemnunt, ſed qua poſſunt etiam arte modôq; eorundem incrementis & luminibus (ut nomen, puta, famamqué, quam alii etiam mererentur, ſoli ſibi poſſideant) obſtant & officiunt. Cùm tamen & iſti ſuum quoqué dolium, licet non tàm operosè, tantôq; cum ſtrepitu, ſed tamen volvant: ac interim etiam hoſce quoq; Joves (quantumvis eos extra omnem

erroris

erroris aut prævaricationis aleam positos esse, vulgus, & qui ultrà vulgi, si quæ est, sapientiam non exsurgunt, stultè sibi persuadent) strenuè quandoq; dormitare & impingere, liquidò deprehendant. Reperias enim non-nullibi ex Inferioribus (quamvis rariores, quis neget?) quos illi limis intuentur, qui virtute seniores, quàm ætate, nihilq; cum juvenibus commune habentes, Superioribus sapientiâ vel pares sunt, vel non longè impares: Quiqué illud Cornelii Nepotis jure sibi accommodent:

Mentô canescant alii, nos mente; capillô,
Nos animô; facie, nos pectore: tempora certè
Virtutem non prima negant, non ultima donant.

Reperias, in quem quadret illud Pindari *Pyth.4.*

Κεῖνος γὰρ ἐν παισὶ νέος,
ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς
Est quidem ille ætate juvenis, consiliô verò canus.

Vel hoc, quod de Pisone canit Silius Italicus:

——— *sed corde sagaci*
Æquabat senium, atq; animô superaverat annos.

Nimirum *nequé vetulus canterius* (ut ait Varro) *quàm novellus melior, nequé canitudini comes virtus, quæ non ætate* (secundùm illud Comici) *verùm ingeniô adipiscitur.* Ut autem *non annorum canities laudanda, sed morum*: ita *multi juvenes morum gravitate maturi sunt: è contra quidam senes morum levitate maculantur.* D. Ambros. Epist. contra Symmach. Cassiodor. l.9 Epist.22.

Insuper ne ad testandum fastum & animi elationem quicquam reliqui faciat Menecratica ista soboles, in colloquiis etiam & conventibus publicis, singulari ducti nitoris specie, communem loquendi morem reformidant, & vel turbâ inanium verborum omnia, quæ dicere volunt, copiosâ loquacitate circumeunt: vel id demum eleganter atq; exquisitè dictum putant, quod interpretandum sit.

Verùm enimverò, cuicunqué Medicorum, quisquis cuiatis ille sit, curæ cordiqué est (ut esse debet omnibus) audire & esse πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων: haud quaquam animô elatus est, nec quos infrà se tempus & fortuna locarunt, superciliosè contemnit; vel illius tantùm (plura enim tædio parcens, sciens, Medic⁹ cordatus nec seipsum arroganter extollit.

volenſquè prætereo) memor, quod Divus Gregorius alicubi:

Τῷ μή μοι λίην μεγαλίζεο, μηδ' ἐπὶ τοῖο
κάρτος ἔχειν πεποίθησαι, καὶ εἰ μάλα πάνσοφος εἶναι.
Μὴ δὲ ἐὰν εἰσορόων χθαμαλώτερον ὕψος ἀρετῆς,
Ὡς πάντων κρατέων, καὶ τέρματος ἄστεον ἐλαύνων.
τέρματος οὗτος ἔμειψεν, ὃς οὐκ οἶδε τέρμα πορείης
Ἄλλον μὲν τρομέειν, ἄλλον δέ τι μὴ βλεμεαίνειν.
εἰς γῆν ὕψος ἔθηκεν, ἐς οὐρανὸν ὕψος ἄγει.
Καὶ ὑπερφιάλοισι Θεὸς κοτέει μεγάλωσι.

Quæ ſolutâ oratione ſic reddit Billius: *Quamobrem nihil eſt, cur magni aliquid de te exiſtimes, aut ſapientia tuæ, quantumvis eximiæ atq; excellentis, viribus fretus ſis: aut ſi abjectiorem aliquem tibiq; virtute imparem videas, animum protenus tollas, perindè ac palmam omnibus præripueris, nec à metâ procul abſis. Intra metam etenim ille haud dubiè ſubſiſtet, qui curriculi metam non proſpexerit. Animó quidem ſublimis & excelſus, cæterùm ab inſolentia ſuperbiaq; alienus eſto. Ut enim magnitudo & ſublimitas hominem in cœlum tollit: ſic rurſus animi elatio atq; arrogantia eundem in terram dejicit: ac Deus perpetuâ irâ ſuperbos inſectatur.*

Nec alios maliotiosè oppreſſum it. Nec etiam, ſi quicquam illi aceti eſt in pectore, τῷ ἀγαθῷ emergendi languidum quidem ſed tamen conatum, lividis machinationibus clanculùm moratur. Non enim, ni ſe-ipſum, ignorat: nullam eſſe in ſylvis arborem quantumvis proceram, quæ initiò non laboraverit terram frangere, & debili faſtigiô emicare. Taceo quòd vertente ſe rerum humanarum circulô, *Sidon. Apoll. l. 8. Epiſt. 7.* quæri quandoq; ſoleat: *Ubinam illorum prærogativa, qui contra indolem juniorum, ſolâ occaſione præcedentis ætatis intumeſcebant?* Nihil ſiquidem æternum mortalitati indulgetur; nihilq; tàm ſecuris radicibus nititur, in quod violentia fatorum non valeat. Undè qui hodiè florent, in autumnô ſuô decident, & fortaſsè etiam calcabuntur. Utplurimùm enim illud Diphili verum eſt:

Πολιὸς τεχνίτης ἐστὶν ὁ χρόνος, ὦ ζεῦ·
χαίρει μεταπλάττων πάντας ἐπὶ τὰ χείρονα.
Eſt canus artifex, ô Jupiter, dies:
Nam gaudet omnes deteriores reddere.

Et

Et tunc quidem inopinati rerum eventus & vicissitudines, invitâ & nequicquam repugnante invidia, veritatem præstant hisce Lucretii versibus: *lib. 5*

Sic volvenda ætas commutat tempora rerum.
Quod fuit in pretio, fit nullo deniq; honore:
Porrò aliud succedit, & è contemptibus exit;
Inq; dies magis appetitur; floretq; repertum
Laudibus; & mirô est mortaleis inter honore.

Est, porrò, & aliud Medicorum quorundam vitium, quô se pejus cœnô collutulant: sacra videlicet auri fames, & inexhausta habendi libido: ex cujus mali contagiô, nî plurimi malè habeant, pessimè habere solent, secundùm illud vulgò notum, quod ad Philemonem auctorem referunt: *Medicorum quorundam χρυσοβουλομία.*

Τίς ἐστ' οὗτος; ἰατρός. ὡς κακῶς ἔχει
Ἅπας ἰατρὸς, ἂν κακῶς μηδεὶς ἔχῃ.

Quis iste porrò? Medicus. ô quàm sese habet
Medicus malè omnis, nemo si malè sese habet.

Ad hunc si fors tenuioris fortunæ quispiam, consilium rogaturus, vacuis accedat manibus: vel domi se non esse dicet, vel gravioribus occupatum: misellumqué consiliô quoqué vacuum, languentem insuper & lugentem à se dimittet. Nam hîc quidem

nisi qui argentum dederit, nugas egerit. *Plaut. prol. Menæch.*

De his accipiendum sequens Tetrastichon:

Aurea caussidicus loquitur suffartus ab aurô,
Bulgam claude tuam: claudet & hic labium.
Plurima divitibus Medicus: sed scribit egeno
Pro nihilo, infelix, accipe nil, & abi.

Huic si tu fortè Hippocratis, ἡγεμῶνος τῆς θεοπρεποῦς ἐπιστήμης, *principis divinæ scientiæ*, exemplum obponas, apud quem potior erat sapientiæ, quàm auri ratio, ut ipse de se scribit *Epist. ad Demetr.* Βασιλεὺς Περσέων ἡμέας μετεπέμψατο, οὐκ εἰδὼς ὅτι λόγος ἐμοὶ σοφίης χρυσοῦ πλέον δύναται. *Persarum Rex nos accersivit, ignarus, quòd apud me major est sapientiæ ratio, quàm auri*: in promtu habebit, & tanquam Persei parmam obvertet illud Comici, *Asinar. 1. 3.*

Diem, aquam, Solem, Lunam, noctem, hæc argentô non emo. *Mantellum Medicorum φιλαργύρων.*

Cætera quæq; volumus uti, græcâ mercamur fide:
Quum a pistore panem petimus, vinum ex cœnopoliô,
Si æs habent, dant mercem.

Advocabit & hoc Euripidis *Rhesô v. 161.*

----- πονοῦντα δ᾽ ἄξιον
Μισθὸν φέρεσθαι, παντὶ γὰρ προσκείμενον
κέρδος πρὸς ἔργῳ, τὴν χάριν τίκτει διπλῆν.

———— *sed laborantem decet*
Mercedem auferre. Additum enim omni
Negotio lucrum, voluptatem parit duplicem.

Plin. l. 29. c. 1. Pausan. in Corinth.

Illud etiam Luciani laudabit *de merc. conduct.* καὶ δὴ φημί σε μηδένα μηδὲν ἀμισθὶ ποιεῖν, οὐδ᾽ ἂν τοὺς τὰ μέγιστα περιπλούτους εἴπῃς, ὅπου μηδὲ βασιλεὺς αὐτὸς ἄμισθός ἐστι. *Equidem aperte pronuncio, neminem quicquam facere gratis: ne si vel maximarum rerum administratores objeceris: quando nec ipse princeps mercedis est expers.*

Præter hæc & Æsculapii exemplô se tuebitur, quem eodem vitiô laborasse, aurôq; corruptum Hippolytum vitæ reddidisse, memoriæ proditum est. Qua de re sic Pindarus canit, *Pyth. 3.*

Ἀλλὰ κέρδει, καὶ σοφία δέδεται
ἔτραπε κἀκεῖνον ἀγάνορι μι-
σθῷ, χρυσὸς ἐν χερσὶ φανεὶς
ἄνδρ᾽ ἐκ θανάτου κομίσαι
ἤδη ἁλωκότα.

Sapientia vel aurô vincitur. Quid & hunc pervertit ingenti preciô aurum nimirum in manibus apparens, dum ab inferis ad vitam revocaret Hippolytum, qui jam ante morte captivus tenebatur.

Tantam videlicet aurum ad persuadendum vim habet. Unde eleganter D. Gregorius:

χρυσοῦ λαλοῦντος ἄπας ἄπρακτος λόγος·
πείθει γὰρ οὗτος, κἂν μὴ πέφυκε λέγειν.

Aurô loquente, nil potest oratio,
Persuadet aurum namq;, sit mutum licet.

Cui consonat hoc ejusdem:

Πείθουσι δῶρα καὶ σοφοὺς παραβλέπειν·
Ἔργοις δὲ θήρας χρυσὸς ὡς πληκτοῖς πάγη.

Sapiens

Sapiens ut erret, sæpè suadent munera:
Laqueo volucris, at vir aurô prenditur.

Hæc autem nunquam exsaturata libido tantùm apud nonnullos valet, ut non solùm omnibus, cujuscunque sint ordinis & conditionis, modò vel exigui lucelli spes sit, omni adulationis genere abblandiantur, & ad omnia ægrorum imperata, quovis mancipio promptiores obsequentioresq; sint; ignorantes illud maximi Medicorum Hippocratis: Τὸ ἀστεῖον, καὶ τὸ πρόχειρον περιφρονῆται, κἂν πάνυ χρήσιμον ᾖ, *promptitudo & facultas medendi effusè oblata contemnitur, licet fructuosa nimis sit & utilis*: sed sæpè etiam numerò, nullâ requirente necessitate, fœdô tantùm lucri odore allecti, ad putida quæque non nares tantùm, sed sordidas etiam manus, aurum, puta, ibi investigantes, admoveant. Quæ indignæ sanè Medico χαμαὶ sordes, sordido quoq; Epigrammati fundum præbuerunt:

Morborum causas, olidô de stercore nosse,
Aut nullum, aut minimum, nobilis artis opus.
In merdâ est aliud multò excellentius, hocq;
Imprimis quærunt lucripetæ medici.
Nam quod sæpè manu digitisq; cacamina versant,
Quodq; avido merdam, dente, Jacobe, terunt:
Quærunt ex illô res præstantissima, κέρδ@:
Hoc aurum ex ipso est stercore colligere.

Adhæc, quoniam omnium vitiorum fons & radix est avaritia: nil mirum, si hoc morbo (quem χρυσοβουλιμίαν appellare licet) laborantes, vel oculos doleant, vel cor sibi rodi sentiant, sicubi vel humô tolli Collegarum quempiam, vel ejus commoda felici rerum incrementô augeri videant. Hinc tàm curiosæ & solicitæ interrogationes, *quid rerum agatur? ut succedat Artis exercitium? idq; quàm frequens sit? quàm fructuosum?* Quibus tamen percunctationibus detegunt felle litum cor, ac produnt morbum suum. *Curiosus* enim *nemo est, quin sit malevolus.* At *miserorum plerumq; est*, Comici effatô, *ut malevolentes sint atq; invideant bonis.* Nam, si fors quæras,

—— *invidere alii benè esse, tibi malè esse, miseria est.*
Qui invident, egent: illi, quibus invidetur, rem habent.

Videte quæso, quid potest pecunia. Pl.

Avaritia Med. quos fœtus pariat.

Plaut. Capt. 3.4.
Idem Truc. 4.2.

 Quod

Quod si omninò similitudinem illorum, quos florere vident, desperant, simultatem eorundem affectant, ut qui suô nomine obscuri sunt, alienô innotescant. *Pariter enim*, ut eleganter Scriptor Madaurensis, *ut qui herediolum sterilem, & agrum scruposum meras rupinas & senticeta miseri colunt: quoniam nullus in tesquis suis fructus est, nec ullam illic aliam frugem vident; sed*

L. 2. Florid.

Infelix lolium & steriles dominantur avenæ:

suis frugibus indigent, aliena furatum eunt, ut eos flores carduis suis misceant: ad eundem modum, qui sua virtutis sterilis est. Et hinc adeò fit, ut meliores & florentiores obtrectari, calumniari, simulata fronte (quâ nulla capitalior pestis) odiô prosequi, omniaqué eorundem dicta & facta clanculum obelô configere, nectar illis sit & ambrosia. Ut ambabus manibus arripere, ac seriò agere videantur, quod Lucian. perversos seculi sui mores perstringens, de Rhetoribus ac Oratoribus nonnullis in hunc modũ scribit:

Rhetor. Præcept.

ὑπομειδία δὲ τὰ πολλά, καὶ δῆλος γίγνου μὴ ἀρεσκόμενος τοῖς λεγομένοις. ἀμφιλαφεῖς δὲ αἱ ἀφορμαὶ τῶν μέμψεων τοῖς συκοφαντικοῖς τὰ ὦτα, τὰ δὲ ἄλλα χρὴ θαρρεῖν. ἡ τόλμα γὰρ καὶ ἡ ἀναισχυντία, καὶ τὸ ψεῦσμα πρόχειρον, καὶ ὅρκος ἐπ᾽ ἄκροις ἀεὶ τοῖς χείλεσι, καὶ φθόνος πρὸς ἅπαντας, καὶ μῖσος, καὶ βλασφημία, καὶ διαβολαὶ πιθαναί. ταῦτά σε ἀοίδιμον ἐν βραχεῖ καὶ περίβλεπτον ἀποφανεῖ. *Subsanna autem quamplurima, & palàm ostende minùs tibi placere, quæ dicuntur. Abundè autem reprehensionum occasiones Sycophanticis aures suppeditabunt. At in reliquis confidere oportet. Etenim audacia & impudentia, mendacium quoq; promtum, ac semper in labiis summis perjurium & invidia ergà cunctos, odium quoq; & blasphemia, nec non calumniæ frequentes, hæc te brevi celebrem & conspicuum reddent.* Sed fugiamus has pestes.

In Artem Med. non fas est irrumpere, sed irrepere.

Est, tandem, & aliud Medicorum quorundam vitium, musteorum præcipuè, eorumq;, qui postquam in Scholis de Artis Medicæ constitutione quædam vel eminùs inaudiverunt, è vestigiò ad Sacrorũ illius adyta audacter potiùs irrumpere, quàm prudenter irrepere non verentur, de quibus J. C. Scaliger, quô post Hippocratem nemo major Medicus:

Mera colluvies scutica, subsellia linquens
Olida puerorum calefacta sessione.
Statim ubi tetigit, vel pede Pessuli tabernas

Est

Et duo modulo atq; ordine formulas docentum
Olfecit: ab his illico temeraria regnis
Sese in penetrale induit Æsculapiorum.

Quantò melius autem rebus & suis & aliorũ præcoces isti consulerent, si non curriculò & unô quasi saltu; sed paulatim, ac veluti per gradus ad tanti muneris fastigium & dignitatem contenderent! Id cùm in aliis artibus longè inferioris subsellii non tàm solenne, quàm necessarium sit, in Medicinâ, Artium nobilissimâ, non attenderetur? Eleganter Divus Gregorius: Ἐπαινῶ, inquit, τὸν ναυτικὸν νόμον· ὃς τὴν κώπην πρότερον ἐγχειρίσας τῷ νεῷ κυβερνήτῃ, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν πρῷραν ἀγαγὼν καὶ πιστεύσας τὰ ἔμπροσθεν, οὕτως ἐπὶ τοὺς οἴακας καθίζει μετὰ τὴν πολλὴν τυφθεῖσαν θάλασσαν, καὶ τὴν τῶν ἀνέμων διάσκεψιν. ὡς δὲ καὶ τοῖς πολεμικοῖς ἔχει, στρατιώτης, ταξίαρχος, στρατηγός. &c. *Verùm nauticam legẽ præclaram censeo, quæ gubernatori futuro primùm remos committit, deinde ad proram collocat: sicq; prioribus muneribus ipsis commissis, tandem eum post diuturnam maris verberationem ac ventorum observationem ad gubernacula constituit. Eadem rei militaris est ratio: miles primùm, deinde centurio, tum Imperator.* *Orat. in laudem Basil.*

Undè mirum non est, si, qui paulò accuratiorem diligentioremq; valetudinis suæ rationem habent, Medicorum talium operam aversentur & fastidiant. E quorum numerò fuisse videtur auctor sequentis Epigrammatis ad Calliodorum:

Et studiis favisse tuis juvenilibus olim
Et memini functum me patris officiò;
In votisq; nihil satius potiusq; fuisse,
Quàm ut tu conspicuo conspicere re loco.
Nunc medicas arteis exerces, nec tamen æger
Uti operâ possum, Calliodore, tuâ.
Res stomachum movet ista tibi, caussasq; subindè
Mutati rogitas tàm citò propositi.
Consuluisse tibi tunc temporis ipse volebam,
Nunc volo, si quæris, consuluisse mihi.

Novelli, porrò, isti ac vesticipes, quos fortè non ineptè πτιχοιάτρους vocarit quispiam, scioli plerumq; sunt & arrogantes: quos si tu meliora monere, ipsisq; ignorantiæ velum detrahere velis, planè frustra sis. Verè enim Poëta Cilix 1. ἁλιευτ. v. 219.

alii-

---- αἰεὶ μὲν ἀπειρήτων νόος ἀνδρῶν

Δύσμαχος, οὐδὲ θέλουσι καὶ ἀτρεκέεσσι πιθέσθαι.

Semper enim imperitorum mens hominum

Expugnatu-difficilis, neq; volunt etiam veris fidem adhibere.

Magnos profectus frequenter perdidit, arrogans de se persuasio.

Cujus rei caussa est, damnosissima bonis ingeniis οἴησις, seu præsumptio, quæ velut epidemia quædam pestis præclaros sæpè fructus in ipsis floribus suffocat & extinguit. Ut enim ad Sapientiam, ita etiam ad Medicinam (οὐ πολλὴ γὰρ, Hippocratis fide, διαφορὴ ἐπὶ τὰ ἕτερα, *non enim magnum est inter ipsas discrimen.* Imò Democritus ἰητρικὴν σοφίης ἰητρικῆς ἀδελφὴν καὶ ξυνοίκον, *sapientiæ cognitionem Medicinæ sororem ac contubernalem* vocat, *Epist. ad Hippocrat.*) multi pervenirent, nisi putassent se jam pervenisse. Audiamus, quæso, quæ hac de re divini Hippocratis, qui, teste Galenô *7. Meth. 2. omnium salutarium præceptorum semina nobis praebuit*, mens sit:

l. de Leg.

τὸ οἴεσθαι, inquit, μὴ πρήσσειν δὲ, ἀμαθίης καὶ ἀτεχνίης σημεῖόν ἐστι. οἴησις γὰρ, μάλιστα ἐν ἰητρικῇ αἰτίην μὲν τοῖσι κεχρημένοισιν, ὄλεθρον δὲ τοῖσι χρεωμένοισιν ἐμποιέει. *Putare quidem, non autem facere, ignorantiæ & imperitiæ argumentum est. Opinio enim, maximè in medicina, in crimen vertitur his, qui ea utuntur; in calamitatē verò his, qui ejus opera fruuntur.* καὶ γὰρ, pergit idem, ἢν ἑωυτοὺς ἐν λόγοισι πείσαντες, οἰηθῶσιν εἰδέναι ἔργον τὸ ἐν μαθήσει, καθάπερ χρυσὸς φαῦλος ἐν πυρὶ κριθεὶς τοιούτους αὐτοὺς ἀπέδειξε. *Nam cùm ob scientiam sermonum universalium sibi ipsis persuadeant, sese ipsum etiam artis opus singulare novisse, non aliter ac aurum adulterinum ab igne examinatur, ita eorum ignorantia hac professione arguitur.* Ut meritò vitium hoc (cujus apud nos messem licet metere maximam: nam velut irrigua herba nunc succrevit uberrimè) D. Gregorius lachrymis & luctibus dignum esse censeat, *Apologet. 1.* ubi ait: τοῦτο δακρύων μὲν καὶ στεναγμῶν εἴπερ τι ἄλλο τὸ πάθος ἄξιον ὃ καὶ πολλάκις ἐγὼ κατῳλοφυράμην. εὖ εἰδὼς, ὅτι τὸ οἴεσθαι, ἢ εἶναι τὸ πλεῖστον ἀφαιρεῖται, καὶ μέγα τοῖς ἀνθρώποις ἡ κενοδοξία πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον. *Hoc vitium lachrymis quidem ac luctibus, si quod aliud, dignum est, idq; sæpenumerò mecum ipse deploravi, optimè sciens, opinionem rei opinione conceptæ maximam partem auferre, manisq; gloriæ studium ad virtutis adeptionem hominibus plurimùm obesse.* Et ad eandem faciem, *Oratione de seipso, &c.* ῥᾷστον ἑαυτὸν ἀπατῆσαι, καὶ οἴεσθαι εἶναί τι οὐδὲν ὄντα, ὑπὸ τῆς κενῆς δόξης φυσώμενον. *Nihil facilius est, quàm ut seipsum quis fallat, ac putet se aliquid esse, cùm*

nihil

nihil sit inanis gloriæ aurâ intumescens. At quicunque rem rectâ secum reputat viâ, id sibi persuasum habet, maximam partem eorum, quæ in arte novit, esse minimam illorum, quæ ignorat: ideoq; & illud Crateris Thessali sæpè apud animum suum ingeminat: Ὦ Ἡράκλεις ὅσα λανθάνει ἡμᾶς. *Dii boni quanta ignoramus.* *Plutarch. 2. Sym. 5.*

Cæterùm, si fors fiat ut τῦφοι isti, vel ejusdem etiam farinæ alii, ad Artis vocentur opera, ne prodant ignorantiæ suæ morbum; vel multa, præsertim apud imperitos, garriunt ineptè, contra Hippocratis monitum, cùm ait: Τηρεῖν δὲ χρὴ ἰατρὸν ὅτι μάλιστα, μὴ πολλὰ φαίνοντα τῶν τοῦ σώματος μερέων. μὴ δὲ πολλὰ λεσχηνευόμενον τοῖσιν ἰδιώτῃσιν. ἀλλὰ τ' ἀναγκαῖα. Νομίζει γὰρ τοῦτο βίην εἶναι ἐς πρόσκλησιν θεραπείης. Quæ Heurnius sic reddit: *Maximè autem cavendum, ne ipso opere plurimas corporis partes ostendat, neq; cum idiotis plurimùm fabuletur, præterquam quibus opus est. Alioqui vi (ignorantiæ) eò abripi videbitur, ut (hac loquacitate) patrocinetur (sinistræ) suæ curationi.* Vel propiùs paulò ad Græcorum verborum vim, ipsamq; rei veritatem: *Hoc enim violentiæ esse consuevit ad curationis provocationem.* Vel ita se gerunt, ut cum Arte non possint, moribus placeant: Norunt enim indolem præsentis seculi, quô

Eur. Cord.

Mimus, adulator, parasitus, morio, vanus,
Histrio, leno, dicax, ludio, scurra placent.

Moribus, inquam, sæpenumerò tàm ineptis ac scurrilibus, ut majorem Arti ignorantiam, quàm sibi & nomini suo laudem concilient. Audiamus quid hac de re cynosura nostra Hippocrates: Σχήματι, inquit, ἀπὸ μὲν προσώπου σύννουν, μὴ πικρῶς· Αὐθάδης γὰρ δοκέει εἶναι καὶ μισάνθρωπος· ὁ δὲ εἰς γέλωτα ἀνιέμενος, καὶ λίαν ἱλαρὸς, φορτικὸς ὑπολαμβάνεται. φυλακτέον δὲ τὸ τοιοῦτον οὐχ ἥκιστα. *Figuram faciei habeat meditabundam, citra amarulentiam; ne intractabilis videatur, & misanthropos. Qui autem in risum se solvit, ac nimium est hilaris, illepidus ac molestus habetur. Quare magnâ cautione illud vitandum.* Lecto enim affixus æger, non nugantem quærit, sed sanantem Medicum. *Quid aures meas scalpis*, inquit Seneca, *Epist. 75. quid oblectas? aliud agitur urendus, secandus abstinendus sum. Ad hæc adhibitus es, curare debes morbum veterem, gravem, publicum.* Vel tandem, si levius aliquod malum occurrat, quod Medicô opus non habeat; imperitè tamen id ipsum irritant, ut opus quærant: vel indecorè *l. de. Med.*

illius magnitudinem & periculum adaugent, ut famosiùs & pretiosiùs curasse videantur. Hinc

——— ruit damnosa procella
Asectâ venâ: vel si te musca lacessit,
Affirmant vulnus, quasi factum à dente leonis.

Quòd si verò, nec propriâ virtute emergere, nec per enumeratos gradus, quò velint, pervenire possint: ad alienæ auctoritatis fulcimen confugiunt, quod instar hederæ turpibus obsequiis (alterius enim sic res altera poscit opem) amplectuntur, ut illius subsidiô humo se tollere faciliùs, & suum sibi morbum, quem Chrysendiam fortè vocare licet, curare feliciùs possint. At verò, non tàm servile, quàm miserum est

——— alienæ incumbere famæ,
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis.

Non rarò namq; vallus, quod est in proverbio, vitem decepit. Et vidi, qui quereretur:

——— heu sum deceptus ab illô
Laturum misero qui mihi rebar opem!

Quod ne tu metuendum habeas, ô amice, ita res ac rationes tuas institue, ut dum, quod nomen cluet satagis, Homericum illud de te usurpare verè possis:

εἰσί μοι ὀφθαλμοί τε, καὶ οὔατα, καὶ πόδες ἄμφω
καὶ νόος ἐν στήθεσσι τετυγμένος οὐδὲν ἀεικής.

Sunt oculi mihi, sunt aures, geminiq; pedes sunt,
Insita pectoribus mens est, neq; stulta, neq; excors,

Aut enim me omnia fallunt, aut in Medicâ quoq; arte locum habet illud Bionis:

Οὐ καλόν, ὦ φίλε, πάντα λόγον περὶ τέκτονα φοιτῆν,
μηδὲ ἐν παντὶ ἄλλω χρέος ἰσχέμεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
σύριγγα τεύχεσθαι.

Non pulchrũ est, ô amice, *omni de causa ad fabrum ventitare,*
Neq; in omnibus alio indigere: sed & ipse
Fabrica fistulam.

Sed heus tu, qui suprà Ciceronis dictô aurem mihi pervellisti,

Gnath. lib. I. Lig. v. 134.

Desine paucorum contagia morbida, quæso,

Ipte-

In totum transferre gregem, culpaq; carentes
Exaquare reis: insontes culpa nocentum
Non trahat.

Paucorum enim culpa ipsis exitiosa esse debet: nihil universorū juri derogandum. Nec debent pœnam luere (ut JCtor. loquuntur filii) quos nulla contingit culpa. Peccata suos auctores tenere debent. Nemo alieni criminis successor constituitur. Nec alió animô dicta à me fuisse, quæ dicta sunt hactenus, testor conscientiæ meæ fidē, & quantâ possum contentione protestor. Non enim ignoro illud D. Gregorii: καὶ οἱ μὲν οὐ δικαιοῦσι μέλανας, ἀλλὰ λευκοὺς τοιούτους, οὐδὲ δυσγενεῖς ἢ δυσειδεῖς, ἢ ἀνάνδρους, ἢ ἀκολάστους, ... ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος κρίνεται, καὶ οὐ κοινοῦται, ὅτι τῶν ψεγομένων οὐδὲν, ὅτι τῶν ἐπαινουμένων. *Cúmq; non ideò statim quidam nigri judicemur, quia nonnulli tales sint, nec obscuri atq; ignobiles aut deformes, aut ignavi, intemperantes, ac libidine perditi; quòd plures ita se habeant: Verùm unusquisquē privatim consideretur & expendatur, nec res ulla tàm in laude, quàm in vitio posita, communiter omnibus attribuatur.* Sed unguem tandem ex ulcere.

Cęterùm in inveniendis, quæ auctor noster hoc locô dixit, medicamentis atq; adjumentis, non tantùm pręclaram operam præstitit, sed omne tulit punctum Neotericorum inventum, & res mira, ultraquē mortalem sortem laudanda Ars Chymica. Quod pluribus ostendere, esset non tantùm otiô abuti, sed & splendidissimo Soli, cùm maximè sudum est cœlum, facem accendere. Non autem hîc intelligo Artem illam, quæ in Metallorum metamorphosi tempus vel sumptuosè consumit, vel inutiliter perdit: quam Petrarcha *l. de remed. utriusq; fort. dial. 111. mentiendi & fallendi artem*, Phil. Melanchthon. *in expl. Evang. in Festo Epiph. sophisticā quandam imposturam*, Peucer. eo ampliùs *in Divino divinationum tractatu*, *Dæmonis præstigias* appellant. Cùm quibus facit illustris Scaliger, qui *Exerc. 23. p. 110.* disertè scribit se Chymistarū fornaculas odiô odisse plus quàm Vatinianô. *Sunt enim*, inquit, *noctuæ ad aucupia crumenarum, à quibus aurum, quod posteà pollicentur aliis, sibi capiunt prius.* Undè idem Heros *in Man. Catull. de Turpilione Alcumista.*

Carbonarius ille, quem videtis,
Non est, ô lepidi mei sodales,

Tacit. 13. Annal.

Orat. 3. de Pace.

Chymia lau[s]

Alchimia ars mentiendi & fallendi.

Fallacias impostorū chrysopœjam promittentium recenset Cl. Senn. de Cos. & Diss. Chy. cap. 2. quam vide.

Impoſtor malus: hunc cavete fures.
Vult artem ſibi vindicare veſtram;
Verùm artem vafer arte condiendo.
Sic artem, puto, mutat ut metalla:
Quæ mutata manent tamen priora.
Imponit faciem facetiorem,
Plumbo, cinnabariq; , ſulfuriq;
Aurum pollicitus parare plumbo.
Mentitur penitus, nec ille mutat,
Aurum tranſmovet in nihil frequenter:
Quando aurum nequit excitare ab ære,
Ne non mutet, ut anteà recepit.
O ſæclum ſtupidumq; , plumbeumq;.
An poſt aliquid boni, probiq;
A fuligine & improbis favillis?

Et alibi.

Dic alchymiſta follium voratori
Quem qualis impoſtura crebra ditavit,
Auriſluâ cùm pauper arte ſit factus,
Levior qui, inaniorq; folle, ventoq; eſt,
Cedat pudori jura, veritatiq;.
Crumenimulgus ſtultioris ætatis.
Aurô ille nunquam, ſemper at fame pallens.
Nam quâ viâ; quâ ratione, quô vultu
Aurum popoſcit, qui daturus eſt aurum?
Pro præmio aurum poſcis, & crepas aurum?
Hic ergò, cujus è metallicâ venâ
Quæ Ceſſiteridem ſudat, aut Molybdænam,
Lithargyrum, aut Hydrargyrum, aut Sideritim
Profitebitur, jurabit, aſſeverabit
Iri excitatum lucidas notas auri
Fronte impudenti, & plumbeo planus vultu.

Sic Libanius Sophiſta (quod obiter addo) lepidiſſimè Magos ob eandem cauſam irridet, & vanitatem artis ipſorum coarguit, *declamat. 43.* ἀλλὰ δὲ γάρ, inquit, μὴ παῖδάς σοι θησαυροὺς ἀπεκάλυψεν ἡ τέχνη, καὶ ὅσα νῦν ἐν τῇ γῇ κρύπτεται τῆς σῆς οἰκίας ἐποίησεν; Documen-

mento ſit vel unus Ptolemæus Auletes Ægypti Rex, qui cùm, teſte Athen. *lib. 5.* Magus eſſet, & regnum opulentiſſimum poſſideret, tamen ſolvendo æri alieno impar fuit; & Rabirium, quem Cicero defendit, aliosquè creditores penè perdidit, pulſusquè regno, operâ & exercitu Gabinii, non ſuâ vi, reſtitutus eſt. Adverſus eaſdem fuliginoſas Pſeudo-Chymiſtarum fallacias extant etiam Natalis Comitis verſus non ineruditi. *l. 2. Mythol. c. 6.* quos pace tuâ, Amice Lector, liceat adſcribere:

Ars fallax, inviſa bonis, dulcedine captos,
Jucundè ut perimis! dementibus improba Siren.
Naturam ſuperare putas te poſſe per ignem?
Stulta quid inſanis? te longis paſſibus illa
Deſerit, ac tandem nil perficis. Illa colorum
Te fallit, rerum te fallit mille figuris.
Sic fertur Protheus ſe in multas vertere formas,
Cùm fieret ſerpens dirus, cumq; unda vel Ignis.
Uris opes, properans quas fumus portat in auras,
Inde ardens miſeris torquet præcordia virus,
Exitialis amorq; auri, ſæviq; dolores
Quos ſemel inſana fallacia ceperit artis.
Occupat hæc nulli miſero veſania mentem,
Ne pro peccatis hominum ſator atq; Deorum,
Supplicia, ingenteſq; paret mox ſumere pœnas,
Mendici fiunt, ſemper caligine barba
Squalet, & immodicô turpantur pallia fumô,
Et nova quærentes ſemper mendacia jactant
Defeciſſe ſibi vires. Ubi nova reperta eſt
Mercurium ratio quâ poſſint ſiſtere in aurum.
Ad notos homines inde hæc contagia ſerpunt
Si quemquam arripiant, qui ſtultas præbeat aures
Non prius effugiet, quàm & ſit perpeſſus eandem
Fortunam, ſcopuloq; ratem confregerit uno

V. Theobald. Hogheland. l. de Alchem. difficult. ſtatim à princ.

Mille Exemplorum (quæ ſciens prætereo) vicem præſtare poteſt Aurelius Augurellus, vir cætera doctiſſimus, de quo Jovii verba lubet adſcribere: *Noviſſimè*, inquit, *ridendus ille morbus certæ egeſtatis, & caſſi laboris comes, curioſis ingeniis familiaris, totum homunculum occupavit, metalla & ſuccos in abditis fornacibus reco-*

In Elog. Doctor. virorū, num. 68.

quentem, ut ex argento vivo concretum & ductile argentum ad cudendam monetam efficeret, & admirabili abditarum naturæ rerum massam conflando, purum inde aurum crearetur. Sed ea cura inani voto suscepta, nequaquam magno damno ei cessit, quum ingenium ab irrita spe ad facticanda carmina verteretur, ut fallacis & irrisæ artis certitudinem carminum authoritate demonstraret; quum ipso conscientiæ pudore inanis artifex proderetur. Hæc Jovius. Ex quo Latomi in eundem Augurellum Jambos transcribo:

Jocum vetustum refricans Aurelius,
Dum sperat aurum, luditur carbonibus:
Adhuc Leoni scribit auri prodigo,
Jam certus artis, nempe Chrysopejam:
Ut quod minus collegit è Carbonibus,
Avidi Leonis eripiet è dentibus,

Non tamen ignoro, reperiri Artis illius defensores & patronos viros magnos, magnô numerô; ita ut Laurentius Ventura *l. de arte Chymicâ* glorietur *se 250. volumina in nobili Bibliothecam Palatinam* (cujus nunc eheu! irreparabili rei literariæ damnô, in solô patriô nec vola amplius extat nec vestigiũ) *intulisse, & præter illa quinquaginta adhuc alia habere.* Sed illam (ad institutum redeo) intelligo artem, cujus beneficiô & industriâ aquæ, liquores, & salia, non solùm ex herbis, lignis radicibus; sed etiam ex succis concretis, terræ fossilibus, unionibus, coralliis, lapidibus pretiosis, aliisq; id genus solidis corporibus extrahuntur: nec non sublimes quoq; spiritus, facultates, & quintæ essentiæ ex iisdem eliciuntur, atq; in pessimorum morborum, qui aliis non cedunt remediis, curationibus, toti' corporis tutandi gratiâ, felici cum successu exhibentur. Quod d. a. multis hodiè invisum sit Chymicorũ nomen, culpa partim ignorantium inscitiæ, partim imperitorum prævaricationi, partim etiam, ac fortè præcipuè, improborum ac fraudulentiũ hominum imposturis adscribenda est. Quod si nulla Ars damnari jure potest, quòd vel ab ignaris imperitè, vel à malè-feriatis iniquè tractetur: Hanc sanè dictas solum ob causas aliis invisam reddi, maxima, profectò, injuria est. Tot enim illa nobis Dei Opt. Max. opera patefecit: tot pandit naturæ arcana: tot antehac ignotas pharmacorũ præparationes, her-

Chymiæ præstantia & utilitas.

herbarum deniqué, animantium, mineralium, ac omnium penè rerum abditos, & ipso naturæ sinu reconditos usus depromit, ut in humanum genus ingrati sint, qui sepultam illam volunt.

Porrò, non præstantia tantùm & utilitas hujus artis est maxima, sed & jucunditas & oblectatio summa. Nam, ut Hier. Rubeus ait, *in Epist. dedic. l. de Destill.* Artis istius cum Natura ludentis, ac potiùs, ut Zeno dicere consueverat, naturæ artificiosè ambulantis miracula, conspici jucundissimè à nobis possunt; dum varii ex aridissimis quandoq; rebus destillantis humoris, halituumq; colores prodeunt, perindè ac riparũ vestitus viridissimi ac grata florib. distincta, cœlumq; ipsum versicolore sub Auroram, facie: pręterquam quòd hinc quandoq; latè diffusam planiciem, quandoq; montes in ipsis vasibus videre videamur: sæpè liquores perlucidos amnium, sæpè lacus, sæpè fontes. Species etiam se nobis objiciunt frugũ, species arborum, quæ & fructus ferant: aquarum prætereà inductionibus, Terris quandam quasi fœcunditatem damus, sic ut artis ope in rerum natura ferè alteram Naturam efficere videamur.

Jucunditas & oblectatio

XVI.

Apicii inexplebilis ingluvies, & perdidissimus luxus.

Condimenta & gulæ incitamenta.) De his docuerit (neq; enim illorũ notitiam mihi laudi admodum, neq; etiam ignorantiam fraudi fore confido) Apicius ille artis culinariæ ad omnem luxum archimagyrus famosissimus, & gurges Nepotinus, de quo libet audire Senecam *ad Helv. 10. Apicius nostra memoria vixit, qui in eà urbe, ex quà aliquando Philosophi, velut corruptores juventutis, abire jussi sunt, scientiam popinæ professus disciplinà suà seculum infecit: cuius exitium nosse operæ precium est. Cùm sestertium millies* (nostro more & sermone, duos milliones & semis) *in culinam congessisset, cùm tot congiaria Principum, & ingens Capitolii vectigal, singulis commissationibus exsorbisset: ære alienò oppressus, rationes suas, tunc primùm coactus inspexit: Superfuturum sibi sestertiûm centies* (sunt nobis ducenta quinquaginta millia aureorum) *computavit: & velut in ultimà fame victurus, si sestertiò centies vixisset, venenò vitam finivit.* Idem testatur Dio Cassius *LVII. in Tiber. Apicius omnes homines luxus & gulæ studiò superavit, & cùm scire aliquando vellet, quid absumpti, & quid reliqui haberet; audito centies H.S. restare, indoluit, & ut fame moriturus, sese interemit.*

In hunc

In hunc Apicium sic Martial. *l. 3. Epigr. 17.*

Adi Budæum l. 2. de Asse.

Dederas, Apici, bis tricenties ventri;
Sed adhuc supererat centies tibi laxum
Hoc tu gravatus, ne famem & sitim ferres,
Summa venenum potione duxisti.
Nihil est, Apici, tibi gulosius factum.

Vide Athenæum *lib. 1. Dipnosoph. cap. 6.* Plin. *lib. 9. cap. 17.* Cælium Rhodigin. *lib. 9. cap. 11.* Pet. Victorin. *lib. 17. V. L. cap. 6.* Quod dum scribo, in mentem mihi venit Cleopatræ ultimæ Ægypti Reginæ, cui M. Antonius Phœniciam Syriam, Cyprum & Ciliciæ bonam partem, Judæam Balsamiferam & Nabathæorum Arabiam in stupri mercedem dedit. Hæc cùm Antonio edixisset, unâ se cœnâ centies sestertiûm (tantum videlicet, quantum Apicio ad pellendũ ultimæ & ignominiosæ famis metum satis non erat) absumpturam: Sponsionibus factis, posterô die magnificam cœnam, sed quotidianam, Antonio apposuit. Qui cùm eam irrideret, computationeḿq; expostularet: corollarium id esse Cleopatra dixit, consumpturamqué se in eo quantum promiserat, confirmavit. Inferri itaqué secundam mensam confestim jussit. Cumq; ex præceptô ejus Ministri unum duntaxat vasculum aceti antè eam posuisset, spectante Antoniô, quidnam agere vellet, detractum ex auribus alterum unionem, in vasculum mersit, ac mox liquefactum (solet enim aceti asperitas usq; in tabem margaritas resolvere) absorbuit. Injecerat alteri manum ut idem faceret. Sed nequaquam id passus est sponsionis ejus Judex L. Plancus, victumq; Antonium pronunciavit. Is posteà unio, qui superfuit, dissectus in duas partes, in utriusq; Veneris auribus Romæ in Pantheo fuit positus. Vide Plinium *lib. 9. c. 35.* Budæum *lib. 3. de Asse & ejus part.* Hic anceps sis animi, quid prius mirêre, ingensné unionis precium, an portentosum fœminæ luxum, cujus exemplum auctoribus Plin. *l. c.* Valer. Maxim. *lib. 9. cap. 1.* illi præivit Clodius Æsopi Tragœdi F. de quo Horat. *lib. 2. Sat. 3.*

Cleopatra Antonio condicta cœna.

Id est, decies centum millia sestertiû nummûm.

Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ
Scilicet ut decies solidum exsorberet, aceto
Diluit insignem baccam: qui sanior, ac si
Illud idem in rapidum flumen jaceretvé cloacam?

Verùm

Verùm haud scio, an majore cum hominum laude ab Augustinô sileri hoc potuisset. Nihil enim hoc ad comendandam divinam humani ingenij vim ac indolẽ, cùm miserabiles sint, quorum palatum non nisi ad preciosos cibos non excitatur. Pretiosos autem non eximius sapor, aut aliqua faucium dulcedo, sed raritas & difficultas parandi facit Sen. *ad Helv 9. Quantum autem ad sollertiam luxuria perennis accedit, tanto subtilius quotidiè & elegantius aliquid excogitat furor. Ita ut non sint ad popinam dentibus & ventre, & ore contenti: oculis quoq; gulosi sunt.* Idem *3. Nat. quæst. 18.* Quos gulæ proceres, ut Plinius *l. o.* nominat, ita cum eodem Sen. *Epist. 89.* compellaveris: *Quantulum ex illis epulis, quæ per tot comparatis manus, fessò voluptatibus ore libatis? quantulum ex istâ ferâ, periculosè capta, dominus crudus ac nauseans gustat? quantulum ex tot conchyliis tam longè advectis, per istum stomachum inexplebilem labitur? infelices etiam, quod non intelligitis, vos majorem famem habere, quàm ventrem, &c.* — *Gulæ proceres.*

XVII. *Multitudinem varietatemq; signorum.*) Notum est, non Ægyptios tantùm, sed & Græcos & Latinos, non tàm ad occultanda animi nostri sensa, quàm ob scribendi celeritatẽ Notis & signis plurimùm usos fuisse. Adi Ammian. Marcellin. *lib. 16.* Dion. *l. 55.* Quintil. *lib. 11. cap. 2.* Hinc Solin. *cap. 6.* & Plin. *lib. 7. cap. 21.* ex Cicerone referunt: olim quendam fuisse, qui universum Homeri Poëma ita subtiliter in membranis descriptum haberet, ut illud totum levi nucis putamine concluderet: nimirum, quòd signis atq; notis, & iis quidem valdè exilibus depictum esset. In quibus effingendis Myrmecidem Milesium, & Callicratidem Lacedæmonium potissimùm excelluisse, refert Ælian. *lib. 1. variar. hist.* quos fama fuit in Sesamo (quod minutissimum genus seminis est, milio panicoqué simillimum) distichum Elegiacum literis aureis inscripsisse; sed ut nonnulli hoc interpretantur, Notis quibusdam atq; signis. — *Notæ seu compendia quædam dictionum veteribus usitata.* — *Homeri Poëma nucis putamine conclusum.* — *Distichum aureis literis sesamo inscriptum.*

De occultâ autem & clandestinâ scribendi arte, vel potiùs astutiâ, ut Scalig. videtur, *Exercit. 327.* Videatur Robertus Valtur. *lib. 7. de re milit. 17.* & qui copiosiùs diligentiusq; eam executus est, Johan. Baptist. Porta *in lib. de Furtiv. Litarar. notis.* & *lib. 16. Magiæ Naturalis.* — *Clandestina scribendi ratio.*

XIIX. *Verba & literæ)* Harum inventores Phœnices fuisse communiter creditum est, Lucan. *lib. 3.*

Phœnices primi, fama si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

V. Clem. Alexandr. *l. 1. Strom. p. mihi 225.* Anton. Thylesf. Consentin *l. de col. c. 13.* Alex. ab Alex. *l. 2. c. 30.* Lips. *Cent. 1. ad Belgas 27.*

Ars Typographica omniũ artium conservatrix.

Hoc locô non tacenda omnium artium conservatrix Ars Typographica, Germanorum nostrorum Sagacitate & solertiâ inventa, anno quadragesimo supra mille & quadringentos, auctoribus Polydor. Vergil. *l. 2. de rer. Invent. c. 7.* Palmer. *in Chron.* Guiland. *in tract. de Papyro membro 26.* Chassen *in Catal. gloriæ mundi parte 11. consid. 39.* Hinc. Beroaldus de German.

O Germania muneris repertrix
Quo nihil utilius dedit vetustas,
Libros scribere quæ doces premendo.

Eadem mens etiam Bodino fuit, qui *in Meth. hist. c. 7.* hanc typis excudendorum librorum artem cum omnibus omnium veterũ inventis certare facile posse scripsit. Quin imò, si Steph. Fortatulo, *l. 4. de Imp. & Philos. Gall.* credimus, non dubium est, superatam Rerum naturæ ferè munificentiam, excogitatã librorum excudendorum ratione: Cujus inventum, si verũ fatemur, nullo vitæ miraculo postponendum, ne novem quidem Musæ æquabunt, licet cuilibet suæ artis disciplinævé institutionẽ veteres assignaverint. V. Philip. *l. 5. Chron. sub Friderico III.* Hæc ars, nulli nec utilitate, nec dignitate nec subtilitate secunda (Cardan. *l. 17. de Art. & reb. artific.*) innumerô nos ornat ac instruit librorum numerô, quorum ope ac beneficiô Res literaria propagata ad posteros fuit. In illa autem quàm magni mortalibus reconditi sint Thesauri, eleganter docet Sarisberiensis *l. 1. proëm. Litera,* inquit, *res scitu dign is situ aboleri non patiuntur. Nam & artes perierant, evanuerant jura, fidei & totius religionis officia quæq; corruerant, ipseq; recti defecerat usus eloquii, nisi, in remediũ infirmitatis humanæ, literarum usum mortalibus divina miseratio procurasset. Exempla majorũ, quæ sunt incitamenta & fomenta virtutis, nullũ omninò erigerent aut servarent, nisi pia sollicitudo scriptorum, & triumphatrix inertiæ diligentia, eadem ad posteros transmisisset. Siquidem vita brevis, sensus hebes, negligentia*

Literarum bonarum dignitas & utilitas.

gentiæ torpor, inutilis occupatio, nos paucula ſcire permittunt: & eadem jugiter excutit, & avellit ab animo fraudatrix ſcientiæ, inimica & infida ſemper memoriæ noverca, oblivio, &c. Adjunge reliqua, ut & ibid. *l.8.cap.14.* Confer Cic. pro *Archiâ*; Non immeritò igitur Lucas de Penna Libros ſequenti ornavit elogiô: *Liber eſt lumen cordis, & ſpeculum corporis, virtutum repertorium, vitiorum confuſorium, corona prudentum, diadema ſapientum, honorificentia doctorum, clarificentia rectorum, Comes itineris, domeſticus fidelis, ſocius colloquentis, collega præſidentis, vas plenum ſapientiæ, via recta eloquentiæ, hortus plenus fructibus, pratum fluens floribus, mare ſine fluctibus, principium intelligentiæ, fundamentum memoriæ, hoſtis oblivionis, amicus recordationis: Vocatus properat, juſſusq; feſtinat, rogatus reſpondens, fideliter obediens, contra fortunas lictor, atq; verus tibi ductor, hortus concluſus, & fons ſignatus, puteus aquæ vivæ. Paradiſus abſq; ruina, nunquam patitur faſtidium, etſi graves eum nimium, arcana revelans, obſcura clarificans.* *Librorum encomium.*

Elocutionis ornatus) Orationis elocutioniſve, per quā inter homines omne cōmercii genus conſtat, primū autorē Mercurium fuiſſe tradūnt: undè & medius inter ſuperos atq; inferos à Poëtis fingitur, pariter ſuperis Deorū gratus & imis: quòd ſermo animi interpres ſumos cum infimis, Reges cum plebe conciliet. Super qua re extat fabella non illepida Ariſtidis, quam hòc magis libuit adſcribere, quòd is auctor non omnium teratur manibus: *Galli olim orationis & eloquētiæ inventionē non Mercurio, sed Herculi attribuebāt, ut eſt apud Lucian. in Hercul. Gallicō Alciat. Emblem. 18* *l.2. Orat.*

Νεωστὶ γὰρ ἀνθρώπων γεγονότων, καὶ τῶν ἄλλων ζώων, θόρυβος πολὺς ἦν κατὰ τὴν γῆν καὶ ταραχή. οὔτε γὰρ αὐτοῖς σφᾶς εἶχον, ὅ,τι χρήσονται. οὐδὲ γὰρ ἦν οὐδὲν τὸ συνάγον, ἀλλ' οἱ μείζους τοὺς ἐλάττους ἦγον. οὔτε τοῖς ἄλλοις ζώοις εἶχον αὐταρκεῖν. πᾶσι γὰρ πάντων ἀπελείποντο. ἄλλο ὅτι ἄλλων. ἰσχύι μὲν τῆς πλείστων ἁπάντων. ὅπερ οὖν Ὅμηρος ἔφη τοὺς πυγμαίους πάσχειν ὑπὸ τῶν γεράνων, πᾶσι τοῖς ζώοις ὑπὸ πάντων συνέβαινε τῶν ἀλκίμων ὀρνίθων, καὶ ἰχθύων αὖ πόρρω καὶ τῶν λεόντων, καὶ τῶν κάπρων, καὶ πολλῶν ἄλλων ἥττους ὡς ἀπελείποντο τάχει καὶ ῥώμῃ τῇ γε κατασκευῇ τοῦ σώματος. οὐ μόνον τῶν κεράτων, ἀλλὰ καὶ τῶν χηλῶν ἀπολειπόμενοι, οὐδεὶς αὐτῶν ὑπάρχων αὐτάρκης. φθειρομένων δὲ οὕτως τοῦ γένους, καὶ κατὰ μικρὸν ὑπορρεόντων, καθορῶν ὁ Προμηθεὺς ἅτε ὢν φιλάνθρωπος, ἀφικνεῖται πρεσβεύων περὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων πεμφθείς, οὐδὲ γὰρ πρεσβεῖς ἦν πέμπειν εἰδέναι, ἀλλ' αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ. ὁ δὲ Ζεὺς τοῦτο Προμηθέως ἀγασθεὶς δίκαια λέγοντος, καὶ ἅμα καθ' ἑαυτὸν εἰληφὼς λογισμὸν τοῦ πράγματος, τῷ αὐτοῦ παιδὶ Ἑρμῇ κελεύει ῥητορικὴν ἔχοντα ἐλθεῖν εἰς ἀνθρώπους. ὁ μὲν οὖν Προμηθεὺς καθάπερ ἐπίσης ἅπασι τάς τε αἰσθήσεις καὶ τὰ ἄλλα μέλη τοῦ σώματος, οὐχ οὕτως ἐκέλευεν ὥσπερ θεοσεχοῦ διάδοσιν διελεῖν, ἵνα πάντες ῥητορικῆς ἐφεξῆς μετέχοιεν, ὥσπερ ὀφθαλμῶν, χειρῶν καὶ ποδῶν, ἀλλ' ἐπιλεξάμενον

τοὺς ἀρίστους καὶ γενναιοτάτους ἐπὶ φύσεως ἐρρωμενεστάτους, τούτοις ἐγχειρίσαι τὸ δ[illegible] ὁμοῦ σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τοὺς ἄλλους σώζειν ἔχοιεν. ἀφικομένης δὲ τῆς ῥητορικῆς εἰς ἀνθρώπους οὕτως ἐκ θηρίων ἐδυνήθησαν μὲν οἱ ἄνθρωποι τὴν μετὰ τῶν θηρίων δίαιταν χαλεπὴν ἐκφυγεῖν. ἐπαύσαντο δ' ἐχθροὶ πάντες. ὄντες ἀλλήλοις ἐν κύκλῳ κοινωνίας δὲ εὗρον ἀρχὴν καὶ βαδίσαντες δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν. ἄλλοι καὶ ἄλλα μέρη τῆς οἰκουμένης ἐπολίσαντο, τοῦτο πρῶτον ὕπαιθροι, μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη λόγῳ νικήσαντες, πόλιν τε κατεσκευάσαντο καὶ ᾠκίσθησαν, οὐχ ὥσπερ πρότερον ὡς ἔτυχεν ἀλλ' εἰς τὸ συντάξεις κοινωνικῶν, καὶ τοὺς πολέμων ἡγεμόνας [illegible] ἔθεντο, καὶ ἀρχὰς καὶ πολιτείαν ἐνόμισαν, καὶ θεοῖς χαριστήρια [illegible] περὶ ἀπαρχὰς ποιησάμενοι τὰς ἀπὸ τῶν λόγων [illegible] καὶ νῦν χαίρειν μάλιστα τοὺς θεοὺς λόγοις [illegible], ὅτι καὶ γνωρίζουσι πρῶτον αὐτοῖς τοὺς θεοὺς [illegible] ἐντεῦθεν. οὕτως ἄνθρωπος ἐγένετο μέγας ἐξ ἀσθενοῦς καὶ σμικροῦ καθάπερ [illegible]. καὶ πρόσθεν καταφρονούμενος, ὡς οὐδὲν πρᾶγμα, κύριός ἐστιν ἐξ ἐκείνου τοῖς ἐν τῇ γῇ τούτοις ὅτι βούλεται χρῆσθαι. [illegible] ποιησάμενος αὐτ' ἄλλου φιλανθρωπίᾳ τὸν λόγον. καὶ ὁ μῦθος ἡμῖν ταύτην ἔχει τὴν τελευτήν. Quæ sic vertit Erasmus: *In initio cum recens essent homines nati. Magnus inter hos ac reliqua animantia tumultus erat, perturbatioq; super terram, propterea quod non possent invicem uti sese. Nec enim ulla res intercedat, quæ illos conciliaret: verum qui potentiores erant, opprimebant inferiores. Neq; satis erant idonei, ut reliquis animantib. resisterent. Omnibus enim illis omni ex parte inferiores erant, aliaq; in re ab aliis vincebantur, veluti ab universo genere volucrũ celeritate. Unde factum est, ut quod ait Homerus Pygmæis accidere à gruibus, id tum temporis passim à robustioribus avibus paterentur mortales, Rursum, quantum ad vires attinebat, longè superabantur, & à leonibus, & ab apris, & aliis item compluribus. Atq; hunc in modum silentio peribant. Jam verò quoad munitionem, ornatumq; corporis, non corvis modo, verum etiam cochlees cedebant: neq; cuiquam ex ipso suppetebat, quod ad tuendam vitam erat opus. Itaque cùm ad eum modum interiret hominum genus, ac paulatim dilaberetur, Prometheus, ut semper est hominum studiosus, Orator ascendit in cœlum, mortalium nomine, non ille quidem missus ab eis (neq; enim dum id temporis [illegible] erat cernere) sed ipse ultroneus abiit. At Jupiter, partim in gratiam Promethei, maxime qui justa postulare videretur, partim ne [illegible] considerato filium suum Mercurium jubet ad homines descendere, Rhetoricen secum adducentem. Edixit autem, ut eam mortalibus impertiret, non quemadmodum Prometheus omnibus ex æquo, seu [illegible] quæque corporis membra, perinde quasi theatralem pecuniam aspergens, ut omnes ex æquo Rhetorices essent participes,*

cipes, non aliter, quàm oculorum, manuum ac pedum: sed ut præstantissimos quosqué, ingenioqué generosissimo, & indole pollentissima præditos deligeret, atq; iis demum muneris hoc impertiret, ut pariter & suam ipsorum, & aliorum incolumitatem tueri possent. Porrò posteaquam Rhetorica jam ad mortales pervenisset, cùm negotium, quod habebant cum beluis molestissimum licebat effugere, tum verò desierunt undequaqué inter se simultatem exercere, reperto commerciorum initio. Digressiqué de montibus alii in aliam orbis partem jungebantur, principio quidem sub dio viventes: post autem ubi verbis inter se communicassent, & civitatem condiderunt, ac distributi sunt: non, quemadmodum antea, temerè, verùm in ordines plebis ac belli duces, sanctisqué legibus tùm Principes, tùm Reipublicæ statum instituerunt. Diis munera cæperunt offerre, primitias auspicantes ab oratione. Quibus nunc quoq; vel maximè gaudere Deum consentaneum est. Quandoquidem hac contigit, ut primum esse Deos cognosceremus. Hinc deinceps ita crevit homo, ut qui initio debilis fuerat atq; invalidus, postea in altum tolleretur: quiq; anteà pro nihilo habitus, ac despectus erat, deinceps factus est omnium, quæ sunt in terra Dominus, cui quibus uti liberet, jus esset, non alio sibi propugnaculo parato quàm oratione. Atq; hic nobis sit fabulæ finis. Eleganter D. Gregorius *in carmine Nicobuli ad Filium:*

Ἀλλ' ἐρατὴ, τίω σε λόγων κλέος ἔξοχον ἄλλων
μῦθοι γὰρ βιότοιο θεμείλιον, οἵ μ' ἀπὸ θηρῶν
εἶρξαν, οἷσιν ἔγειρα πόλεις, καὶ θέσμι' ἀνεῦρον,
καὶ θεὸν ὑμνείω μεγακυδέα. οἷσι δαμάζω
τῆς συγγενῆς κακίης πικρὸν σθένος. οἷσι κεάζω
κόσμους, οὐράνιόν τε, καὶ ὃς ἐπὶ λῦσιν ὁδεύει
ἐνθάδε, καὶ ψυχὴν ἀπὸ σώματος. ὡς δ' ἀπὸ μορφῶν
εἰκόνας, ὡς δὲ βίου τε φύσεις, καὶ τέρματα δισσὰ
ζώντων τ' ὀλλυμένων τε.

Quæ soluta oratione sic reddit Billius: *Sed ô illustris eloquentia, præ cæteris omnibus rebus te colo. Eloquentia namq; vitæ veluti fundamenta jecit, meq; à feris separavit. Hujus operâ urbes conditæ, leges inventæ sunt. Hac Dei laudes celebro: hac virtutem laudibus in cœlum fero: hac vitii robur frango: hac mundos divido, cœlestem nimirum, & eum, qui ad interitum tendit: hac, etiamnum hic versans, animum à corpore disjungo, utqué à formis imagines, sic ego alterius vitæ naturam*

 ab

ab alterâ, finemq́; beatum ab exitioso fine distinguo. Et paucis interjectis:

Μῦθοι καὶ ζώοντι μόνῳ βίος οὐκ ἐπιδευής,
Καὶ λαμπρὸν πνείοντι, μέγα στέφος, οὐδὲν ὁμοῖον
ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν ἅμ' ἠοῖ δρεπομένοισι
Θνήσκουσιν δ' ἄρ' ἔπειτα πρὸ ἤματος ὀλλυμένοισι.
Μῦθοι, καὶ παθέεσσιν ἄκος μέγα. τοῖσι δαμάζω
θυμὸν ὑπερζείοντα, νόου νέφος, οἷον ἀνίας
εὐνάζω. καὶ μέτρον εὐφροσύνῃσι τίθημι,
οὔτε λίην μογεροῖσιν ἀσώμενος, οὔτ' ἀγαθοῖσιν
αἰρόμενος. ἕτερον δ' ἑτέρῳ σταθμώμενος ἄλκαρ·
ἐλπίδ' ἐν ἀργαλέοισιν, ἐν εὐδίαισι δὲ τάρβος.
μῦθος καὶ βασιλῆας ἄγει, καὶ δῆμον ἐφέλκει.
οὗτ' ἀγορῆσι τέθηλε, καὶ ἐν θαλίῃσιν ἀνάσσει.
καὶ μόθον αἰχμάζει, πρηῢν δέ τε φῶτα τίθησι,
μαλθάσσων ἁπαλοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι
καὶ κρατερόφρονας ἔοντας. πυρὸς μένος οἷα σίδηρον.

Erudita eloquentia & ei, qui solitariam vitam agit, hoc præstat, ut nullâ re, quæ ad degendam vitam necessaria sit, indigeat: & ei, qui in hominũ luce ac splendore vivit, sublimesq́; spiritus gerit, corona est, & quidem vernis floribus, qui sub auroram decerpuntur, ac postea antè Solis occasum marcescunt, longè excellentior. Erudita eloquentia perturbationibus animi sedandis eximia medicina est. Hac vehementius æstuantem iram, quæ menti nebulas offundit, emollio: hac mœrorem consopio, lætitiæq́; modum impono: sic videlicet me regens, ut nec adversis rebus immodicè angar & excrucier, nec rursus lætis ac secundis rerum successibus nimium extollar: verùm utriq́; ab altero adjumentũ afferam, in acerbis nimirum rebus spe animũ muniens, in tranquillis autem timorẽ adhibens. Erudita eloquentia & Reges, quò vult, ducit, & populos trahit In foro ac concionibus floret, in epulis regnat, bella comprimit, sævos & crudeles homines clementes reddit, eosq́; quamlibet robustos, non aliter, quàm ignis ferrum emollit. Et rursus:

Καὶ μᾶλλον στονόεντα, καὶ ἄγριον οἶδμα θαλάσσης
πολλάκις ἐκπρόφυγέν τις, ἐπεὶ θεὸς ἵλαος εἴη,
τὸν δὲ συνεξιόντα φίλον κλίνας, οἷον ἀπ' ἄλλων
Ὦ πλέον ἢ πλεόνεσσιν ἀγάλλεται ἄλλος ἐπ' ἐσθλοῖς.
Μῦθος γάρ τι βροτοῖς αἰδοῖον ἄνδρα τίθησι.

Quin

Quin etiam sæpè accidit, ut quispiam è gravissimo prælio acerbissimaq; tempestate Deô propitio ereptus, solas has opes unâ cum corpore suô incolumes servet, hisq; impensiùs, quàm alius quispiam pluribus opibus, delectetur. Eloquentia enim alumnis suis venerandam quandam majestatem apud homines conciliat.

Hinc M. T. Cicero tantùm gratiæ est adeptus, ut ipsum facundiæ, Latiarumq; literarũ parentẽ Dictator Cæsar appellârit: Pin. *l.7. c.30.* Illô enim eloquii sui flore, Rempublicam ab indagine & plagis Catilinæ extricavit: M. Antonium Triumvirum proscripsit: Octavium Cæsarem adolescentulum, ad diuturni imperii fastigium evexit, primus in toga triumphum, linguæq; lauream meritus omniũ maximam, quantò plus est ingenii Romani terminos promovisse, quàm Imperii: & post mortem ab hoste teterrimô Antoniô (à quo caput ejus amputatum, decies sestertium, id est, quinq; & viginti millibus aureorũ æstimatum est, Budæus *l.3. de Asse, &c.*) illatam, præcisô gutture, ac sanguine atrô fluente, ex quo nitidus fluxerat eloquentiæ rivus, adhuc incolumi famâ vivere scriptis intelligitur, utiq; nunquam morituris. Steph. Forcatul. *lib.6. de Imper. & Philosoph. Gall.* Juvat hîc adscribere non inelegans de Morte Ciceronis Mureti Epigramma: *M.T. Cicer. V. Val. Max. lib. 8. cap. 9. & seq.*

Cùm ferus adstaret strictô mucrone satelles
Sumere supplicium de Cicerone parans,
Immoto vultu, atq; oculis constantibus ille
Præbens infandâ colla secanda manu,
Publica Libertas vitâ mihi carior, inquit,
Me quoq;, me fas est, te moriente mori.

Vide Camerar. *cent. 1. Hor. subcisi v. cap. 31.* Parentis nostri τ' ἐν ἁγίοις Orationem *de vitâ & reb. gestis, M.T.Cic.* Et si plura in hanc rem velis, Valer. Max. *l.8. c.10.* Panciroll. *part.1. tit. de Actione.* P. Victor *l.31. V. L. cap.13.* De vi autem, fructu & præmiis elocutionis plura congessit, Nic. Nancel. *l.13. Anal. Micr. ad Macr. problem. 12.* quem vide.

Cæterùm (quod ἐν παρόδῳ) magna elegantis & facundi sermonis vis est, dummodò non vel mellitis verborũ globulis, ut cum Satyricô loquar, quasi papavere aut sesamô sparsus mollescat, vel

vento;

ventosis & inanibus sonis enervetur, cadatque. Petronius *in fragmentis purissimæ impuritatis: Grandis, &, ut ita dicam, pudica oratio, non est maculosa, nec turgida, sed naturali pulchritudine exsurgit.*

Lexiphane. Prorsus ad hanc mentem Lucianus: Μηδέ σε θελγέτωσαν αἱ ἀνεμῶναι τῶν λόγων, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῶν ἀθλητῶν νόμον, ἡ στερεά σοι τροφὴ συνήθης ἔστω. *Neq; verò demulceant te anemonæ verborum, sed juxta legem athletarum, solidus tibi cibus, consuetus ac familiaris sit.* Ad quam faciem

Oratio polita & elegans. oppidò quàm eleganter C. Tacitus, sive quis alius auctor *Dial. de Oratoribus: Oratio, sicut corpus humanum, ea demum pulchra est, in qua non eminent venæ, nec ossa numerantur: sed temperatus ac bonus sanguis implet membra, & exurgit toris: ipsos quoq; nervos rubor tegit, & decor commendat.* Adi Quintil. *lib. 2 cap. 11. lib. 5. cap. 12. lib. [illegible]* Sen. *Epist. 25. & 100.* Allusit huc Joseph. Scalig. in elegantissimo Carmine *de Stilo & Charactere.*

Quæ delicata vult morari lumina,
Et linquere animis, quod reportetur domum,
Sit succulenta, non obesa oratio,
Illustris, apta, nobilis, sese efferens
Non mole carnis, sed torosis artubus.
Sermonis ista sanitas, ut corporis, &c.

Dictis non minùs convenienter quàm eleganter Clemens Alexandrinus *lib. 1. Strom. pag. 215* Μὴ πολὺς ἐν ῥήμασι γίνου. ἡ μὲν γὰρ λέξις οἷον ἐσθὴς ἐπὶ σώματος· τὰ δὲ πράγματα, σάρκες εἰσὶ καὶ νεῦρα. οὐ χρὴ τοίνυν τῆς ἐσθῆτος πρὸ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας κήδεσθαι. οὐ γὰρ μόνον [illegible], ἀλλὰ καὶ λόγων ἀσκητέον ἀπέριττόν τε καὶ ἀπερίεργον τῷ τὴν ἀληθῆ ζωὴν ἐπανῃρημένῳ, [illegible] τὴν τρυφὴν ὡς δολερά τε καὶ ἄσωτον παραιτούμενον, καθάπερ οὖν μῦρα καὶ τὴν πορφύραν οἱ παλαιοὶ Λακεδαιμόνιοι, δολερὰ μὲν τὰ ἱμάτια, δολερὰ δὲ τὰ χρίματα [illegible] ὀρθῶς καὶ ὀνομάσαντες· ἐπεὶ μήτε [illegible] ἡδύσματι· μήτε λόγῳ χρῆσθαι [illegible] δυνάμενον. *Ne multum verseris in verbis. Dictio enim est tanquam vestis in corpore: res autem sunt carnes & nervi. Non oportet ergò majorem vestis quam salutis corporis curam gerere. Non solùm enim frugalis vitæ ratio, sed etiam à supervacaneo verborum ornatu aliena oratio exercenda est ei, qui veram vitam elegit. Fugiendas delitias ut dolosas & luxuriosas repudiantes, sicut unguentum & purpuram veteres Lacedæmonii, dolosas quidem vestes, & dolosas unctiones rectè repu-*

tantes

tantes & nominantes, quoniam nec honestius est ille cibi apparatus, qui plura habet condimenta, quàm ea, quæ nutriunt: nec est bellus urbanusvé orationis usus, qui auditores magis potest delectare, quàm juvare. Confer Isidor. Pelus. *lib. 4. Epist. 30.* Scal. Patr. *l. 2. Epidorp.* Huic autem minus eleganti sermonis Elegantiæ vel ideò studendum, quòd speculum cordis hominum verba sint. Quâ de re lubet audire Romanum sapientem, *Epist. 115. Cujuscunque orationem videris sollicitam & politam, scito animum quoque non minus esse pusillis occupatum. Magnus ille remissiùs loquitur & securiùs: quæcunqué dicit, plus habent fiduciæ, quàm curæ. Nosti complures juvenes, barbâ & comâ nitidos, de capsulâ totos: nihil ab illis speraveris forte, nihil solidum. Oratio vultus animi est: si circumtonsa est, & fucata, & manufacta, ostendit illum quoque non esse sincerum, & habere aliquid fracti. Non est ornamentum virile, concinnitas.* Hoc ipsum, quòd nimirum non externos verborum cortices morari, sed sanguinem & medullam eorum eruere ac introspicere debeamus; eleganter docet Themistius, (qui à Georgio Remo JCto, cujus meritò apud omnes bonos, & quos livor non præpedit, memoria grata & magna, eleganti toga non tàm indutus, quàm ornatus est) Oratione *de pace ad Valentem Imperatorem,* quem hoc ipso nomine laudat his verbis: οὐ γὰρ ἐπαιρήμεσαι τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ τὸν ἐνδεδυκότα αὐτοῖς νοῦν ἐρευνᾷς· οὐδὲ τοῦ κάλλους τῶν ῥημάτων ἑάλωκας, ἀλλὰ τοῦ κόσμου τῆς διανοίας. καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἔοικεν, ἐντιμοτέραν ἔχει παρὰ σοὶ τάξιν φιλοσοφία ῥητορικῆς. ὃ γὰρ μάλιστα ἀγαπᾷς, τοῦτο μάλιστα ἐσπούδακεν αὕτη ἡ τέχνη, τὸν νοῦν παρέχεσθαι χρηστὸν οὐχὶ τὰ ῥήματα: καὶ σκοπεῖν, οὐχ ὅπως ἂν εἴποι τις ἀκούσασιν, ἀλλ' ὅπως ὠφελιμώτατα. Quibus verbis haud scio, an non Interpretis translatio elegantiæ palmam præripiat. *Nec enim à verbis pendes, sed mentem, quæ illis subest, ceu nervos ac medullam scrutaris, neque eleganter dictorum lenociniis phalerisque deliniris & caperis, sed ornatu sententiarũ unde (ni fallor) fit, ut ars benè dicendi, quàm sapientiæ studiũ (quod circa rerum omnium, divinarum humanarumque indaginem ac disquisitionem versatur) apud te minori in preciò habebatur. Nam in eo potissimùm, cujus amore teneris, hæc elaborat professio, nimirum ut mentem optimam efficiat, non linguam verborum prodigam, & ut eò quisqué contendat, non ut quàm suavissima, sed vitæ instituendæ quàm utilissima accommodatissimaqué proferat.*

Non verbis serviendum, sed sensibus.

Gg Eun-

Eundem feriunt ſcopum Juliani verba *in edicto inter Epiſtolas relato. p. 300.* παιδείαν ὀρθὴν εἶναι νομίζομεν οὐ τὴν ἐν τοῖς ῥήμασιν οὐδὲ τῇ γλώττῃ πολυτελῆ εὐρυθμίαν. ἀλλὰ διάθεσιν ὑγιῆ νοῦν ἐχούσης διανοίας καὶ ἀληθεῖς δόξας ὑπέρ τε ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν. Id eſt: *Doctrinam rectam eſſe arbitramur, non verborum linguave magnificum & exquiſitum ſonum, ſed mentis benè conſtitutæ ſanam affectionem & veras certasq; de bonis & malis, honeſtis & turpibus ſententias.* Hujus etiam loci eſſe videntur veteris Tragœdiæ verſus laudati à Cl. Alexandr. quos aſſcribo:

lib. 1. Serm. p. 213.

Ω παῖ γένοιντ' αὖτ' ἂν λεγόμενοι οἱ λόγοι
ψευδεῖς· ἐπῶν δὲ κάλλεσιν νικῷεν αὖ
Τἀληθές. ἀλλ' οὐ τοῦτο τἀκριβέστατον·
Ἀλλ' ἡ φύσις καὶ τοὐρθόν. ὃς δ' εὐγλωσσίᾳ
εἰ καὶ σοφὸς μὲν, ἀλλ' ἔγωγε τὰ πράγματα
κρείσσω νομίζω τῶν λόγων ἀεί ποτε.

O Nate, ſermo commodè dictus, poteſt
Quoq; eſſe falſus, viceritq; oratio
Diſerta verum, nec potiſſima hæc puto,
Sed recta naturamq;. at eloquentia
Quanquam erudita, non placet, verùm placet
Res ipſa, pulchris præferenda vocibus.

Quæ omnia conveniunt cum præcepto Zenonis Stoici, qui, auctore Laërtiô *l. 7. p. mihi 449.* monebat: Μὴ τὰς φωνὰς καὶ τὰς λέξεις ἀπομνημονεύειν ἀλλὰ περὶ τὴν διάθεσιν τῆς χρείας τὸν νοῦν ἀσχολεῖσθαι, μὴ ὥσπερ ἕψησιν τινὰ ἢ σκευασίαν ἀναλαμβάνοντας. *Non circa voces & vocabula memoriam, ſed circa intelligentiam mentem exercere oportere, ut ne veluti lixaturam quandam aſſumamus.*

Hoc ipſum etiam planè perſuaſum erat D. Auguſto Imperatori. Fidem facit Lucianus *Orat. pro lapſu inter ſalut.* *Cùm ipſe,* inquit interpres, *forte quadam judicio cuidam præſediſſet, atquè cauſa rectè ac legitimè judicata, hominem quempiam injuſtè calamitoſequè delatum, à maximo quodam crimine abſolviſſet, ille gratiam agere volens, altâ voce proclamavit: Gratiam tibi, inquiens, Imperator, habeo, quòd malè atquè injuſtè judicaſti. Ibi cùm cæteri, qui circa Auguſtum erant, graviter indignarentur, hominemq; diſcerpere ac lacerare vellent: Deſiſte, inquit ille, ab indignatione. Nequè enim linguam ipſius, ſed animum examinare atq; inſpicere æquum eſt.* Græca, ſi malis, hæc ſunt:

ὁ μὲν

ὁ μὲν ἔτυχε δίκην τινὰ δικάσας ὀρθῶς, καὶ ἀπολύσας ἐγκλήματος τοῦ μεγίστου ἀδίκως συκοφαντούμενον ἄνθρωπον, ὁ δὲ χαίρειν ὁμολογῶν, μεγάλῃ τῇ φωνῇ χάριν οἶδά σοι, ἔφη, ὦ αὐτοκράτωρ, ὅτι κακῶς καὶ ἀδίκως ἐδίκασας. καὶ τῶν περὶ Σεβαστὸν ἀγανακτησάντων, καὶ διασπάσασθαι τὸν ἄνθρωπον ἐθελόντων, παύσασθε χαλεπαίνοντες, ἐκεῖνος ἔφη· οὐ γὰρ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν γνώμην ἐξετάζειν ἄξιον.

Sed cesso plura, si priùs ex Lucianô docuero, qualis esse debeat oratio, si audientis animum non tàm pungere, quàm perforare, eidemq; altiùs inhærere debeat. Sic autem ille: Nigrin.

Μάλα εὐστόχως ἐντυχὼν ὁ λόγος, αὐτήν, εἰ οἷόν τε εἰπεῖν, διέκοψε τὴν ψυχήν. εἰ γάρ τι δεῖ κἀμὲ ἤδη φιλοσόφων ἀποτείνασθαι λόγων, ὧδε περὶ τούτων ὑπείληφα. δοκεῖ μοι ἀνδρὸς εὐφυοῦς ψυχὴ μάλα σκοπῷ τινι ἁπαλῷ προσεοικέναι. τοξόται δὲ, πολλοὶ μὲν ἀνὰ τὸν βίον, καὶ μεστοὶ τὰς φαρέτρας ποικίλων τε καὶ παντοδαπῶν λόγων, οὐ μὴν πάντες εὔστοχα τοξεύουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν σφόδρα τὰς νευρὰς ἐπιτείναντες εὐτονώτερον τοῦ δέοντος ἀφιᾶσι. καὶ ἅπτονται μὲν καὶ οὗτοι τῆς ὁδοῦ, τὰ δὲ βέλη αὐτῶν οὐ μένει ἐν τῷ σκοπῷ, ἀλλ' ὑπὸ τῆς σφοδρότητος διελθόντα, καὶ παροδεύσαντα κεχηνυῖαν μόνον τῷ τραύματι τὴν ψυχὴν ἀπέλιπεν. ἄλλοι δὲ πάλιν τούτοις ὑπεναντίως. ὑπὸ γὰρ ἀσθενείας τε καὶ ἀτονίας οὐδὲ ἀφικνεῖται τὰ βέλη αὐτοῖς ἄχρι πρὸς τὸν σκοπόν, ἀλλ' ἐκλυθέντα καταπίπτει πολλάκις ἐν μέσῃ τῇ ὁδῷ. ἢν δέ ποτε καὶ ἀφίκηται, ἄκρον μὲν ἐπιλίγδην ἅπτεται, βαθεῖαν δὲ οὐκ ἐργάζεται πληγήν· οὐ γὰρ ἀπ' ἰσχυρᾶς ἐμβολῆς ἀπεστάλη. ὅστις δὲ ἀγαθὸς τοξότης, καὶ τούτῳ ὅμοιος, πρῶτον μὲν ἀκριβῶς ὄψεται τὸν σκοπόν, εἰ μὴ σφόδρα μαλακός, εἰ μὴ στερρότερος τοῦ βέλους. γίγνονται γὰρ δὴ καὶ ἄτρωτοι σκοποί. ἐπειδὰν δὲ ταῦτα ἴδῃ, τηνικαῦτα χρίσας τὸ βέλος, οὔτι ἰῷ, καθάπερ τὰ Σκυθῶν χρίεται, οὔτε ὀπῷ, καθάπερ τὰ Κουρήτων, ἀλλ' ἠρέμα δηκτικῷ τε καὶ γλυκεῖ φαρμάκῳ τούτῳ χρίσας, εὐτέχνως ἐτόξευσε· τὸ δὲ ἐνεχθὲν εὖ μάλα εὐτόνως, καὶ διαδῦσαν ἄχρι τοῦ διελθεῖν, μένει τε, καὶ πολὺ τοῦ φαρμάκου ἀφίησιν, ὃ δὴ σκιδνάμενον, ὅλην ἐν κύκλῳ τὴν ψυχὴν περιέρχεται, τοῦτό τοι καὶ ἥδονται, καὶ δακρύουσι μεταξὺ ἀκούοντες, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἔπασχον, ἡσυχῇ ἄρα τοῦ φαρμάκου τὴν ψυχὴν περιθέοντος. Hoc est: *Certo admodũ sciteq; libratojactu emissa oratio, ipsum, si ita dicendum est, animum intercidit. Si enim decet nonnihil & me jam Philosophicos attingere sermones, ita equidem de hisce existimo. Videtur mihi animus hominis solertis & ingeniosi admodum similis esse scopo alicui tenero ac molli. Sagittarii autem in hac vita multi qui plenas quidem pharetras variis atque omnis generis orationibus habent: Cæterùm non omnes certò jaculantur, ac destinata feriunt, sed alij ipsorum nervo nimium intento, vehementiori impetu, quàm satis est, telum emittunt: & apprehendunt quidem etiam isti viam, sagitta autem ipsorum in scopo non manent, sed præ vehementia ictus penetrantes ac transvolantes*

 pertu-

pertusum modo atque biantem vulnere animum relinquere solent. Rursum aliis diverso huic pacto evenit. Nam præ imbecillitate virium, & quòd laxiore nervo jaculantur, sagittæ ipsis ad scopum usq; non perveniunt: sed solutô impetu, sæpenumerò in medio cursu deficiunt ac decidunt. Quòd si verò interdum etiam scopum contingunt, summum illum quidem & in superficie tantùm perstringunt, altiorem autem plagam nequaquam infligunt, neq; enim valido impulsu atq; impetu emissæ fuerunt. At qui bonus jaculator est, atq; huic nostro similis, principio quidem diligenter circumspiciet scopum, ne nimis mollis, nevé nimis solidus, & transmittendo telo durior sit. Sunt enim & scopi quidam, qui omninò ne vulnerari quidem possunt. Ubi autem hæc omnia perspecta habet, tùm demum tincta atq; infecta sagitta, non veneno, quemadmodum Scytharum sagittæ tinguntur: neq; resina, perindè ac ut Curetum: sed sensim mordicante pariter & dulci pharmacô inuncta, verè jaculari solet. Illud autem quod jactum est, benè adeò & pro modo suo fortiter impulsum, eoq; penetrans, ut jam transiturum esse videatur, citrà tamen desinat, & manet pariter, multum medicamenti illius de se emittit: quod videlicet dispersum totum circumquaq; animum ambit & complectitur. Atq; hoc illud est, quo & oblectantur, & cur lacbrymas inter audiendum emittunt. Quod & mihi accidit, paulatim ac tacitè medicamento illo animum mihi obeunte.

XX. *Ad mulcendas aures.*) Parùm hoc est. Plato, ut est apud Plutarch. *de superst.* Musicam, elegantiæ & concinnitatis opificem, hominibus à Deo non deliciarum caussâ, aut pruritûs aurium datam: sed concessam, ut animi periodos ac harmonias turbulentas & erraticas in corpore, Musarum & Gratiarum penuriâ, sæpenumerò per insolentiam & improbitatem lascivientes, iterum revolvat decenter, & reducat, &c. Hinc Pythagoræ ejusq; sectatoribus moris fuit, & cùm evigilassent, animos ad lyram excitare, quò essent ad agendum erectiores: & cùm somnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, ut, si quid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent, ut præclarè Quintilianus scribit: *lib. 9. cap. 5.* Idem post Ciceron. *4. Tuscul. quæst. in proœm.* Senecam *3. de irâ cap. 9.* testatur Plutarchus *lib. de Iside & Osiride*, ubi cùm prius de odoratis ac fragrantibus odoribus dixisset, quòd per ea diurnæ curæ ac molestiæ nobis sub noctem

Musicæ cœlestis origo.

Mira Musicæ vis apud Pythagoreos.

noctem relaxentur, & phantasia, quæ somniorum est receptaculum, instar speculi lęvigetur, poliaturqué: addit comparationem eorum cum lyræ pulsatione, quam soleant Pythagorei antè somum ad abigendas curas, & sanandas tranquillandasq; animorum perturbationes adhibere: Pauca de pluribus asscribam: Καὶ κρᾶσιν ἐπαγωγὸν ἴσχει, καὶ τὰ λυπηρὰ καὶ στύφοντα τῶν μεθημερινῶν φροντίδων αὐτομάτως οἷον ἄμματα χαλᾷ καὶ διαλύει, καὶ τὸ φανταστικὸν καὶ δεκτικὸν ὀνείρων, ὥσπερ κάτοπτρον, ἀπολεαίνει, καὶ ποιεῖ καθαρώτερον, οὐδὲν ἢ τὰ κρούματα τῆς λύρας οἷς ἐχρῶντο πρὸ τοῦ ὕπνου οἱ Πυθαγόρειοι τὸ ἐμπαθὲς καὶ ἄλογον τῆς ψυχῆς ἐξεπᾴδοντες οὕτω καὶ θεραπεύοντες. Confer cum his, quæ de eodem hoc negociô eleganter scribit Athenæus, *lib.14. Dipnosoph. cap.5.* Non possum autem mihi temperare, quin illustrem planè locum de vi Musices asscribam ex Ammon. *in Commentar. V. vocum pag. 12.* & sequent. ἡ δὲ μουσικὴ τὰς τῶν χορδῶν συμφωνίας ἐπισκέπτεται. ἐπιτηδεύει δὲ καὶ τινὰ μέλη, κοιμίζοντα μὲν τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, διεγείροντα δὲ αὐτὴν ἐπ' ἀρετήν. ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, δηλοῖ τὰ ἔτι σωζόμενα ἴχνη, καὶ οἷον ἀποπτώσεις τῆς μουσικῆς. ἀκούοντες γὰρ σάλπιγγος, θυμικώτεροι διατιθέμεθα: καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς πολέμοις ἡ σάλπιγξ ἐπιτηδεύεται. ἀκούοντες δὲ θεατρικῶν μελῶν, ἐκλυτώτεροι διακείμεθα τὰς ψυχάς. φέρεται δὲ καὶ ἱστορία τοιαύτη, ὅτι Πυθαγόρας ἑωρακὼς τινὰ νέον αὐλητρίας ἔκλυτον μέλος αὐλούσῃ ἑπόμενον, κελεῦσαι αὐτὴν στρέψασαν τὸν αὐλὸν αὐλῆσαι, καὶ τούτου γενομένου παῦσαι τὸν νέον τὴν ἐπιθυμίαν. ὥστε οὐ δεῖ ἀπιστεῖν τοῖς λεγομένοις περὶ τῆς θείας μουσικῆς. διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Πλάτων παρακελεύεται, τοὺς νέους καὶ διὰ γυμνασικῆς ἰέναι, ἵνα διὰ μὲν τῆς μουσικῆς τὴν ψυχὴν ἐπικοσμῶσι· διὰ δὲ τῆς γυμνασίας τὸ σῶμα.

Ut quis non injuriâ miretur, cur nutrix apud Euripidem *in Medeâ* succenseat hominibus, quòd hymnos invenerint conviviis, ubi aliàs lætantur homines: nullus verò Musicam ostenderit, quæ tristitias abigat, ubi eâ maximè opus esset, sic inquiens:

Σκαιοὺς δὲ λέγων, κοὐδέν τι σοφοὺς
Τοὺς πρόσθε βροτοὺς, οὐκ ἂν ἁμάρτοις
οἵτινες ὕμνους ἐπὶ μὲν θαλίαις
ἐπί τ' εἰλαπίναις, καὶ παρὰ δείπνοις
ηὕροντο βίου τερπνὰς ἀκοάς
στυγίους δὲ βροτῶν οὐδεὶς λύπας
ηὕρετο, μούσῃ καὶ πολυχόρδοις

ᾠδαῖς παύειν, ἐξ ὧν θάνατοι
δειναί τε τύχαι σφάλλουσι δόμους.
Καί τοι τάδε μὲν κέρδος ἀκεῖσθαι
μολπαῖσι βροτούς. ἵνα δ' εὔδειπνοι
δαῖτες, τί μάτην τείνουσι βοήν;
τὸ παρὸν γὰρ ἔχει τέρψιν ἀφ' αὐτοῦ
δαιτὸς πλήρωμα βροτοῖσιν.

Ineptos si dixeris, nec ullâ ex parte prudentes majores homines, non errares: quòd quidem hymnos ad celebritates, & ad compotationes, & circa epulas invenerunt, vitæ jucunda oblectamina: stygias verò mortalium nullus tristitias invenit Musicâ & multichordis canticis sedare, ex quibus mortes, gravesq; fortunæ subvertunt domos. Atqui has quidem utilitas mederi canticis mortales. Ubi verò lauta convivia, quid frustrà intendunt vocem? præsens enim habet oblectationem à sese convivii frequentia hominibus.

Musica læt animæ & laborum lenimentum.

Miretur, inquam, quispiam non injuriâ: Quis enim dubitet Musicam remedium esse ad inducendam humanarum calamitatum oblivionem, quibus vita hæc nostra undiq; septa deprehenditur: cùm & externorum laborum molestiam & asperitudinem, mirum quantùm demulcere ac lenire soleat? Ovid. *4. Trist. 1.*

Hoc est cur cantet vinctus quoq; compede fossor
Indocili numerô cùm grave mollit opus.
Cantat & innitens limosæ pronus arenæ
Adverso tardam qui trahit amne ratem:
Quiq; refert pariter lentos ad pectora remos,
In numerum pulsâ brachia versat aquâ.
Fessus ut incubuit baculo, saxoq; resedit
Pastor, arundineô carmine mulcet oves.
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis,
Fallitur ancillæ, decipiturq; labor.
Fertur & abductâ Briseide tristis Achilles
Hæmoniâ curas attenuasse lyrâ.
Cùm traheret sylvas Orpheus & dura canendo
Saxa, bis amissâ conjuge tristis erat.

Verè

Verè itaq; non minùs quàm eleganter Eoban. Hess.

Quem non blanda juvent variis modulamina cantus,
Huic jecur & renes, agraq; corda stupent.
Nam nihil humanas tantâ dulcedine mentes
Afficit, ac melica nobile vocis opus.
Tange lyram digitis: animi dolor omnis abibit,
Dulcisonum reficit tristia corda melos.

Sed nihil est omnium, quod ad commendationem laudemq; Musices dici possit luculentiùs atq; diviniùs, quàm quòd etiam malum dæmonem fugare sit efficax, ut ex historia de Saule & Davide constat. Quò etiam respexit auctor hujus Octostichi in laudem Musices.

Cur Musica etiam malũ dæmonẽ fuget. V. Joh. Saresb. l. 1. c. 9. Valesf. de sacra Philos. c. 28. Rod. à Castrô Med. Polit. lib. 4. cap. 16.

Musica divarum salve sanctissima, casta
Delicium mentis virgineiq; chori.
Tu curas abigis, furiarumq; agmina pellis,
Tu das Angelici gaudia sancta chori.
Et sine Sole dies & nox sine sidere tristis:
Te sine, vita hominum nil nisi luctus erit.
Quum praebes animo, non castior ulla voluptas:
Cui tua sunt odio munera, dispereat.

Hoc autem honori Lyræ & Musicæ Davidicæ (quæ [illegible] hodieq; in Psalmis resonat) meritò tribuitur, in cujus laudem non piget asscribere decem Jambos Græcos, qui in veteri Menologio extant, hac Epigraphe: Στίχοι εἰς τὸν θεῖον Δαβίδ:

Lyra & Musica Davidica encomiũ.

Σίγησον Ὀρφεῦ ῥῖψον ἑρμῆ τὴν λύραν
Τρίπους ὁ Δελφοῖς δεινὸν εἰς λήθην ἴτω.
Δαβὶδ γὰρ ἡμῖν, πνεόμενος κρούων λύραν
Τρανοῖ τὰ κρυπτὰ τῶν Θεοῦ μυστηρίων.
Πληθὺν παλαιῶν ἱστορεῖ τεραστίων.
Κινεῖ πρὸς ὕμνον τοὺς κλύοντας τὴν κτίσιν
Σώζων ἅπαντας μυσταγωγεῖ καὶ γράφει.
Ἁμαρτάνοντας εἰς ἐπιστροφὴν φέρει.
Πολλοῖς σὺν ἄλλοις καὶ κελεύει δηλαῖν κρίσιν,
Σμήχειν διδάσκει ψυχικὰς ἁμαρτάδας.

Tandem subjicitur hic Hexameter;

Ἁρμονίης ἱερῆς μελιηδέα ἄσματα Δαβίδ.

Hoc

Hos Jambos Græcos, totidem Latinis reddidit Rittershusius: *Notis in Malch. de vit. Pythag.*

Orpheu sile, Lyram abjice, Mercuri, tuam.
Oblivione, Delphice tripus, mergitor.
Nobis Davides spiritus lyram increpans,
Mysteria in lucem abdita eruit DEI:
Antiqua narrat affatim miracula:
Movet, ut celebrent Conditorem, condita:
Scribit, docetq́, quod saluti est omnibus:
Peccantium conversionem promovet:
Diem & supremi Judicis extremum notat,
Mentisq́, labem abstergere impuram docet.
Harmoniæ sacræ sunt mellea Carmina David.

NImirũ (quod in transcursu) *Psalmor. liber* (ut D. August. habent verba *Tom. 8. prolog. in Psal.*) *quæcunq́, utilia sunt ex omnibus continet. Futura prædicit, veterum gesta commemorat, legem viventibus tribuit, gerendorum statuit modum. Et, ut breviter dicam, communis quidam bonæ doctrinæ* THESAURUS *est, aptè singulis necessaria subministrans.* Et post paucula: *Psalmus tranquillitas animarum est, signifer pacis, perturbationes, vel fluctûs cogitationũ cohibens, iracundiam reprimens, luxum repellens, sobrietatem suggerens, amicitiam congregans, adducens in concordiam desperantes, reconcilians inimicos, Psalmus dæmones fugat, Angelos ad adjutorium invitat. Psalmus solennitates decorat; Psalmus tristitiam, quæ propter Deum est, mollit. Psalmus etiam ex corde lapideo lachrymas movet. Psalmus Angelorum opus est, exercitium cœlestium thymiama. O verè admirandi magistri sapiens institutum, ut simul & cantare videamur, & quod ad utilitatem animæ pertinet, doceamur!* Hisce germana sunt D. Gregorii Nysseni verba, quæ notare pretium operæ. Sic autem ille *in frontispiciò Orat. de assumpt. Domin. Quàm suavis est & jucundus vitæ humanæ comes Propheta David, in omnibus itineribus vitæ sese offerens, & omnibus ætatibus spiritualibus commodè sese adjungens, omnem ordinem progredientium sublevat; cum iis, qui juxta Deum infantes sunt, colludit; cum viris unà certat, juventutem moderatur, senectutem sublevat atq́, sustentat. Omnibus omnia fit, militum telum, athletarum instructor, exercentium se palæstra, vincentium corona, in mensa oblectatio, in luctu, & funere consolatio. Nihil est in*

est in vitâ nostrâ, quod hujus expers sit officii. Adi Andr. Wilkium *No. in Psalm. 90. p. 17.*

Verùm infinitus sim, si singulas Musicæ laudes, quibus bonorum auctorum Libri referti sunt, recensere velim. Videsis suprà quoq; laudatum Athenæum *lib. 14. cap. 11.* Macrob. *lib. 1. in somn. Scipion.* Quintilian. *lib. 1. Inst. Orat. 10.* Alexandrum (qui non dubitat pronunciare, *Musicam naturæ & animæ hominis ita agnatam esse, ut calor igni per naturam inest*) *lib. 2. probl. 121.* Chassenæum *in Catal. gloriæ Mundi. part. 10. consid. 51.* Philip. Camerar. *Cent. 1. Horar. cap. 18.* Baldass. Castilionium *in suo Aulico lib. 1.* J. Lang. *lib. 3. Epist. 6.* Roder. à Castro *Med. Polit. lib. 4. cap. 14. & seqq.* quibus omninò adde, quæ de Musica, & in quo ejus cum re militari sit commercium, Rob. Valtur. tradidit *lib. 2. de re militari. cap. 4.* quos ferè laudat, & Salmuth *Pancir. parte 1. p. 249.*

Meatus & ordines siderũ) Astrologiam priscor. Regũ τῶν θεοφιλῶν, *quos Diu amarint*, inventum esse, ejusq; rationem Æthiopes primùm mortalibus tradidisse, mox Ægyptios eandem accuratiùs excoluisse, Lucianus auctor est, *de Astrolog.* De Ægyptiis elegans locus est apud Heliod. *l. 3. Æthiop. c. 16.* apud quem Calasiris Ægyptius, de verâ & falsâ Ægyptior. sapientiâ sic philosophatur: ἡ μὲν γάρ τις εἴποι χαμαὶ ἐρχομένη, εἰδώλων θεράπαινα, καὶ περὶ σώματα νεκρῶν εἱλουμένη, βοτάναις προστετηκυῖα, καὶ ἐπῳδαῖς ἐπανέχουσα· Πρὸς οὐδὲν ἀγαθὸν τέλος ἔτι αὐτὴ προϊοῦσα, οὔτε τοὺς χρωμένους φέρουσα, ἀλλ' αὐτὴ τὰ περὶ αὐτὴν τὰ πολλὰ σφαλλομένη. λυπρὰ δέ τινα καὶ γλίσχρα ἔστιν ὅτε κατορθοῦσα· φαντασίας τῶν μὴ ὄντων ὡς ὄντων, καὶ ἀποτυχίας τῶν ἐλπιζομένων, πράξεων ἀθεμίτων εὑρετὶς, καὶ ἡδονῶν ἀκολάστων ὑπηρέτις. ἡ δὲ ἑτέρα, τέκνον, ἡ ἀληθῶς σοφία, ἧς αὕτη παρωνύμως ἐνοθεύθη, ἣν ἱερεῖς καὶ προφητικὸν γένος ἐκ νέων ἀσκοῦμεν, ἄνω πρὸς τὰ οὐράνια βλέπει, θεῶν συνόμιλος, καὶ φύσεως κρειττόνων μέτοχος, ἄστρων κίνησιν ἐρευνῶσα, καὶ μελλόντων πρόγνωσιν κερδαίνουσα· τῶν μὲν γηΐνων τούτων κακῶν ἀποστατοῦσα, πάντα δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ ὠφέλιμον ἀνθρώποις ἐπιτηδεύουσα. *Est enim quædam vulgata, &, ut ita dicam, humi serpens, quæ simulachrorum ministra est, & circa mortuorum corpora volvitur, herbis intabescens, & incantationibus dedita, neq; ad ullum bonum finem perveniens, neq; hos, qui illâ utuntur, deducens, sed in multis etiam ipsa suis rationibus offendens, tristia verò quædam & sordida interdum præstans: nimirum visiones eorum, quæ non sunt, tanquam essent, & frustrationes speratarum actionum, flagitiorum*

XXI. *Astrologiæ primi inventores.*

rum inventrix, & profusarum voluptatum ministra. Altera verò fili, quæ reverà sapientia est, & à quâ illa adultera degeneravit, quam nos Sacerdotes & antistitum genus ab ineunte ætate excolimus, supra res cœlestes contemplatur, Deorũ convictrix, & naturæ præstantiorũ particeps, astrorum motus inquirens, & futurarum præsentiam in lucro ponens: ab his quidem terrenis malis remota, omnia verò ad honestatem & utilitatem hominum instituens. Hic mihi occasione illorum verborum, queis Astrologia θεῶν συνόμιλος, *Deorum convictrix* vocatur, in mentem venit Græcum Ptolomæi Epigramma, quod extat *lib. 1. Epigr. Græc. Tit. εἰς μαθήματα*:

Οἶδ᾽ ὅτι θνατὸς ἐγὼ καὶ ἐφάμερος· ἀλλ᾽ ὅταν ἄστρων
μαςεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας,
οὐκ ἔτ᾽, ἐπιψαύω ποσὶ γαίης, ἀλλὰ παρ᾽ αὐτῷ
Ζηνὶ διοτρεφέος πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

Mortalem quamvis norim me fortè creatum,
Dum tamen astrorum scrutor in orbe vias.
Sum pedibus tellure procul, juxtaque Tonantem
Assideo Divis, pascor & ambrosiâ.

Vel:

Haud ignoro, quòd humanô sum sanguine cretus,
Quodq; hodiè existens cras minus esse queam.
Attamen erectam dum tollo ad sidera mentem,
Ipsorum & varias lustro notoque vias:
Non pede mortali terram conculco, sed ipso
Ambrosiâ in cœlis ab Jove pastus alor.

Astrologiæ cultores. Orpheus. Porrò, Græcis, eodem Lucianô auctore, primum Astrologiæ gustum Orpheus præbuit, sed præstigiis variis ac mysticis involucris obtexit. Nam concinnatâ lyrâ Orgia instituit, sacrasq; cantiones decantabat. Porrò lyra cùm septem haberet chordas, concentũ mobilium stellarum repræsentabat. Hæc conquirens atq; hæc agitans Orpheus omnia delenibat, omniaq; vincebat. Neq; enim illam hominis lyram spectabant, neq; illi alterius Musices studium erat, verùm hæc magna illa Orphei lyra. Ejusdem cultorem Bellerophontem quoq; fuisse idem Lucianus arbitratur, putatq; illum hanc disciplinam sectantẽ, sublimiaq; cogitantẽ, & inter astra versantẽ in cœlum non equô ascendisse, *Bellerophon.*

sed

ſed animô. Pariter & Dędalũ ab Aſtrologiæ ſtudiô non alienum fuiſſe, ſed cùm ipſum eâ maximè uſum fuiſſe, tùm filium ſuum eandẽ perdocuiſſe ſcribit. Aſt Icarum cum juventutis calore & inſcitiâ, non ea diſquireret, quæ conveniebant, ſed ad ipſum quoq; polũ animo tolleretur, delapſũ eſſe à verô totaq; aberraſſe arte, & in mare præcipitẽ dediſſe rerũ imẽnſæ profunditatis, &c. *Dædalus.*

Apuleius *4. Flor.* Thaleti Mileſio in hac diſciplina primas tribuit: *Thales Mileſius*, inquit, *ex ſeptem illis ſapientia memoratis viris, facilè præcipuus fuit. Enim Geometricæ penes Grajos primus repertor, & naturæ rerum certiſſimus explorator, & Aſtrorum peritiſſimus contemplator, maxima res parvis lineis reperit: temporum ambitus, ventorum flatus, ſtellarũ meatus, tonitruum ſonora miracula, ſiderũ obliqua curricula, Solis annua reverticula: idem Lunæ vel naſcentis incrementa, vel ſeneſcentis diſpendia, vel delinquentis obſtacula: Idem ſanè jam proclivi ſenectute divinam rationem de Sole commentus eſt, quam equidem non didici modò, verùm etiam experiundo comprobavi: quotiens Sol magnitudine ſuâ, circulũ, quem permeat, metiatur. Id à ſe recens inventum Thales memoratur edocuiſſe Mandraytum Prienenſem. Qui novâ & inopinatâ cognitione impendiò delectatus, optare juſſit, quantam vellet mercedem ſibi pro tantô documentô rependi. Satis, inquit, mihi fuerit Mercedis Thales ſapiens, ſi id, quod à me didiciſti, cùm proferre ad quoſpiam cœperis, tibi non adſciveris; ſed ejus inventi me potiùs quàm alium repertorem prædicaveris.* Hæc ille. *Thales Mileſius.*

Cæterùm, haud ſcio, an quiſquam unquam mortalium in hoc ſtudiô cum Archimede paria fecerit. Hujus quippe ingeniũ ſuprà quàm ullô poſſit eloquiô explicari, docile, perſpicax & divinũ, in mundi opificio Deum ferè ipſum laceſſere viſum eſt; quando concinnè cœlum conflaſſe æneum memoratur, ut inibi ſeptẽ viderentur Planetę, & ratione incomparabili etiam motus veriſſimè deprehenderentur, quando nec cœleſtis deerat vertiginis ſimulacrũ. De hoc Archimedis opere ita Cic. judicat *1 Tuſc. Cùm Archimedes Lunæ, Solis, quinq; errantium motus in Sphæram illigavit, effecit idem, quod ille, qui in Timæo mundum ædificavit Platonis, Deus, ut tarditate & celeritate diſſimillimos motus, una regeret converſio. Quodſi in hoc mundo fieri ſine Deo non poteſt, nec in Sphæra quidem eoſdem motus Archimedes ſine divino ingenio potuiſſet imitari.* De eadem Archimedis Sphærâ ita Claudianus: *Archimedis cœlũ æneum.* *V. Lactant. l. 2. c. 5.*

Juppiter in parvo cùm cerneret æthera vitro,
Risit, & ad superos talia dicta dedit:
Huccine mortalis progressa potentia curæ?
Jam meus in fragili luditur orbe labor.
Jura poli, rerumq́ fidem, legesq́ Deorum
Ecce Syracusius transtulit arte senex,
Inclusus variis famulatur Spiritus astris,
Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus signifer annum,
Et simulata novô Cynthia mense redit.
Jamq́ suum volvens audax industria mundum,
Gaudet, & humanâ sidera mente regit.
Quid falsò insontem tonitru Salmonea miror
Æmula naturæ parva reperta manus?

Argenteum. Tale procul dubio fuit cœlum illud argenteum, quod Paulus Jovius, & Sabellicus *lib. 24. in supplem. histor.* scribunt Imperatore Ferdinando Constantinopolim Turco-Solymanno dono missum, & eam quidem machinam argenteam ab hominibus duodecim eò delatam, singulasq; eas partes tum in præsentiâ Solymanni ab artifice fuisse compositas, & rursum destructas, exhibitô pariter libellô, quô modus admirabilis istius Sphæræ in perpetuô motu observandæ docebatur. *Tulere*, inquit Historicus, *legati munera, excelsum, Germanicô more, ex aurô poculum, lectissimis exornatum gemmis: eruditæq́ insuper admirationis argenteam machinam, in quâ non horarum modò spatia, sed errantium etiam siderum motus, menstruiq́ Solis, ac Lunæ coïtus, exactissimâ ratione monstrabantur. Intus scilicet dentatis rotis, certisq́ ponderibus admirabili momentô, vel in multum ævum minutissimas temporum mensuras dispensantibus: qui inter celeres tardosq́ orbes in tam variô inæqualiq́ polorum ordine, audaci quadam supremi motoris æmulatione conjuncta congruerent, &c.* **Vitreum.** Meminit etiam Guilielm. Salust. Bartasius *in septimanâ divinâ die sextô*, cœli ejusmodi vitrei quô Saporem Persarum Regem, qui tempore Constantini Principis severissimi regnavit, superbiisse legimus, insidentē thoro alto & pedibus subjectam vitream illam cœli machinam, instar novitii cujusdam Dei contemplantem. Quô etiam nomine Solis & Lunæ fratrem se, sanè [illegible] quàm

quàm insolenter, nominavit. Sic enim Epistolam illam, quam ad Constantium Imperatorem dedit, fuit exorsus: *Rex Regum Sapor, particeps siderum, Solis & Lunæ frater, Constantino fratri meo salutem plurimam.* Cœl. Rhodigin. *lib. 8. cap. 3.* Cardanus *de varietate rerum.*

Licet autem antiquitùs Regum tantùm ac Principum in hoc studii genere occuparetur industria: magnam tamen cùm ipsis, tùm aliis etiam ejus tractatio contemptũ, magnam etiam invidiam in vulgus comparavit: adeò ut *metereoleschas* eos vocarent, id est, de sublimibus rebus nugantes. Hinc salsè Diogenes ad quendam, περὶ τῶν μετεώρων disserentem: ποσταῖος, ἔφη, πάρει ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ; *Quando*, inquit, *de cœlo venisti?* Hujus loci est Palladæ Epigramma:

Metereoleschæ.

Εἰπὲ πόθεν σὺ μετρεῖς κόσμον, καὶ πείρατα γαίης
ἐξ ὀλίγης γαίης σῶμα φέρων ὀλίγον;
Σαυτὸν ἀρίθμησον πρότερον καὶ γνῶθι σεαυτὸν,
καὶ τότ' ἀριθμήσεις γαῖαν ἀπειρεσίαν.
εἰ δ' ὀλίγον πηλὸν τοῦ σώματος οὐ καταμετρεῖς
πῶς δύνασαι γνῶναι τῶν ἀμέτρων τὰ μέτρα;

Undè, age, tu cœlum metiris & ultima terræ?
Quum tenue è tenui sit tibi corpus humô.
Te metire prius moneo, & te nosse labora,
Atq; sati hinc orbis discere perge modum.
At mensura luti tenuis quum te fugiat, qui
Nosse rei innumeræ, tu poteris numerum?

Vel:

Fare age, qui cœlum metiris & ultima terræ,
Cùm tibi de modicâ sit breve corpus humo.
Te prius explores, & nosce: hinc plurima vastæ
Sunt loca telluris dinumeranda tibi.
Corporis at si non globum metire pusilli,
Quî potes innumeræ nosse rei numerum?

Hinc & Thaletem à vetulâ irrisum ferunt, cùm in siderum contemplatione defixus, in foveam decidisset. Plato *in Theatetô*, Stob. *serm. 46.* Garbias *in tetrastich. Iamb.*

Thales à vetulâ irrisus. confer Laërt. in Diog. l. 6.

Ἄστροις προσκοπῶν τις ἀστρολογικὸς
Πίπτει λεληθὼς πρὸς φρέαρ. τυχὼν δέ τις
ὁδοιπόρος γέροντι, ταῦτ' ἔφη λέγων:
νοῦν θεὶς ἄνω, βέλτιστε, τὴν γῆν οὐ βλέπεις.

Quidam astra spectans Astrologus altam cadit
Hallucinatus in foveam: eâ iter tenens
Tunc quispiam dixit gementi isthac: habens
Mentem in superis, optime, haud terram vides.

In eundem Thaletem Nicodem. Frischlin. ita lusit *in Epigram. Callimacho subjunctis:*

Ἀπλανέων τις διζόμενος τὰ κέλευθα πλανήτων
Ποσσὶ δ' ὀρειβάταις οὐ γ' ἐπλανᾶτο δρόμον,
καὶ καθορῶν τὰ ἄνω πρηνὴς κάτω ἔμπεσε βόθρῳ,
ἰσχίον ἐκστρέψας ἀστράγαλόν τε ῥαγείς.
ὢ τῆς ἀφροσύνης! οἶδε τὰ κατ' αἰθέρα λεύσσειν
τοῖς ποσὶν οὐκ ἰδὼν πῆμα κυλινδόμενον.

Nec invenustum Jo: Silberbornei Epigramma in eundem:

Ardua fortè Thales cœli dum sidera lustrat,
In foveam gressu præcipitante ruit.
Hunc anus ut quædam delapsum rustica vidit,
Quæ vitreô liquidas fonte petebat aquas,
Sic super illudens cùm pervenisset ad ipsum
Alloquitur quatiens voce tremente caput:
Astra quid inspectas cœli sublimia, stulte,
Nec tibi quæ prosint inferiora vides.
Dumq; futura studes aliis prædicere fata,
Cernere quæ jaceant non potes ante pedes.

Astrologia res sapientissima. Verùm enim verò Astrologia à Platone, verum & legitimum illius usum considerante, meritò σοφώτατον τι vocatur *Epinomid. fol.704.* Revera enim secundùm Ovid. *l.1. Epist.*

Felices animæ, quibus hæc cognoscere primùm
Inq; domos superas scandere cura fuit.
Credibile est illos, pariter vitiisq; jocisq;
Altiùs humanis exeruisse caput.

Ejusdem abusus. At ab iis, qui superstitionem & abusum illius notare solent, appellatur *ridicula & inanis* D. August. *l.2. Confess. cap.6. occupatissima Va-*

ma vanitas D. Basilius *in Hexaëm. Inutiles & impossibilis* Ambros. *l. 4. Hexaëm. c. 4. Vanissima officina.* Chrysost. *Homil. 6. in Matth. Magiæ clavis, ex cujus sinu superstitionum omnium vanitates profluxerint.* Cœl. Rhodig. *l. 9. c. 20.* quem confer *l. 14. c. 9.* & *l. 2. c. 12.* ubi Astrologiam Lactantii & Apuleij auctoritate *dæmonum inventum* vocat. Scitè etiam D. Ambrosius *locô modò laudatô* prædictiones Astrologorum telis aranearum comparat, cùm ait: *Sapientia Chaldæorum telæ araneæ comparatur, in quam si culex aut musca inciderit, exuere se non potest: Si verò validiorum animantium ullum genus incurrisse visum est, pertransivit, & casses rupit, infirmosque inanes laqueos dissipavit. Talia sunt retia Chaldæorum, ut in his infirmi hæreant, validiores sensu, offensionem habere non possint. Itaq; vos qui validiores estis, cùm videritis Mathematicos, dicite: Telam araneæ texunt, quæ nec usum aliquem potest habere, nec vincula, si tu non quasi culex aut musca lapsu tuæ infirmitatis incurras, sed quasi passer aut columba casses invalidos præpetis volatus celeritate dissolvas.* Hoc fortean animo volvit Euricius Cordus Poëta doctissimus, cùm Valerium filium suum, juxta cum Medicinæ studio, Mathematicas etiam, si lubeat, artes excolere, contrà verò divinatricem Astrologiam, ut non tantùm Medico inutilem, sed etiam Christianæ religioni repugnantem, omni studiô fugere & cavere jubet, dum sic canit:

Apta Mathematicas ubi mens adspirat ad artes,
Laxa tibi studiis frena remitto tuis.
Hoc tamen admonitu, præscriptis finibus ut te
Contineas, certum constituasq; modum.
Scire licet, vaga quò se volvant sidera motu;
Quem teneat terræ qualibet ora situm;
Quæ numeri virtus, quæ vocum arcana potestas,
Et quodcunque fluens linea duxit opus.
Sed fuge dementum mendax genus Astrologorum,
Quæq; docent vanis frivola scripta libris.
Hæc Medicis adeò nihil ars habet utile rebus;
Ut constet multis sæpè nocere modis.
Illicò delectat, fateor, dulcedine; verùm
Efficit expertes relligione viros.

Hinc

Hinc quòd ei ſanctâ divina oracula lege
Præcipiant nullam nos adhibere fidem:
Malo quòd indoctus, quàm quòd ſis impius: Ergò
Diſce ut doctorem confiteare Deum.

Cæterùm adverſum hoc genus prolixè diſſeruit Romæ Phavorinus, teſte Agellio *lib.14. cap.1.* Vide & Ciceronem *2. de Divinat.* & Joh. Picam. Mirandulan. aliquot libris contra prædictiones Aſtrologicas pugnantem, & Franc. Valleſ. *de ſacra Philoſoph. cap.31.* & utroq; antiquiorem J. Sareſber. *lib. 2. Policrat. cap. 19.* Adde Benedict. Pererium *lib.3. de Magia &c. per totum.* Johan. Calvin. *diſſ. adverſus Aſtrolog. judiciar.* Peucerum *de Divinat. pag. 621.*

Non eundum eſt tamen inficias, non defuiſſe olim (quod antreà quoq; innui) Imperatores, Reges, Principes, aliosq; viros illuſtres, qui artem Aſtrologicam, ſeu ſideralem ſcientiam, ut Plinius vocat *lib. 7. cap. 29.* amarunt, ornarunt, exercuerunt. Quorum Catalogum, ut & prædictiones quaſdam Aſtrologicas inſigniores, ex variis auctoribus ſtudiosè collegit Vir inter nobiles doctiſſimus, & inter doctos nobiliſſimus Heinricus Rantzovius, &c. Sed ceſſo plura: ſiquidem dudum jam Pindaricum illud hic uſurpare mihi licuiſſet, *Pyth.11.*

ἦρ' ὦ φίλοι, κατ' ἀμευ-
σιπόρον τρίοδον ἐδινάθην, ὀρ-
θὰν κέλευθον ἰὼν τὸ πρίν. ἤ
μέ τις ἄνεμος ἔξω πλόου
ἔβαλεν, ὡς ὅτ' ἄκατον ἐνναλίαν.

Atqui per devia compita, ô amici, volutus ſum rectum anteà ingreſſus iter. Et me ventus quiſpiam, veluti marinam navim, extra decoram navigationem projecit. Itaq; hic tandem pedem figo, & quæ occaſione verborum Auguſtinianorum ad illuſtrandam Hominis dignitatem & præcellentiam dicta adhuc ſunt, eleganti Gnome Pindaricâ obſigno. Nem.6.

---- Ἀλλά τι προσφέρομεν
ἔμπαν, ἢ μέγαν νόον, ἤ-
τοι φύσιν, ἀθανάτοις.
καίπερ ἐφαμερίαν

οὐκ

οὐκ εἰδότες οὐδὲ μετὰ
νύκτας ἄμμες πότμος ἂν
ἂν ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν

Quæ sic reddit Lonicerus: *Quadantenus tamen pares sumus, sivè magnam juxta mentem, sivè industriam Diis immortalibus: tametsi ignoremus quâ die vel nocte ad vitæ nostræ summam, quam definivit divina providentia, nobis currendum sit:* Conspirant cum his M. Curtii verba apud Zonar. *T. 2. Annal. pag. mihi 37.* οὐκ ἔστιν οὐδὲν ζῶον θνητὸν οὐδ' ἰσχυρότερον ἀνθρώπου. εἰ γάρ τι δεῖ καὶ θρασυνόμενον εἰπεῖν, οὔτ' ἄνθρωπος οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ θεὸς σῶμα θνητὸν ἔχων: οὔτε θεὸς, ἄλλο, ἢ ἄνθρωπος ἀσώματος, κἀντεῦθεν ἀθάνατος καὶ οὐ πόῤῥω τῆς θείας δυνάμεως ἀπηρτήμεθα. *Non est ullum mortale animantis genus homine præstantius aut fortius. Quod si audaciùs loquendum sit, quid est homo, nisi Deus mortali corpore circumseptus. Aut quid Deus est, nisi homo omnis ex materia concretionis expers, atq; immortalis? Neq; nos longè à divina potentia absumus.* Nihil namque tàm difficile est & arduum (Senecæ verba sunt, *de ira l. 2. cap. 13.*) *quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat assidua meditatio. Nulliquè sunt tam feri, suique juris affectus, ut non disciplinâ perdomentur. Quodcunquè imperavit animus obtinuit. Quidam nunquam ridere consueti sunt vino quidam, alii venere, quidam omni humore interdixere corporibus. Alius contentus brevi somno, vigiliâ indefatigabilé extendit. Didicerunt tenuissimis & adversis funibus currere, & ingentia, vixq; humanis toleranda viribus, onera portare, & in immensam altitudinem mergi, ac sine ullâ respirandi vice perpeti maria. Mille sunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne transcendit, ostenditq; nihil esse difficile, cujus sibi ipsa mens patientiam indixerit.*

CAPUT XI.

Objectio diluitur, ostenditurq; non parùm gratiæ hominem Creatori debere, quòd eum non tantùm ὀρθοστάδιον, [1] rectum: sed etiam ad ἀπομίμησιν τοῦ ὅλου, seu imitationem totius Universi condiderit. Illud, [2] nos officii nostri, (cujus parũ heu! memores sumus) [3] admonere: Hoc, [4] ad cognitionem Conditoris [5] velut manu ducere. Corporis

Hinc quòd ei sanctâ divina oracula lege
Præcipiant nullam nos adhibere fidem:
Malo quòd indoctus, quàm quòd sis impius: Ergò
Disce ut doctorem confiteare Deum.

Cæterùm adversum hoc genus prolixè disseruit Romæ Phavorinus, teste Agellio *lib.14.cap.1.* Vide & Ciceronem *2. de Divinat.* & Joh. Picam. Mirandulan. aliquot libris contra prædictiones Astrologicas pugnantem, & Franc. Valles. *de sacra Philosoph. cap.31.* & utroq; antiquiorem J. Saresber. *lib. 2. Policrat. cap. 19.* Adde Benedict. Pererium *lib.3. de Magia &c. per totum.* Johan. Calvin. *diss. adversus Astrolog. judiciar.* Peucerum *de Divinat. pag. 621.*

Non eundum est tamen inficias, non defuisse olim (quod anteà quoq; innui) Imperatores, Reges, Principes, aliosq; viros illustres, qui artem Astrologicam, seu sideralem scientiam, ut Plinius vocat *lib. 7. cap. 29.* amarunt, ornarunt, exercuerunt. Quorum Catalogum, ut & prædictiones quasdam Astrologicas insigniores, ex variis auctoribus studiosè collegit Vir inter nobiles doctissimus, & inter doctos nobilissimus Heinricus Rantzovius, &c. Sed cesso plura: siquidem dudum jam Pindaricum illud hic usurpare mihi licuisset, *Pyth.11.*

ἦρ', ὦ φίλοι, κατ' ἀμευσι-
πόρ' ἐγὼ τρίοδον ἐδινάθην, ὀρ-
θὰν κέλευθον ἰὼν τὸ πρίν. ἤ
μέ τις ἄνεμος ἔξω πλόου
ἔβαλεν, ὡς ὅτ' ἄκατον ἐνναλίαν.

Atqui per devia compita, ô amici, volutus sum rectum anteà ingressus iter. Et me ventus quispiam, veluti marinam navim, extra decoram navigationem projecit. Itaq; hic tandem pedem figo, & quæ occasione verborum Augustinianorum ad illustrandam Hominis dignitatem & præcellentiam dicta adhuc sunt, eleganti Gnome Pindaricâ obsigno.

Nem.6.

—— Ἀλλὰ τι προσφέρομεν
ἔμπαν, ἢ μέγαν νόον, ἤ-
τοι φύσιν, ἀθανάτοις.
καίπερ ἐφαμερίαν,

οὐκ

οὐκ εἰδότες οὐδὲ μεθ'
νύκτας ἄμμε πότμος ἅν
τιν' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν.

Quæ ſic reddit Lonicerus: *Quadantenus tamen pares ſumus, ſivè magnam juxta mentem, ſivè induſtriam Diis immortalibus: tametſi ignoremus quâ die vel nocte ad vitæ noſtræ ſummam, quam definivit divina providentia, nobis currendum ſit:* Conſpirant cum his M. Curtii verba apud Zonar. *T. 2. Annal. pag. mihi 37.* οὐκ ἔστιν οὐδὲν ζῶον θνητὸν οὐδ' ἰσχυρότερον ἀνθρώπου. εἰ γάρ τι δεῖ καὶ θρασυνόμενον εἰπεῖν, ὅτι ἄνθρωπος οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ θεὸς σῶμα θνητὸν ἔχων· οὐδὲ θεὸς, ἄλλο, ἢ ἄνθρωπος ἀσώματος, κἀντεῦθεν ἀθάνατος· καὶ οὐ πόῤῥω τῆς θείας δυνάμεως ἀπηρτήμεθα. *Non eſt ullum mortale animantis genus homine præſtantius aut fortius. Quod ſi audaciùs loquendum ſit, quid eſt homo, niſi Deus mortali corpore circumſeptus. Aut quid Deus eſt, niſi homo omnis ex materia concretionis expers, atq; immortalis? Neq; nos longè à divina potentia abſumus.* Nihil namque tàm difficile eſt & arduum (Senecæ verba ſunt, *de ira l. 2. cap. 13.*) *quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat aſſidua meditatio. Nulliquè ſunt tam feri, ſuique juris affectus, ut non diſciplinà perdomentur. Quodcunquè imperavit animus obtinuit. Quidam nunquam ridere conſueti ſunt vino quidam, alii venere, quidam omni humore interdixere corporibus. Alius contentus brevi ſomno, vigiliã indefatigabilé extendit. Didicerunt tenuiſſimis & adverſis funibus currere, & ingentia, vixq; humanis toleranda viribus, onera portare, & in immenſam altitudinem mergi, ac ſine ullà reſpirandi vice perpeti maria. Mille ſunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne tranſcendit, oſtenditq; nihil eſſe difficile, cujus ſibi ipſa mens patientiam indixerit.*

Caput XI.

Objectio diluitur, oſtenditurq; non parùm gratiæ hominem Creatori debere, quòd eum non tantùm ὀρθαστάδιον, [1] *rectum: ſed etiam ad* ἀπομίμησιν τοῦ ὅλου, *ſeu imitationem totius Univerſi condiderit. Illud,* [2] *nos officii noſtri, (cujus parũ heu! memores ſumus)* [3] *admonere: Hoc,* [4] *ad cognitionem Conditoris* [5] *velut manu ducere. Corporis*

etiam dignitatem* [6]. *ab externô aliquô vitiô aut dehonestamentô, nullam imminutionem pati.

SEd hæc, dicas, Animi, seu interioris hominis ratio est; deterior autem est exterioris, seu Corporis conditio, quæ tantò altiùs sortem humanam deprimit, quantò ab illâ longiùs evehitur. Ad cujus rei fidem verbô non opus erit, si quis ea duntaxat memoriâ recolat, quæ suprà cùm *c.2.* tùm *c.7.* dicta sunt. Verùm, tantũ abest ut humanæ conditionis dignitas & præstantia à Corporis naturâ & indole imminutionem patiatur, ut hæc potiùs illam multis partibus illustriorem reddat. Omnium enim animantium formam vincit hominis figura. Cic. *de Nat. Deor.* Ut enim hoc tantũ nunc dicam (alibi enim liberiùs hic excurrendi uberior nobis campus patebit) *Nonnè eô locô* (August. verba sunt) *sensuum & cætera membra disposita sunt, speciesq; ipsa, ac figura & statura totius corporis ita modificata, ut ad ministerium animæ rationalis se indicet factam? Non enim ut animalia rationis expertia prona esse videmus in terram, ita creatus est homo: Sed erecta in cœlum corporis* lib.4. Strom. pag. 393. *forma, admonet eum, quæ sursum sunt sapere.* Clem. Alexandrinus: Οὐκοῦν εὐλόγως οἱ καταντρέχοντες τῆς πλάσεως καὶ κακίζοντες τὸ σῶμα· οὐ συνορῶντες τὴν κατασκευὴν τοῦ ἀνθρώπου ὀρθὴν πρὸς τὴν οὐρανοῦ θέαν γενομένην, καὶ τὴν τῶν αἰσθήσεων ὀργανοποιίαν πρὸς γνῶσιν συντείνουσαν, τά τε μέλη καὶ μέρη πρὸς τὸ καλὸν, οὐ πρὸς ἡδονὴν εὔθετα. *Non ergò rectè faciunt, qui creaturam insectantur, & corpus vituperant, non considerantes corporis constitutionem rectam factam esse ad cœlum contemplandum: & instrumentorum sensuum effectionem tendere ad cognitionem, & membra, & partes aptè esse compositas ad honestum, non ad voluptatem.* Eleganter Basilius Magnus: πρόσεχε καὶ τῇ τοῦ σώματος κατασκευῇ καὶ θαύμασον ὅπως πρέπον αὐτὸ καταγώγιον τῇ λογικῇ ψυχῇ ὁ ἀριστοτέχνης ἐδημιούργησεν. ὄρθιον σε ἔπλασε μόνον τῶν ζώων ἵν' ἐξ αὐτοῦ τοῦ σχήματος εἰδῇς ὅτι ἐκ τῆς ἄνωθεν συγγενείας ἐστὶν ἡ ζωή σου. τὰ μὲν γὰρ τετράποδα πάντα πρὸς τὴν γῆν βλέπει, καὶ πρὸς τὴν γαστέρα νένευκεν· ἀνθρώπῳ δὲ ἕτοιμος πρὸς οὐρανὸν ἀνάβλεψις, ὥστε μὴ σχολάζειν γαστρὶ, μηδὲ τοῖς ὑπὸ γαστέρα πάθεσιν, ἀλλ' ὅλην ἔχειν τὴν ὁρμὴν πρὸς τὴν ἄνω πορείαν. *Attende etiam corporis structura, & admirare, quomodo ipsum decorum habitaculum animæ rationali optimus artifex construxit. Erectum te finxit solum ex omnibus animantibus, quò ex ipsa figura scias, quòd vita tua ex supernâ cognatione existit. Nam quæ-*

1\. *Homil* εἰς τὸ πρόσεχε σεαυτῷ *p. 141.*

quadrupeda omnia ad terram vident, & ad ventrem prona sunt: homini verò ad cœlum aspectus expeditus est, ut ne ventri deditus sit, neq; his, quæ sub ventre sunt affectionibus, sed totum impetum ac motum ad perfectionem sursum versus habens. Sic Clemens Alexandrinus: Φύσει ὁ ἄνθρωπος ὑψηλὸν ἐστι ζῶον καὶ γαῦρον, καὶ τοῦ καλοῦ ζητητικόν, ἅτε τοῦ μόνου δημιουργήματος· ὁ δὲ ἐπὶ γαστέρα αὐτοῦ βίος, ἄτιμός τε καὶ ἐπονείδιστος, καὶ εἰδεχθὴς καὶ καταγέλαστος. *Homo natura excelsum & erectum est animal, & quod veri quærendi ac inveniendi desiderio tenetur, ut qui unius opus sit effectum. Ea autem quæ in ventrem incumbit ejus vita, nihil habet augusti, cùm sit digna opprobriô, & fœda & ridicula.* lib 3. pedag. c. 7.

Et ex hac corporali figurâ divinæ providentiæ argumentum sumit Socrates apud Xenophontem, his verbis: ἔπειτ' οὐκ οἴει φροντίζειν, οἳ πρῶτον μὲν μόνον τῶν ζώων ἄνθρωπον ὀρθὸν ἀνέστησαν. ἡ δὲ ὀρθότης, καὶ πρὸς τὸ ὁρᾶν πλέον ποιεῖ δύνασθαι, καὶ τὰ ὕπερθεν μᾶλλον θεᾶσθαι, καὶ ἧττον κακοπαθεῖν, καὶ ὄψιν, καὶ ἀκοήν, καὶ τὸ στόμα ἐποίησαν. Quæ sic reddidit Bessario: *Et cur non opinaris eos de nobis curare, cùm videas eos primùm quidem solum hominem animalium rectum creasse, quod multa providere posse facit, magisquè respicere, quæ supra se sunt, ac minus laborare, visumquè & aures ac os dedisse?* de fact. & dict. Socrat. lib. 1.

Euryphamus quoq; Pythagoréus de eadẽ sic philosophaur: Ἀνθρώπω φύσις. τὰ μὲν ἐκ τᾶς ἰδίας προαιρέσιος, τὰ δὲ καὶ τᾶς ἐκ τῶ θεῶ γενομένας ἐπικουρήσιος ποτιδεής ἐστι· τῷ μὲν γὰρ λόγῳ ποταδεκτικὸς ἦμεν καὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν, νοατικός, καὶ τῷ ὀρθῶς ἀπὸ γᾶς ἀνακεκλίσθαι, καὶ εἰς τὸν ὠρανὸν ἀποβλέπειν, καὶ θεῶν τῶν ἀνωτάτω νοατικὸς ἦμεν, ταῦτα δὲ καὶ τᾶς ἐκ τῶν θεῶν ἐπικουρήσιος τέτευχε. *Hominis natura partim sui est consilii, partim etiam divinum requirit auxilium. Quod enim rationem capere, honesta turpiavé cognoscere, rectà in cœlum à terrâ suspicere, Deosq; altissimos potest comprehendere, divinum adeptus est auxilium.* Manil. Fragm. Philosoph. Pythag. p 813. Epil. l. 4.

——stetit unus in arcem
Erectus capitis, victorq; ad sidera mittit
Sidereos oculos, propiusq; adspectat Olympum.

M. quoq; Tull. eleganter: *Figuram,* inquit, *corporis habilem, & aptam ingenio humano dedit. Nam cũ cæteras animantes abjecisset ad pastũ, solũ hominẽ erexit & ad cœli quasi cognatiõis & domicilii pristini cõspectũ excitavit.* Et alibi: *Sunt à terra homines, nõ ut incolæ atq; habitatores, sed quasi spectatores superarũ rerum atq; cœlestium, quorũ spectaculũ ad nullũ aliud* l. 1. de legib. l. 2. de Nat. Deor.

l. de opif. Dei c. 8.

genus animantium pertinet. Quæ ferè & Lactantii verba sunt: *Cùm statuisset Deus ex omnibus animalibus solum hominem facere cœlestem, cætera universa terrena, hunc ad cœli contemplationem rigidum erexit, bipedemq; constituit, scilicet ut eadem spectaret, unde illi & origo est. Illa verò depressit ad terram, ut quia nulla his immortalitatis expectatio est, toto corpore in humum projectô, ventri, pabuloq; servirent. Hominis itaq; solius recta ratio & sublimis status, & vultus DEO Patri communis, ac proximus, originem suam fictoremq; testatur.*

l. περὶ ἀρετῆς p. mihi 121.

Ad quam mentem eleganter Georgius Gemist. Pletho: Ἐπεὶ δὲ καθ᾽ αὑτὸν ἄνθρωπος γέγονεν οὐκ ἄλλο τι μάλιστα ἢ λογικόν τι ζῷον· δῆλον δή, ὅτι ὡς θεωρός τις ὥσπερ ἐν πανηγύρει, τῷ δὲ τῷ παντὶ εἰσῆκται· ἐπισκεψόμενός τε δυνάμεις, καὶ θεασόμενος, ὅτι ἐστὶ τῶν ὄντων ἕκαστον, καὶ πῇ ποτε πρὸς ἄλληλα ἔχει· καὶ διὰ τί ἕκαστα τῶν γιγνομένων. *Et quoniam homo per sese consideratus non aliud magis est, quam animal rationis particeps: eum in vitam veluti spectatorem, tanquam in celebritatem mercatus, & ludorum solemnium, introductum esse apparet: qui pro virili consideraret ac contemplaretur, & quid unaquæq; res esset, & quâ ratione omnes inter sese cohærerent, & quibus è causis earum, quæ fiunt, singula gignerentur.*

Vita Panegyri aut mercatui similis.
V. l. sapient. c. 15. vers. 11.

Et hæc quidem (quod ἐν παρόδῳ) rivuli mihi videntur ex Pythagoricis fontibus deducti. Is enim vitam humanam similem esse dicebat Panegyri, seu conventui celebri variorum & variè affectorum hominum, ut videre est apud Jamblichium *lib. 1. cap. 12. pag. 64.* Laërtium *in Pythagor.* cujus hæc sunt verba: Τὸν βίον ἐοικέναι πανηγύρει· ὡς οὖν εἰς ταύτην οἱ μὲν ἀγωνιούμενοι, οἱ δὲ κατ᾽ ἐμπορίαν, οἱ δέ γε βέλτιστοι ἔρχονται θεαταί· οὕτως ἐν τῷ βίῳ, οἱ μὲν ἀνδραποδώδεις φύονται δόξης καὶ πλεονεξίας θηραταί, οἱ δὲ φιλόσοφοι τῆς ἀληθείας. *Præsentem vitam dicebat celebritati simillimam. Quemadmodum enim ad hanc alii certaturi, alii negotiaturi, alii optimi futuri spectatores veniunt, ita in vitâ alios quidem gloriæ mancipia nasci, & cupiditatis aucupes, alios verò veritatis studiosos.* A Pythagorâ contentionem hanc mutuatus videtur Epictetus, qui sic apud Arrianum, *lib. 2. cap. 14.* τοιαῦτά ἐστι τὰ ἡμέτερα ὡς ἐν πανηγύρει· τὰ μὲν κτήνη πραθησόμενα ἄγεται, καὶ οἱ βόες, οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ὠνησόμενοι οἱ δὲ πωλήσοντες· ὀλίγοι δέ τινές εἰσιν οἱ κατὰ θέαν ἐρχόμενοι τῆς πανηγύρεως, πῶς τοῦτο γίνεται, καὶ διὰ τί, καὶ τίνες οἱ τιθέντες τὴν πανήγυριν, καὶ ἐπὶ τίνι. οὕτω καὶ ἐνθάδ᾽ ἐν τῇ πανηγύρει ταύτῃ. οἱ μὲν τινὲς ὡς κτήνη, οὐδὲν πλέον πολυπραγμονοῦσι τοῦ χόρτου. ὅσοι γὰρ περὶ κτῆσιν καὶ ἀγροὺς

καὶ

καὶ οἰκέτας, καὶ ἀρχάς τινας ἀναστρέφεσθε. ταῦτα οὐδὲν ἄλλο ἢ χόρτος ἐστίν. ὀλίγοι δὲ εἰσὶν οἱ πανηγυρίζοντες ἄνθρωποι φιλοθεάμονες. τί ποτ' οὖν ἐστιν ὁ κόσμος τίς, αὐτὸν διοικεῖ; *Proinde res in communi vitâ sic est comparata, atq; in celebri conventu mercatus & nundinarum, ad quas aguntur pecora multa & boves. Complures etiam homines conveniunt, partim empturi, partim vendituri: pauci verò contemplatum duntaxat veniunt celebritatem illam: Sed quomodo istud & quare fit? & quinam conventus tales agunt, & quâ de causa? Ita fieri consuevit, in conventu vitæ communis. Quidam enim instar pecorum, præterquam pabulum nihil aliud curant. Quibus enim curæ sunt fortunæ, agri, familiæ, imperia: hi de re aliâ nullâ sunt solliciti, quam de pabulô. Pauci sunt in isto cœtu cognitionis & intelligentiæ cupidi, ut sciant, quid mundus sit, quis ipsum gubernet.* Commodùm hic succurrit D. Gregorii tetrastichon, quô & ipse vitam nostram Panegyri comparat:

> Πανήγυριν νόμιζε τὸν δὲ τὸν βίον
> ἣν πραγματεύσῃ, κέρδος. ἀντάλλαγμα γὰρ
> μικρῶν τὰ μείζω, καὶ ῥέοντ' ἀΐδιον
> ἣν δ' αὖ παρέλθῃ, καιρὸν ἄλλον οὐκ ἔχεις.

Mercatum hanc vitam existima. Si negotiatus fueris, quæstum facies. Ut enim parva magnis, sic sempiterna fluxis fragilibusq; rebus commutantur. Quod si nundinarum tempus tibi fluere sinas, nullum aliud postea es habiturus. Confer eundem Arrian. *l.3.c.26.p.421.* Ciceron. *l.5. Tusculan. quæst.*

Verùm ne corporis figura oculis & animis labatur, aurem vellit Silius Italicus, Nasonis versus vulgò notos exprimens: *l.15.*

> *Nonnè vides hominum ut celsos ad sidera vultus*
> *Sustulerit DEUS, ac sublimia finxerit ora?*
> *Cum pecudes, volucrumq; genus, formasq; ferarum*
> *Segnem atq; obscœnam passim stravisset in alvum.*

Ad eandem alludit Juvenalis: *Satyr. 15.*

> ——— *separat hæc nos*
> *A grege mutorum, atq; ideò venerabile soli*
> *Sortiti ingenium, divinorumque capaces,*
> *Atq; exercendis, capiendisque artibus apti.*

Sensum à cœlesti demissum traximus arce
Cujus egent prona, & terram spectantia, &c.

Epist. 92. His adde, si vis, illud Senecæ: *Quemadmodum corporum nostrorum habitus erigitur & spectat in cœlum: ita animus, cui in quantum vult, licet porrigi, in hoc à natura rerum formatus est, ut paria Diis velit.*

II. Saluberrima SS. Patrũ monita occasione rectæ corp. humani figuræ. Ad hujus, porrò, figuræ ac conformationis nostri θεωρίαν & considerationem, saluberrimè nos vocant gravissima sanctorum Patrum monita. Inter quos principem locum meritissimò suô obtinet Cyprianus: *Quid te ad falsos Deos humilias & inclinas? Quid antè inepta simulacra & figmenta terrena captivum corpus incurvas? Rectum te DEUS fecit, & cùm cætera animalia prona & ad terram situ vergente depressa sint; tibi sublimis status, & ad cœlum atque ad Deum tuum vultus erectus est. Illuc intuere, illuc oculos tuos erige, in supernis Deum quære. Ut carere inferis possis, ad alta & cœlestia suspensum pectus attolle. Quid te in lapsum mortis cum serpente, quem colis, sternis? Quid in ruinam Diaboli per ipsum, & cum ipso cadis? sublimitatem serva, quâ natus es. Persevera talis, qualis à DEO factus es. Cum statu oris & corporis animum tuum statue, ut cognoscere Deum possis, te ante agnosce.* Huic proximè assidet Basilius Magnus:

Tract. 1. contra Demetr. p. 147.

Hexaë. Homil. 11. p. 53. Ἔπλασεν ὁ θεὸς ὀρθόν, ἐξαίρετον ταύτην σοι τὴν διάπλασιν παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα ἔδωκε. διὰ τί; ἐπειδὴ ἐξαίρετόν σοι καὶ τὴν ἐνέργειαν ἀποδιδόναι ἔμελλε. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα, βοσκήματά ἐστι, καὶ πρὸς ὃ πέφυκε, πρὸς τοῦτο ἔχει τὴν κατασκευήν. ἐστήρικται τὸ πρόβατον νέμεσθαι, κάτω ἔχει τὴν κεφαλὴν συννεύουσαν, τῇ γαστρὶ ἐνορᾷν, καὶ τοῖς ὑπὸ γαστέρα, ἐπειδὴ τέλος ἐκείνοις εὐδαιμονίας ἡ γαστρὸς πλήρωσις καὶ ἀπόλαυσις. ἄνθρωπος δὲ οὐκ εἰς γαστέρα βλέπει, ἀλλ' εἰς τὰ ἄνω κεφαλὴ αὐτοῦ ὑψηλή, ἵνα τὴν ἄνω βλέπῃ συγγένειαν. ὀφθαλμοὶ οὐκ εἰς τὴν γῆν νεύοντες. μὴ τοίνυν ποίει σεαυτὸν παρὰ φύσιν, μὴ τὰ γήινα περισκόπει, ἀλλὰ τὰ οὐράνια, οὗ ὁ Χριστός ἐστι, &c.

Finxit Deus (hominem) *rectum. Peculiarem hanc tibi præ cæteris animalibus figuram dedit. Quam ob rem? Quia peculiarem quoque Energian & muneris functionem tibi daturus erat. Nam cætera animantia pecora sunt, & ad quæ naturâ comparata sunt, ad illa etiam ipsâ corporis dispositione adoptata sunt. Ovis ad depascendum facta, caput ad tellurem depressum habet, ut ventri, & iis, quæ ventris, prospiciat, quandoquidem prosperitatis illarum finis, repletio est, & ventris oblectamentum: Homo verò non ità ad ventrem respicit: sed ad superna ipsi caput erectum & sublime datum est, ut supernam cognationem suam suspiciat.*

Oculi

Oculi non ad terram nutant. Ne ergò contra naturam te invertas. Nec terrena circumspice, sed cœlestia, ubi Christus est. Idem agit D. Ambrosius: *Cave, ô homo pecudum more curvari. Cave, ne in alvum te, non tàm corpore, quàm cupiditate deflectas. Respice corporis tui formam, & speciem congruentem celsi vigoris assume.* Ejusdem notæ & dignitatis est divinum Boëthii carmen: Hexaëm. 6. L. 5. Meth. 5

Quam variis terras animalia permeant figuris?
Namq; alia extento sunt corpore, pulveremq; verrunt,
Continuumq; trahunt vi pectoris incitata sulcum,
Sunt quibus alarum levitas vaga, verberetq; ventos,
Et liquido longi spacia ætheris enatet volatu:
Hæc pressisse solo vestigia gressibusq; gaudent,
Vel virideis campos transmittere, vel subire silvas.
Quæ variis videas licet omnia discrepare formis,
Prona tamen facies hebetes valet ingravare sensus.
Unica gens hominum celsum levat altiùs cacumen.
Atq; levis recto stat corpore, despicitq; terras.
Hæc nisi terrenus malè desipis, admonet figura
Qui rectò cœlum vultu petis, exerisq; frontem,
In sublime feras animum quoq; : ne gravata pessum
Inferior sidat mens corpore celsius levato.

Lactantius ad hanc mentem, lacteis verbis: *Quisquis animam, cujus origo de cœlo est, ad inferna & ima prostraverit, eò cadat, quò seipsum dejecerit: ideoqué oportet rationis & status sui memorem, non nisi ad superna niti semper, & tendere: quod qui fecerit, hic planè sapiens, hic justus, hic cœlô Deoqué dignus judicabitur, quem suus parens non similem, nec ad terram, more quadrupedum abjectum: sed stantem potius ac rectum, sicut eum fecit, agnoverit.* Idem inculcat aliô locô, cùm ait: *Eadem ratione hanc vitæ viam quæri oportet, qua in altô iter navibus quæritur. Quæ nisi aliquod cœli lumen observent incertis cursibus vagantur. Quisquis autem rectum iter vitæ tenere nititur, non terram debet aspicere, sed cœlum, & (ut apertius loquar) non hominem sequi debet, sed DEUM, non his terrestribus simulachris, sed DEO servire cœlesti, non ad corpus referre omnia, sed ad mentem, non huic vitæ dare operam, sed æternæ: Itaqué si oculos in cœlum semper inten-* V. lib. 2. c. 1. lib. 2. c. 19. lib. 2. cap. 8.

intendas, & Solem, quà oritur, observes, eumqué habeas vitæ, quasi navigii, ducem, suâ sponte in viam pedes dirigentur, & illud cœleste lumen, quod sanis mentibus multò clarius Sole est, quàm hic, quem in carne mortali videmus, sic reget, sic gubernabit, ut ad summum sapientiæ virtutisqué portum sine ullo errore perducat. Quem disertissimi viri locum feliciter expressit Jacob. Billius:

l. 1. Anthol. sacra Epigr. 5.

Æquora qui fragili sulcat malefida carinâ,
Quid cursum ut teneat nocte silente facit?
Pervigil ad cœlum tendit sua lumina, sidus,
Spectat & in boreo juge quod axe micat.
Quisquis iter vitæ sequeris, vitæqué perennis
Ne tua sint terræ lumina fixa, cave.
Semper ad æthereas sublimi vertice sedes
Conspice: sic tutum latius habebis iter.

Antè autem quàm auctorem hunc manibus deponam, lubet ex eodem aliud Epigramma, ejusdem cum priore κόμματος ac tenoris, asscribere.

Infera quæ volitat, nimiumqué ad pabula vergit,
Retibus aut visco protinus hæret avis.
Qui nimis est ventri, rebus quoq; deditus imis,
Hunc facilè in casses pertrahit arte Satan.
Si cupis ergò tuam è tantô discrimine mentem
Eximere, & vitæ consulis ipse tuæ:
Fac semper mens alta petat, sursumqué feratur,
Sic auceps tendet retia vana tibi.

Hujus loci sunt ista Gregoriana:

Θυμὲ βλέψον ἄνω χθονίων, ἐπιλήθεο πάντων.

Aspice mens sursum, terrenasqué abjice curas.

Δεῦρ᾽, ἄγε, κόσμον ἅπαντα καὶ ἄχθεα τῇδ᾽ ἀπολείψας
ἱστὸν ἐς ζωὴν οὐρανίην πέτασον.

Eja age & hic omnem mundum, fascesq; relinquens
In cœlum cursu dirige vela tuô.

Σκίναζε σπεῦδ᾽ ὡς τάχος πρὸς οὐρανὸν
ψυχὴν πτερώσας τῷ λόγῳ τὴν ἡμέραν,
μηδὲν προσελκόν, ἀλλὰ πᾶν ῥίψας βάρος
βίου ματαίου καὶ κενοῦ τοῦ ἐνθάδε.

Sic

Sic te para, ut se mens cito ad cœlestia
Alatâ libret vi rationis optimâ:
Superfluum nil te aggravet jactiæ procul
Inanis vita hujus ac molestiis.

Nec possum mihi temperare, quin adscribam aurea ejusdem verba *ex Orat. in plagam grand.* εἰ γὰρ καὶ ὁ χοῦς ἐπισύρεταί τι τῆς κακίας, καὶ τὸ γεῶδες σκῆνος βρίθει τὸν νοῦν ἄνω φερόμενον, ἢ ἄνω φέρεσθαι δεδημιουργημένον. ἀλλ' εἰκὼν ἀνακαθαιρέτω τὴν ἰλὺν, καὶ ἄνω λαβέτω τὴν ὁμόζυγον σάρκα τοῖς τοῦ λόγου πτεροῖς κουφίζουσα. *Nam & si lutea hæc massa, nonnihil vitii secum trahit, terrenumq; hoc tabernaculum mentem sursum tendentem, aut certè ita creatam, ut sursum feratur, deprimit: opera tamen detur, ut divina imago limum repurget, conjugatamq; carnem rationis pennis sublevatam in sublime ferat.* p. 61. & seq.

III. *Perversi hominũ mores, nihil nisi terram sapientium.*

Verùm enimverò, licet hoc nemo non nesciat, nemo tamen non contrà facit. Nihil enim sapiunt homines, nisi terram: bonaq; & mala solius corporis sensu & voluptate perpendunt. Hujus arbitriô ut religionem ponderant, sic totius vitæ suæ acta disponunt. *Constat enim* (ut disertissimi Granatensis verba mea faciam) *omnia naturâ beneficia atq; adeò totam hanc hujus mundi fabricam, ad hoc potissimùm institutam fuisse, ut tanti operis contemplatione in Conditoris & Benefactoris nostri admirationem & amorem raperemur: deindè etiam, ut ejus operâ, atq; jugi ministeriô corporis necessitatibus provideremus. Consilium itaq; Domini fuit, hisce rebus velut inescare nos, ut bonis corporis (quorum tam avidi sumus) allecti, fidem simul & amorem in pectore nostro nutriremus, & à corporis ad animæ salutem, per hæc ipsa transitum faceremus. Sed quid nos tandem facimus? Adeò terrenis rebus addicti sumus, adeoq; præposterè rebus conditis utimur, ut ea solùm, quæ corpori salutaria & commoda sunt, avide consectantes; quæ menti salutem afferre possunt, tanquam inania & nihil ad nos pertinentia respuamus: cùm tamen horum gratiâ cætera omnia sint instituta: Quâ in re infidelibus servis persimiles esse videmur: qui cùm satis amplam à Domino mercedem serviendi gratiâ percipiant, mercede quidem ipsa potiuntur, sed omnem tamen servitii curam prorsus à se abjiciunt. Hoc igitur facimus, quicunq; omnibus Dei beneficiis, quæ cœli, terræ, marisq; complexu continentur, ad reficienda corpora utentes, ne oculos quidem in cœlum attollimus, ut tantorum munerum largitorem agnoscamus, &c.* Tom. 1 Concion. 440.

Sat. 2. Hic quis non exclamet, vel cum Persio:

O curvæ in terris animæ & cœlestium inanes!

Peristeph. Hym. 14. v. 371. Vel cum Prudentiô:

O mersa limo cæcitas Gentilium!
O carnulenta nationum pectora!
O spissus error, ô tenebrosum genus!
Terris amicum, deditum cadaveri,
Subjecta semper intuens, nunquam supra!

Boëthius verè, heu nimium!

l. de consol. *Nunc jacet effœto lumine mentis*
Et pressus gravibus colla catenis
Declivemque gemens pondere vultum
Cogitur, heu! stolidam cernere terram.

Coronidis locô lubet adscribere divina S. Isidori παραίνεσιν, dignā, quæ nobis non tantū intra labra atq; dentes lateat, sed memori cordi inscripta hæreat assiduè: sic .n. eloquentiss. Abbas: ἐκεῖν, inquit, εἰ καὶ ἡμεῖς βουλοίμεθα ἀνακηρυχθῆναι καὶ στεφανωθῆναι ἑαυτοὺς ἀφιερώσωμεν καὶ μηδὲν θνητὸν, μηδὲ βιωτικὸν χορευέτω ἐν ἡμῖν πάθος. ἀλλὰ πᾶσι χαίρειν φράσαντες, τὰ τῶν οὐρανῶν ἄξια καὶ φθεγγώμεθα, καὶ πράττωμεν. *Quapropter nos quoq; siquidem victores proclamari & coronari expetimus, nosmet ipsos consecremus, nullumq; mortale, nullum ad hanc vitam pertinentem affectum in nobis exultare sinamus, sed omnibus valere jussis cœlis digna, & loquamur & faciamus.* Cui affinis Cl. Alexandrini admonitio: Μὴ δῆτα οὖν, μὴ δῆτα ἐξανδραποδισθῶμεν, μηδὲ ὕαδες γενώμεθα, ἀλλ' ὡς τέκνα φωτὸς γνήσια, ἀναθρήσωμεν καὶ ἀναβλέψωμεν εἰς τὸ φῶς, μὴ νόθους ἡμᾶς ἐξελέγξῃ ὁ κύριος, ὥσπερ ὁ ἥλιος τοὺς ἀετούς. *Ne ergo, ne evadamus mancipia, neque porcis efficiamur similes, sed ut germani filii lucis, intueamur lucem, & sursum aspiciamus, ne nos esse adulterinos deprehendat Dominus, quemadmodum Sol aquilas.* Hoc autem ut effectu proclivius sit, votum hoc nobis assiduè & in corde & in ore:

Calida Boëthii precatio pro animorū illustratione l. 3. Met. 9.

Da Pater augustam menti conscendere sedem,
Da fontem lustrare boni, da luce reperta
In te conspicuos animi defigere visus.
Dejice terrenæ nebulas & pondera molis
Atq; tuô splendore mica. Tu namq; serenum,

Tu

Tu requies tranquilla piis: te cernere finis,
Principium vector, dux, semita, terminus idem.

Confer cum iis, quæ hoc cap. dicta sunt: Basil Seleuc. *Orat. 1.* Greg. Nyssen. *de hom. op. fic. n°. 8.* Max. Tyr. *Orat. 3.* Lactant. *l. 2. c. 12. L. 3. c. 27. L. 4. init. Epit. divin. Inst.* & alibi passim Sen. *l. 5. Nat. quæst. 15.* Cel. Rhodig. *l. 3. c. 11.* & *l. 20. c. 12.*

Porrò, ecquis Corpus quoq; nostrum cultu & veneratione dignum esse dubitaret, cùm id ad effigiem totius universi formatum esse, veterū testimoniis constet. Sic enim Philosophus: ὁ ἄνθρωπος τῶν ἄλλων ζῴων μάλιστα ἔχει διωρισμένα πρὸς τοὺς κατὰ φύσιν τόπους τὰ ἄνω καὶ κάτω, τὰ τε γὰρ ἄνω καὶ κάτω πρὸς τὰ τοῦ παντὸς ἄνω καὶ κάτω τέτακται. *Homo præ cæteris animalibus, maximè secundum naturam universi, quò ad superiores & inferiores partes dispositus est.* Quò fortean respexit, vel ad illud Hippocratis: administrari vitam nostram à calore nativò vitali ad ἀπομίμησιν τοῦ ὅλου. *ad imitationem universi*: ut eadem utrobiq; sit harmonia μεγάλων πρὸς μικρὰ, καὶ μικρῶν πρὸς μεγάλα, *magnorum ad parva, & parvorum ad magna.* Vel ad hoc Trismegisti: ὥστε τὸ πᾶν ἐκ τε ὑλικοῦ καὶ νοητοῦ συνέστηκεν, καὶ ὁ μὲν κόσμος πρῶτος, ὁ δ' ἄνθρωπος δεύτερον ζῷον μετὰ τὸν κόσμον. Hoc est, vertente Fr. Patritio: *Itaq; universum ex materiali & intelligibili constitutum est, & mundus primum, homo verò secundum animal post mundum.* Huc respexit D. Gregor. cùm inquit ἐπεὶ δὲ τὰ πρῶτα καλῶς εἶχεν αὐτῷ, δεύτερον ἐννοεῖ κόσμον ὑλικὸν καὶ ὁρώμενον, καὶ οὗτός ἐστι τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύστημά τε καὶ σύγκριμα. ἐπαινετὸν μὲν τῆς καθ' ἕκαστον εὐφυΐας, ἀξιεπαινετώτερον δὲ τῆς ἐξ ἁπάντων εὐαρμοστίας καὶ συμφωνίας, ἄλλου πρὸς ἄλλο τι καλῶς ἔχοντος, καὶ πάντων πρὸς ἅπαντα, εἰς ἑνὸς κόσμου συμπλήρωσιν; &c. *Posteaquam autē primas Creationis partes præclarè constitutas vidit, alterum mundum cogitavit, materiâ constantem & aspectabilem, nimirum hanc ex cœlo & terra, & his rebus, quæ eorum amplexu continentur coagmentationē & concretionem, laudandam illam quidem ob singularē partium elegantiam, sed magis laudandam ob miram omnium partium concinnitatē atq; concentum, aliâ re videlicet ad aliud quiddam pulchrè quadrante atq; omnibus ad omnia scitè convenientibus ad unius mundi ornatū omnib. numeris absolvendum, &c.* Hinc alii hominem μικρόκοσμον *seu mundū parvū*: alii τοῦ μακροῦ κόσμου οἷον θάλλομα καὶ μέρος *quasi fan° & particulā magni mundi* vocarunt. Alii mundū *magnū hominē*; & hominē *brevē mundū* dixerunt. Quod quâ mente capiendum sit,

IV. *Corpus h. totius universi velut effigies & exemplar.* 1. *Hist. Animal.*

l. 1. de Diæt.

in Clave.

l. 2. discurs. Peripatet. 6.

Orat. εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. p. 253.

Autor l. an animal quod &c.

Macrob. l. 2. c. 12.

sit, fusè explicant ex antiquioribus Nemesius *lib. de Nat. hum non longè à princip.* Plutarchus *l. de facie in orbe.* L. Sen. *3. Nat. quæst. 25.* Jul. Firmic. *lib. 3. Mathes. in præfat.* & *c. 1. extr.* Ex recentioribus Cæl. Rhodig. *lib. 2. cap. 17. & 18.* Antonius Ludovic. *lib. 1. problem. sect. 1. problem. 1.* A. Laurent. *librò 1. Histor. Anatom. cap. 2.* Roder. à Castro *Med. Polit. lib. 4. cap. 4.* Petrus Monodulatus *de Hom. lib. 1. cap 4.* Joh. Pistor. *de Microc. cap. 6. & seqq.* Et qui in hoc circò omne videtur tulisse punctum, Francisc. Tidicæus *tract. singul. de Microc.* Quibus adde præter Nicolaum Nancelium *de Analog. Microc. cum Macroc.* Viros clarissimos & de re Anatomicà præclarissimè meritos Johan. Riolan. *lib. 1. Anthopograph. cap. 1.* & C. Hoffmann. *Comm. in 3. V. p. 10.* Jam verò totius mundi machinam, & quæcunq; illius ambitu comprehenduntur, adeò mirabantur prisci, ut ejus creationem & gubernationem divinitatis argumentum certissimum esse sibi persuasum haberent. In cujus rei fidem juvat adscribere divinos & verè aureos Pythagoræ versus, quorum conservationem Justino Martyri debemus:

Mundi creatio & gubernatio certissimum divinitatis argumentum.

εἴ τις ἐρεῖ, Θεός εἰμι παρὲξ ἑνὸς οὗτος ὀφείλει
Κόσμον ἴσον τούτῳ στήσας εἰπεῖν, ἐμὸς οὗτος.
κοὐχὶ μόνον στήσας εἰπεῖν ἐμὸς, ἀλλὰ κατοικεῖν
Αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε. πεποίηται δ' ὑπὸ τούτου.

Si quis erit, qui se pro numine poscat haberi.
Ultra unum, is debet Mundum fabricare parem isti,
Dicereq; Hic meus est. Neq; solum ita dicere oportet,
Sed regere hunc etiam vegetanti numine. Quod cum
Præstiterit, tunc demum ipse author habebitur Orbis.

V.

Diligens Microc. consideratio, proximius nos ad Deum adducit, quàm assidua Macroc contemplatio.

Pari itaquè jure nos quoq; corporis humani fabricam admirari fas est æquumquè: illius namquè studiosa consideratio velut fidâ manu nos ad Conditoris nostri cognitionem ducit: Immò, si verum amamus, eidem propiùs nos sistit, quàm assidua majoris mundi contemplatio. Basilium Magnum testem voco, cujus hæc sunt verba: ὅλως δὲ ὅτι ἡ ἀκριβὴς σεαυτοῦ κατανόησις, αὐτάρκη παρέξει χειραγωγίαν, καὶ πρὸς τὴν ἔννοιαν τοῦ Θεοῦ. ἐὰν γὰρ προσέχῃς σεαυτῷ, οὐδὲν δεήσει ἐκ τῆς τῶν ὅλων κατασκευῆς τὸν δημιουργὸν ἐξιχνεύειν, ἀλλ' ἐν σεαυτῷ οἱονεὶ μικρῷ τινι κόσμῳ τὴν μεγάλην ὄψει τοῦ κτίσαντός σε σοφίαν. *Summam* verò

Homil. εἰς τὸ πρόσεχε p. 141

verò exacta tuiipsius consideratio sufficientem exhibebit tibi manuductionem etiam ad notitiam Dei. Si enim attenderis tibi ipsi, nihil opus habebis ex universorum structurâ ipsum opificem investigare, sed in te ipso, veluti parvo quodam mundo magnam Conditoris sapientiam videbis. Et hinc Galenus noster, cùm admiratione fabricæ corporis humani satiari non potuisset, fatetur ingenuè, *laudare se pro merito satis non posse ejus sapientiam & potentiam, qui animalia fabricatus est. Nam ejusmodi*, inquit, *opera, non laudibus solùm, verùm etiam hymnis sunt majora.* Noverat enim vir summus & ipsemet omni admiratione major, propriũ hominis munus ac officium hoc esse, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ, ut sapientissimi Senis habent verba, ὑμνεῖν τὸ θεῖον καὶ εὐφημεῖν καὶ ἐπεξέρχεσθαι τὰς χάριτας; *tàm publicè, quàm privatim laudare ac celebrare numen, eique pro beneficiis in nos collatis gratias agere:* καίπερ οὐδ' ἐξαρκεῖ λόγος αὐτὰ ὁμοίως ἐπαινέσαι, ἢ παραστῆσαι· *quamvis illa prout dignitas rei postulat, oratione satis, vel laudari, vel repræsentari non possint.* Idcircò idem Galen. se accuratà corporis ejusdemq; partium διαγραφῇ & enumeratione, *sacrum sermonẽ, & Conditori nostro verum hymnum componere*, ait: existimarequé, *in hoc veram esse pietatem, non, si taurorum ἑκατόμβας ei plurimas sacrificaret, & casias, aliaqué sexcenta odoramenta & unguenta suffumigaret; sed si noverit ipse prius, deinde & aliis exposuerit, quænam sit ipsius sapientia, quæ virtus, quæ bonitas. Quod enim*, addit, *cultu convenienti exornare omnia, nihilqué suis numeris privatum esse voluerit, id perfectissimæ bonitatis specimen esse, statuo; & hac quidem ratione ejus bonitas hymnis est nobis celebranda: hoc autem omne invenisse, quô pactô omnia potissimùm exornarentur, summæ sapientiæ est, effecisse autem omninò, quæ voluit, virtutis est invicta & insuperabilis.* Et hinc idem rursus alibi, prolixitatis fortè tædiô torpentem Lectorem in hunc modum excitat: *Attentiorem*, inquit, *te jam mihi præbeas, quàm si Eleusiniis, aut Samothraciis, vel id genus aliis sacrũ initiareris, & admirabundus, ob ea, quæ à Sacerdotibus fiunt & dicuntur, adstares, cogitesqué, sacra hac nulla in re illis esse inferiora, neq; minus conditoris animalium potentiam, vel sapientiam, vel providientiam, vel virtutem indicare posse.*

Propriũ hominis munus secundũ Epict. ap. Arrian. l. 1. c. 6.

3. usu part. 10.

7. usu. part. 14.

VI.

Nec est, quod quisquam sibi persuadeat, externum aliquod corporis vitium aut dehonestamentum, deformitatem, puta, aut mutilationam, quicquam hominis dignitati detrahere. Sicut

Externũ aliquod corporis vitium, nil quicquã hominis dignitati detrahi

Sicut enim ſæpè ſub ſordidò palliolò, ex veteri verbô, latêre ſapientia poteſt: ita certum eſt, ſæpè corporis vitia virtutibus animi obſcurari ac velut contegi. Lucianus præclarè *Amorib.* ἢ νόμος ἐστὶ, πᾶσαν μὲν ἀμορφίαν πονηρίας εἶναι κατάκριτον, εὐθὺ δ' ὡς ἀγαθὸν ἐπαινεῖσθαι τὸ καλόν; ἀλλά τοι καὶ τὸν μέγαν ἀληθείας προφήτην Ὅμηρον.

Odyſſ. θ. εἶδος τις ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ,
Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει, οἱ δέ τ' ἐς αὐτὸν
Τερπόμενοι λεύσσουσιν, ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει.
αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν,
Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ, θεὸν ὡς εἰσορόωσι.

καὶ πάλιν εἰπέ που λέγων, οὐκ ἄρα σοί γ' ἐπὶ εἴδει καὶ φρένες ἦσαν.

An hæc veluti lex quædam eſt, ut omnis quidem deformitas malitia damnata ſit: pulchrum autem quod eſt, id recta via ut bonum & honeſtum laudetur? At verò juxta magnum veritatis interpretem Homerum,

Alius pulchro minus enitet ore
At formam Deus exornat virtute loquendi,
Quiq; vident illum, verbis mulcentur: at ipſe
Intrepidus fatur ſuavi commixta pudore,
Et medios inter vultu ſupereminet omnes,
Perq; urbem aſpiciunt venientem numinis inſtar.

Et rurſum alibi dicens, inquit:

At tibi formoſo ſub corpore nulla fuit mens.

Vel Æſopum vide mihi, in quo animi ſapientia cum turpitudine corporis concertaſſe videri alicui poſſit. Ageſilaum Regem omnibus virtutibus & imperandi artibus inſtructiſſimum, quis mortaliũ dignè laudaverit? cum tamen Plutarch. claudum fuiſſe ſcribit, puſillum præterea & facie prorſus aſpernandâ. Philopœmenes (quem Romanus quiſpiam *ultimum Græcorum* appellavit, quaſi nullum poſt eum Græcia virum inclytum genuerit) contemptâ oportet fuerit formâ, ex proprii oris cõfeſſione: Megaris enim, cùm hoſpiti noto ſignificari juſſiſſet, Prætorẽ Achæorum ad ipſum venturum: Hoſpitis uxor, dum parat cœnam, abſente forte viro, tumultuabatur: ac cùm Philopœmenes interea adventaret, obſoletâ amictus chlamydulâ, exiſtimans illa, aliquẽ ex miniſtris & anteambulonibus eſſe, miniſterio ut manum admoveret, admonuit: Ille abjectâ cõfeſtim chlamyde, cepit ligna finde-

findere: superveniente verò hospite marito, & indignante, ac, quid hoc rei esset, inquirente: *Quid aliud*, respondit Philopœmenes, *quàm quòd deformitatis meæ pœnas luo.* De Epictet, nobili illo & sapientissimo Philosopho, hoc distichon Gellius refert: *l. 2. c. 18. extat etiam l. 3. Antholog. Græc. ubi Leonidi tribuitur.*

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος,
καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Servus eram, nec non, Epictetus, corpore mancus,
Paupertate Irus: Diis tamen haud odio.

Hinc idem de seipso: Τί γὰρ ἄλλο δύναμαι γέρων χωλὸς, εἰ μὴ ὑμνεῖν τὸν Θεόν; εἰ γοῦν ἀηδὼν ἤμην, ἐποίουν τὰ τῆς ἀηδόνος. εἰ κύκνος, τὰ τοῦ κύκνου. νῦν δὲ λογικός εἰμι· ὑμνεῖν με δεῖ τὸν Θεόν. τοῦτό μου τὸ ἔργον ἐστί. ποιῶ αὐτὸ, οὐδ' ἐγκαταλείψω τὴν τάξιν ταύτην, ἐφ' ὅσον ἂν διδῶται, καὶ ὑμᾶς ἐπὶ τὴν αὐτὴν ταύτην ᾠδὴν παρακαλῶ. *Etiamne aliud ego præstare possum senex claudus, quàm celebrare Deum? Etenim si luscinia essem, facerem, quod solent lusciniæ: si cygnus, cygni more canerem. Atqui compos sum rationis. Itaq; hymnô mihi celebrandus Deus: nam meũ illud est officium: quod sanè præstabo, nec deseram ordinem hunc, quoad ejus possum: vosque ut idem faciatis, atq; eâdem incedatis viâ, hortor.* Scitè & eleganter, in hanc rem Dio Prusæus: *Orat. 49.* οὔτε γὰρ τὸν οἶνον ἐκ τοῦ κεράμου κρίνουσιν οἱ νοῦν ἔχοντες· πολλάκις γὰρ εὐειδεῖ ἐν ἀσυδαίῳ κεράμῳ τὸν ἐκ τῶν καπηλείων οἶνον ἐφεστηκότα, οὔτε τὸν ἄνδρα τὸν πεπαιδευμένον ἐκ τοῦ σχήματος. *Neque enim vinum ex dolio judicant prudentes, sæpius quippe invenias in concinno dolio vinum ex cauponis in vappam degenerasse: Unde neque virum eruditum ex corporis forma aut cultu judicare convenit. Potest enim* (ut præclarè Seneca) *ingenium fortissimũ & beatissimum sub qualibet cute latere. Potest ex casa vir magnus exire: potest & ex deformi humiliq; corpusculo, formosus animus & magnus. Non deformitate corporis fœdatur animus: sed pulchritudine animi corpus ornatur.* *Epist. 66.* Hinc Socratis apud Platonem votum: Ὦ Πάν τε καὶ ἄλλοι θεοὶ, δοίητέ μοι τἄνδοθεν εἶναι καλῷ. *O Pan & dii alii, date mihi, ut intus sim pulcher & honestus.* Et in Thæteto: ὁ καλῶς λέγων, καλός τε κἀγαθός. *Qui pulchrè dicit & honestè, is pulcher est, bonusq; & honestus.* *Cl. Alexandrin. lib. 5. Strom. p. 434.* Et in Protagora fatetur Protagoræ familiaribus, καλλίονι Ἀλκιβιάδου ἐντυχεῖν, *se eum convenisse, qui pulchrior esset Alcibiade:* ἔχει, subjungit, τὸ σοφώτατον κάλλιον εἶναι. *Siquidem est pulcherrimum id, quod est sapientissimum.*

Nec

Es. Epid. Nec alieni ab hoc locô Scaligeri versus:

Nullam faciem poteris culpare pudica
Nullam in sapientis corpore debilitatem
Spurcigeruli robora, digna laude nullâ
Nec magnifacias meretricium decorem.

Adde quod ex sapientum judiciô, neq; bona, neq; mala corporis talia sint, ut ad laudem, aut ad vituperium cujusdam valide pertineant. τὰ μὲν γὰρ φυσικὰ ἐλαττώματα, inquit S. Isidorus, αἰτίας ἔξω ἑστήκασι. *Nam naturales quidem defectus, extra culpam & crimen versantur.* Unde Homerus, ex indiciô Plutarchi, ἐπιγελᾷ τῶν αἰσχυνομένων ἐπὶ χωλότητι, ἢ τυφλότητι, ὅτι ψεκτὸν ἡγούμενος τὸ μὴ αἰσχρὸν, ὅτι αἰσχρὸν τὸ μὴ δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ἀπὸ τύχης γινόμενον. *Deridet eos, quos claudicationis, cæcitatis, aut similium pudet: neq; vituperabile ducens, quod turpe non sit: neq; turpe, cujus non penes nos, sed penes fortunam est causa.*

Ad Cicer. 2. de Orat. Gell. lib. 1. cap. 1

l. 4. Epist. 157

l. de Audien. Poet.

l. 3. L.

Probè igitur Eunuchus Æsopicus in fabulis Phædri:

Eunuchus litigabat cum quodam improbo.
Cui super obscœna dicta & petulans jurgium
Damnum insectatus est amissi corporis.
En, ait, hoc unum est, cur laborem validius,
Integritatis testes, quia desunt mihi.
Sed quid fortunæ, stulte, delictum arguis?
Id demum est homini turpe, quod meruit pati.

Vetius Ant. Uurceus Codrus, Grammaticus deformis, cuidam per jocum corporis tenuitatem sibi objicienti, respondit: *Non mihi deformitatem corporis, sed ipsi rerum omnium fabricatori Deo objicis, quando nobis ab illo omnia ad suum ipsius arbitrium collata sunt: quæ si ex nostrô penderent voto, nihil usque esset, quod in nobis desideraremus.* Quod Urcei responsum feliciter imitatus est Presbyter quidam, ut memoriæ prodidit Philippus Bartol. qui narrat, Fridericum Imperatorem à venatione ad ædiculam quandam sacram divertisse, in qua missam Presbyter faciebat, facie, totaq; corporis habitudine admodum informis, unde capto in admirationem, Presbyter, peractô sacrificio, è re natâ Imperatori Davidicum illud suggessit. *Non ipsi fecimus nos, sed tu Domine fecisti nos.* Quo dictô perculsus Cæsar, voluit experiri, quid hominis esset. Usus igitur est ejus operâ, & deprehendit magnam prudentiam

Barthol. Bononiensis in ejus vit. 1. Confer Apulej Apol. 1

Tratt. del consl. disc. 6

dentiam, incredibilemq; in rebus gerendis dexteritatem: undè tandem & Cancellarium illum fecit. multis mirantibus. Hac de re qui plura desiderat, adeat Aristotelem *3. Ethic. cap 5.* Plutarch. *loc. cit.* P. Victor. *lib. 29. V. L. cap. 19.* Muret. *lib. 11. V. L. cap. 10.* Zwinger. *lib. 2. Theatr. pag. 287:* Rittershus. *in Phadr.* Piccart. *Decad. 9. observ. cap. 5.*

Mutilatos autem, quod attinet, aut necessariâ aliquâ corporis parte privatos, quàm liberaliter nostri auctor & parens Natura, defectum illum, mirâ aliarum partium vi, aptitudine & dexteritate compensare solent, infinita infinitorum testantur exempla; in quibus enumerandis magnô me laboris fasce levarunt: Cæl. Rhodig. *lib. 4. cap. 12.* Schenk. *lib. 5. observ. 4.* Scalig. *in 5. Manil.* H. Fabricius ab Aquapend. *tract. de Gressu.* Camerar. *T. 1. horar. succis. c. 37.* & *cent. 2. cap. 8.* C. Hofman. *Comment. in lib. 15. de usu part. cap. 4.* Hic tantùm Posthii Epigramma de Thoma Schweikero, ἀχείρῳ per totam Germaniam famosissimo, adscribere lubet:

Defectus alicujus partis aliarū aptitudine & dexteritate pensatur.

Mira fides! pedibus dextrè facit omnia Thomas,
Cui Natura parens brachia nulla dedit.
Namq; bibit pedibus, pedibus sua fercula sumit,
Volvit & his libros, præparat his calamos.
Quin & literulas pede tàm bene pingere novit,
Artificis superet grammata ducta manu.
Maximus hoc Cæsar stupuit quondam Æmilianus,
Donaq; scribenti largus honesta dedit.
Omnia nempe potest vigilans industria, quodq;
Natura ipsa negat, perficit ingenium.

CAPUT XII.

Object. Ingressum hominis in hanc lucem miserandum[1] quidem (indè[2] de parturientiū ὠδῖν) & fædum:[3] sed utriusque malagma, ac velut hostimentum esse, partim[4] citam exantlatorum dolorum oblivionem; partim[5] ac præcipuè τὴν φιλοστοργίαν utriusq;[6] parentis. Hinc περὶ τῆς

 παιδο-

παιδοτροφίας [7]. *seu prolis-educatione, ejusq; occasione, tàm de Parentum,* [8] *quàm liberorum* [9] *officiis.*

I. *Miserandus hominis in lucem ingressus.* SEd audio adversarium objicientem: Quamvis hæc ita se habere detur, miserandum tamen & fœdum esse hominis in lucem ingressum. Miserandum quidem, propter gravissimos & atrocissimos dolores, quibus in partu matres torqueri constat: adeò ut parturientibus mortem non tantùm præ foribus consistere dicat Leo, sed Justinianus etiam sæpè hoc casu mortē matribus illatam doleat. Non enim omnes in Illyricarum fœminarum scholâ enutritæ sunt, quæ, auctore Varrone, acerrimū dolorem, quem in parturiendo cęteræ mulieres vix ferunt, penè non sentiunt. Verba Varronis hæc sunt: *Nam in Illyrico hoc amplius, prægnantē sæpè, cùm venit pariendi tempus, non longè ab opere discedere, ibiq; enixam, puerum referre, quem non peperisse, sed invenisse putes.* His in pariendi facilitate non cedunt Canarinorum mulieres, quæ nullius obstetricis adjumentô infantes solæ exponunt, ut lepida testatur historia relata à Johanne Hugone à Linschoten: *Ambulanti*, inquit, *mihi quandoq; per villas Canarinorum, potumqué nimiâ sitis flagrantiâ petenti, apparuit mulier sola domi, quæ linteamen corpori circumdabat, cùm ante pedes pelvis è lignô aquâ impleta staret, ibiq; illa infantem recens à partu lavaret, quem deindè foliis ficus Indicæ impositum, in terram collocavit, me rogans, ut expectarem, allaturam se aquam potui idoneam. Caterùm intelligenti sordes tàm subiti partus, potus aviditas abiit, donec alia casa appareret. Post visa nobis fuit eadem mulier, circa ædiculam ultrò citroq; discurrens, secura omnium dolorum, nullaq; recentis partus molestia.*

Sed nos. Inst. Novell. 17. de SC. Tert.

Illyrica fœmina nullos penè in partu dolores sentiunt.

de re rust. cap. 10.

Indica mulieres.

Descript. Navig. Indic. cap. 39.

Fœmina cujusdā Massiliensis historia. Nec omnes etiam paria cum illâ facere possunt, cujus Strabo ex Possidonio his verbis meminit: *Cùm Massiliensis quidam ad agrum fodiendum operas conduxisset, in quibus etiam mulieres erant, unam illarum doloribus partus subitò correptam, non longè ab eô locô discessisse, nec multò pòst, cùm peperisset, reversam, ne mercedem amitteret. Quam cùm ille conspexisset in opere gravius versari, nec causam illius subitæ defatigationis sciret, auditâ illâ, suos ipsi nummulos dedisse, ac protinus dimisisse. Ea verò cùm ad fontem quendam infantem deportasset, cum illo ipso loco, quibus poterat pannis involutum salvum domum tulisse.*

Quod

Quod ipsum etiam familiare esse fœminis quibusdam Iberiæ vicinis testatur Clemens Alexandrinus: οἶδα καὶ τὰς πλησίον τῆς Ἰβηρίας γυναῖκας ἔργῳ καὶ πόνῳ, χρωμένας ἀνδρικῷ· κἂν πρὸς τῷ ἀποκύειν γένωνται, οὐδὲν ἀνιείσας τῶν πρακτέων· ἀλλ' ἐν αὐτῇ πολλάκις τῇ ἁμίλλῃ τῶν πόνων, ἡ γυνὴ ἀποκυήσασα, τὸ βρέφος ἀνελομένη, οἴκαδε φέρει. *Scio etiam fœminas Iberiæ propinquas, & factis, & laboribus virilibus utentes, etiamsi uterum gestent, & jam parturiant, nihil de iis, quæ sunt agenda remittere, sed sæpè in ipsa laborum contentione, mulier, quæ peperit, infantem sublatum domum portat.*

lib. 4. Strom. pag. 363.

Non omnes, inquam, pari in enitendo facilitate gaudent, sed pleræque (præcipuè verò juvenculæ) tàm acerbissimis excruciantur dolorib. ut Medeæ apud Eurip. longè optabilius visum fuerit. Τρὶς παρ' ἀσπίδα στῆναι, ἢ τεκεῖν ἅπαξ. Quæ verba, ut apud Euripid. leguntur, ita expressit Ennius *apud Nonn.*

II. *Aristot. l. 7. Polit. c. 26. Medea. vers. 250. in Cernere c. 4.*

Nam ter sub armis malim vitam cernere,
Quàm semel modo parere.

Homeri huc faciunt versus, quibus Agamemnonis vulnerati dolorem, cum parturientis ὠδῖσι confert:

Ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα
Δριμὺ, τό τε προϊεῖσι μογοστόκοι εἰλείθυιαι
Ἥρης θυγατέρες, πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι.
Ut cum parturiens mulier penetrante sagittâ
Fixa gemit, duris quam partibus εἰλείθυια
Quæ præsunt natæ jaciunt Junonis acerbam,
Et sævos partu cumulant urgente dolores.

Iliad λ. Hos versus mulieres Græca nō ab Homero, sed ab aliqua Homeride, quæ jam peperisset, aut etiamnum pareret, scriptos esse dicebant.

Undè puella illa apud Theocritum, qui dubio procul huc respexit:

Ὠδίνειν τρομέω· χαλεπὸν βέλος εἰλειθυίης.
A pariendi doloribus mihi metuo: grave vulnus
est Lucina.

Horum dolorum acerbitatem cùm sensisset Elfreda Anglorum Regis Alvuredi filia, perpetuò deinceps à viri complexu abhorruisse fertur, stultissimum esse dictitans, hujusmodi indulgere voluptati, quæ tantum doloris factura sit.

Elfreda Anglorum Regis filia part' dolores semel experta, perpetuò deinceps à viri complexu abhorruit.

Fœdum.a. esse hominis in lucē introitum, ecquis non fateatur & agnoscat? Sin, Plutarchū hac de re ita loquentem audiat: οὐδὲν ἐστὶν οὕτως ἀτελὲς, οὐδ' ἄπορον οὐδὲ γυμνὸν, οὐδ' ἄμορφον οὐδὲ μιαρὸν ὡς ἄνθρωπος

III. *Fœd' hominis in lucem ingressus.*

l. de Amore prolis. ἐν γοναῖς ὁρώμενος· ᾧ μόνῳ σχεδὸν οὐδὲ καθαρὰν ἔδωκεν εἰς φῶς ὁδὸν ἡ φύσις, ἀλλ' αἵματι πεφυρμένος, καὶ λύθρου περίπλεως, καὶ φονευομένῳ μᾶλλον ἢ γεννωμένῳ ἐοικὼς, οὐδενός ἐστιν ἅψασθαι καὶ ἀνελέσθαι καὶ ἀσπάσασθαι, καὶ περιλαβεῖν, ἢ τοῦ φύσει φιλοῦντος.

Nihil est ita imperfectum, inops, nudum, informe, spurcum, ut homo à partu statum conspectus, cui soli ferè ne exitum quidem in lucem mundum natura concessit: sed sanguine inquinatus, taboq; oppletus & occiso magis quàm nato similis, à nemine tangi, tolli, suaviari, ac amplexu foveri potest, nisi natura insitum gerente amorem. Non malè itaque Innocentius dixisse videtur: *Concipit mulier cum immunditiâ & fœtore: parit cum tristitiâ & dolore: nutrit cum angustiâ & labore: custodit cum instantiâ & timore.* Cui simile est illud Sidonii: *O necessitas abjecta nascendi, vivendi misera, dura moriendi: Sunt enim matri antè partum liberi onerosi, in partu dolorosi, post partum maximè laboriosi.*

lib. de mistr. hom. c. 6.

IV. Verùm enimverò, parturientium quod attinet dolores (quos & reginæ & mendicæ communes esse, ait Macarius: ἐν τῷ τικτεῖν καὶ ἡ πτωχὴ, καὶ ἡ βασιλὶς τὰς αὐτὰς ὠδῖνας ἔχει) magnus quidem illorum est cruciatus (undè illustris quædam & virtutis studiosissima fœmina, cùm dolore partus vehementer premeretur, in mentemq; illi gehennæ cruciatus venirent; improborum hominum cæcitatē vehementer demirata, in hanc vocem prorupit: *Si talia apud inferos tormenta sunt, ubi dolores esse dicuntur, ut parturientis, quî fieri potest, ut tàm facilè homines tàm multa scelera talibus suppliciis vindicanda committant)?* Sed, si jocari hic cum Sophocle licet, facilis oblivio. Quamvis enim fœminæ, dum partus doloribus distineantur, abjurare soleant omnem maris concubitum; nihilo tamen minus periculis defunctæ, ejusdem voluptatis retibus denuò implicantur, dolorum ac juramenti oblitæ. Hac de re ita Sophocles:

Homil. 42.

Gran. T. 2. Conc. p. 337.

Partus dolorum quantumvis atrocium, facilis tamē est oblivio.

apud Stob. Serm. 26.

Ὅρκοισι γάρ τοι καὶ γυνὴ φεύγει πικρὰν
Ὠδῖνα παίδων. ἀλλ' ἐπὰν λήξῃ κακοῦ,
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δικτύοις ἁλίσκεται,
πρὸς τοῦ παρόντος ἱμέρου νικωμένη.

Ibid.

Undè Callimachus:

V. Eras. Adag. ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.

Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.
Ὤμοσεν ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα τοὺς ἐν ἔρωτι
ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

Vene-

Venereum jusjurandum non constitutam habet pœnam:
Juravit quidem, sed, ut ajunt, amatoria
Juramenta Deorum non subeunt aures.

Quod antè oculos habuisse videtur Naso:

Juppiter ex altô perjuria ridet amantum,
Et jubet Æolicos in freta ferre notos.

Ad quam faciem Catullus: 1. Eleg. 4.

——— Veneris perjuria venti
Irrita per terras & freta summa ferunt.

Et alibi: 3. Eleg. 7

Nulla fides inerit: perjuria ridet amantum
Juppiter, & ventos irrita ferre jubet.

Causam indicat Plato: ὡς δὲ λόγος, καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ ἀφροδίσια, αἳ δὴ μέγισται δοκοῦσιν εἶναι, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν, ὥσπερ καθάπερ παίδων τῶν ἡδονῶν οὐδὲ τῶν λογισμῶν κεκτημένων. *in Philebo. apud Athen. l. 12.* Hoc est: *Cæterùm, quemadmodum dicitur etiam in voluptatibus circa res venereas, quæ sanè videntur esse præcipuæ, perjurium quoq; veniâ donatur à Diis, perindè quasi voluptates puerorum instar sint, qui nondum rationis sunt compotes.*

V. Cæterùm, non tantùm parturientis cruciatus, quantumvis magnos & atroces (quos in pœnam inobedientiæ illi sexui impositos esse scimus) lenit: sed & fœditatem editi infantis tegit abstergitque, ἡ φιλοστοργία. seu prolis-amor, quem Natura πανταχοῦ ἀκριβὴς καὶ φιλότεχνος. parientibus & parentibus insevit. Verè Heliodorus: ἀναντίρρητον γνώρισμα, ἡ μητρῴα φύσις, ὑφ' ἧς τὸ γεννῶν περὶ τὸ γεννώμενον ἐκ πρώτης ἐντεύξεως φιλόστοργον ἀναδείκνυται πάθος, ἀπορρήτῳ συμπαθείᾳ κινούμενον. *Indicium, cui contradici non potest, materna natura est, quæ fit, ut id, quod genuit, erga sobolem, primo congressu amoris & commiserationis affectū induat, arcana quadam naturæ convenientia permotum.* Naturalis enim hujus vinculi tàm grata enixæ vis est, ut omniū exantlatorum laborum asperitudinē suavitate suâ leniat, sopiatque, tàm jucundi stimuli, ut iis solis urgentibus, promptâ alacritate, alacriq; promptitudine faciat mater, quod facit. Nam ἔτι θερμὴ, καὶ διαλγὴς καὶ κραδαινομένη τοῖς πόνοις, οὐχ ὑπερεῖδε τὸ νήπιον οὐδὲ ἔφυγεν ἀλλ' ἐπιστρέφει, καὶ προσμειδιᾷ, καὶ ἀνέλαβε, καὶ κατασπάζεται. *Etiamnum calida, doloribus ac cruciatibus concussa & tremebunda, infantem non præterit, neq; fugit, sed ad eum se convertit, arridet, tollit,*

ἡ φιλοστοργία fœminis velut hostimentū exantlatorum laborum.

l. 9. Æth. 24

Plutarch. l. de Am. prol.

osculatur. In quem finem, cùm aliis animantibus infra ventrem ubera in mammas desinant: mulieri supernè ad pectus nascuntur, ἐν ἐφικτῷ τοῦ φιλῆσαι καὶ περιπλέξαι, καὶ κηδεμονεύσαι τὸ νήπιον, *ut in promptu sit osculari, amplectique & fovere infantem.* Hoc argumentô usa apud Virgilium Anna, Didoni sorori nuptias iterari suadet, ut videlicet dulci conjugii præmio (sic prolis vocabant procreationem) gauderet:

l. 4. Æneid.

Dulce conjugii præmium.

Solane perpetuâ mœrens carpere juventâ?
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?

Et apud eundem, Juno, præmii locô, Æolo pollicetur Nympham formosam, fœcundam, certô connubiô sociandam:

l. 1. Æneid.

Quarum quæ formâ pulcherrima Deiopeiam
Connubio jungam stabili propriamque dicabo,
Omnes ut tecum, meritis pro talibus, annos
Exigat, & pulchrâ faciat te prole beatum.

Matrimonii finis liberorũ procreatio.

Pudor enim erat fœminis, nuptiarum præmia non habere, quibus hæc sola causa erat nubendi, ut pariant. Hinc Lege Juliâ Miscellâ viduitatis conditio remittebatur iis, qui intra annum jurassent, se liberorũ procreandorum causâ nuptias contrahere.

Gell. l. 4. c. 3.

Sic enim & Sp. Carbilius cum uxore, quia liberi ex eâ corporis vitiô non gignerentur, quam alioquin egregiè dilexerat, carissimamq; morum ejus gratiâ habuerat, divortiũ facturus, jurare à Censoribus coactus fuit, uxorẽ se quærendorũ liberorum gratiâ habiturum. Estq; imprimis memorabile exemplum Zenobiæ Palmirenorum Reginæ, fœminæ eruditissimæ, pariter & castissimæ. Hæc, licet omniũ propè fœminarum speciosissima esset, eâ tamen fuit castitate, ut ne cum maritô quidem suô coleret, nisi tentatis conceptionibus. Nam ubi semel cum eô convenisset, à virô secubabat usq; ad tempora menstrui. Tum, si se gravidatam animadverteret, non amplius in cœtum cum eô conveniebat, quoad peperisset: sin priorẽ concubitum irritum fuisse sentiret, denuò usuram corporis sui viro concedebat, quærendis liberis.

Zenobia Palmirenorum Regina laudatissima.

Trebell. Pollio.

Eâdem de causâ Thalestris, Amazonum Regina, trecentis fœminis comitata, Alexandrum M. victoriâ elatũ adiisse videri possit, duas lanceas dextrâ præferens, lævâ corporis parte ad pectus nuda, haud dubiè ausa fateri, ad cõmunicandos cum Rege liberos

Thalestris Amazonum Regina.

Curt. lib. 6.

liberos se venisse, ut regni generaret hæredes: fœminei sexus se retenturam, mares reddituram patri. Cumq; exorasset, tredecim dies in obsequium desidii absumpsit, antequam regnum suum repeteret, uterum plenum referens.

Hujus, porrò, φιλοστοργίας jucundissimâ ἀπολαύσει, quæ velut hostimentũ est exantlatorũ dolorũ, licet majori mensurâ genetrix præ genitore fruatur (non ideò tantùm, quod illa certa sit, suum esse partum: hic v. credat, tantũ & putet, ut Menander sentiebat. ἔστι δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρὸς, ἡ μὲν γὰρ αὑτῆς οἶδεν ὄντ', ὁ δ' οἴεται· Sed etiam, quòd majores in enitendo dolores & cruciatus pertulit. Nam, ut Xenophon ait: τούτῳ τ' ἀγαθὰ μᾶλλον εὐφραίνει, ὅσῳ ἂν μᾶλλον προπονήσας τις ἐπ' αὐτὰ ἴοι, *eò majorem lætitiam bona afferunt, quò magis quis labore antecedente ad ea perveniat.*) Non minor tamen ardentissimi illius amoris sensus etiam in genitore cernitur, cujus vires & efficaciam in prolis-educatione cumulatissimè demonstrat. Hic enim, si ullâ in re aliâ, verum esse deprehenditur, nihil esse amore fortius, nihil ad labores perferendos potentius. In eô namq; quod amatur, quæ D. Bernhardi sententia est, aut non laboratur, aut etiam ipse labor amatur. Eleganter Gregorius Nazianzenus: VI. *Cur matres majore erga liberos amore afficiãtur, quàm patres. v. Camerar. 4. embl. 2. l. 7. Cyriped.*

> Φίλτρον γὰρ συνέδησε φύσις τοκέεσσι γόνοισι,
> μητισαμένη ξείνον τόδε φάρμακον, ὥς κε βορείας
> κηδοσύνας ποθέοισιν ἐλαφρίζωσιν ἀνίας.

Parentes enim ac liberos arctissimò amoris vinculô natura inter se devinxit, atq; hoc parentibus medicamentum ac solatium excogitavit, ut graves acerbosq; dolores amoris lenitate mollirent. Idem:

> Φίλτρον μὲν συνέδησε, &c.
> μὴ μόγος ἀμφὶ τέκεσσιν ἀποφθίσειε τοκῆας
> καὶ θανάτῳ κέλωμεν ἀκηδέας ὧν τεκόμεσθα.

Est quidem ita, quòd natura parentes & filios arctissimò amore devinxit: ne alioqui labor ille, quem filiorum causâ suscipimus, nos prorsus opprimat & conficiat, atq; in mortem duntaxat gignamus curam videlicet omnem prolis nostræ abjicientes. Hinc Latinus Pacatus Drepanius inquit: *Instituente naturâ plus ferè filios quàm nosmetipsos diligimus.* Quô cum effatô conveniunt JCtorum sententiæ: *Nullum talem inveniri affectum extraneum, ut vincat paternum.* Et: *Pietatem paterni nominis plerumquè consilium pro liberis capere.* *in Panegyr. l. ult in pr. C. de curat. furios. &c. 22. nec in ea. §. ult. D. ad. l. Jul. de adul.*

Quan-

VII. Quantum autem molestiarum in se habeat liberorũ educatio (quam aptiſſimè Democritus *σφαλερὸν, rem periculoſam*, Oppian. *ἀλεγεινὴν, moleſtam*, Plutarch. *ἐπίπονον, laborioſum* vocat) quamquè ſit res anceps & plena periculi, cùm quotidianæ vitæ uſus, tùm inter alios Magnus Baſilius docet, cujus hæc ſunt verba: Τῷ ὄντι γὰρ, οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἀκραιφνὲς, ἀλλ' εὐθὺς καὶ λῦπαι ταῖς εὐφροσύναις συμπέπλεκται. τῷ γάμῳ, αἱ χηρεῖαι: τῇ παιδοτροφίᾳ, ἡ μέριμνα: τῇ εὐπαιδίᾳ, ἡ ἀποβολὴ: ταῖς περιφανείαις, αἱ ἀτιμίαι: ταῖς εὐημερίαις, αἱ ζημίαι: ταῖς τρυφαῖς, αἱ πλησμοναί: ταῖς ὑγείαις, αἱ ἀρρωστίαι. Hoc eſt: *Reverà enim humanorum bonum nullum ſincerum eſt: ſed continuò lætitiis & hilaritatibus dolores & moleſtiæ veluti complicatæ ſunt & cohærent: Nuptiis viduitas: liberorum educationi, cura: bona liberorum frugi, illorum amittendi periculum: gloriæ, dedecus aut infamia: proſperitati, damna: ſanitati, invaletudo.* Egregius in hanc rem locus eſt apud Euripid. quem juvat aſſcribere:

apud Stobæū ſerm. 195.
2. κυνηγ. v. 349. l.c.
Hom. de Paradiſ. p. 644. Confer Div. Gregor. Nazianz. Hom. in dictum Matth. 19.

Meden. v. 1090. Geminus locus eſt. Rheſ. v. 980.

Καὶ φημὶ βροτῶν, οἵτινές εἰσι
πάμπαν ἄπειροι μηδ' ἐφύτευσαν
παῖδας, προφέρειν εἰς εὐτυχίαν
τῶν γειναμένων:
οἱ μὲν τ' ἄτεκνοι δι' ἀπειροσύναν
εἴθ' ἡδὺ βροτοῖς εἴθ' ἀνιαρὸν
παῖδες τελέθουσ', οὐχὶ τυχόντες,
πολλῶν μόχθων ἀπέχονται·
οἷσι δὲ τέκνων ἐστὶν ἐν οἴκοις
Γλυκερὸν βλάστημ', ἐσορῶ μελέτῃ
κατατρυχομένους τὸν ἅπαντα χρόνον.
πρῶτον μὲν ὅπως θρέψουσι καλῶς.
βίοτόν θ' ὁπόθεν λείψουσι τέκνοις.
ἔτι δ' ἐκ τούτων, εἴτ' ἐπὶ φλαύροις·
εἴτ' ἐπὶ χρηστοῖς μοχθοῦσι, τόδ' ἐστὶν ἄδηλον.

Et ajo, quicunq; mortalium
Uxoria rei expertes, non genuerunt
Liberos, felicitate anteire
Eos, qui progenuere ſobolem.
Orbi enim, & filiis carentes, eò quòd ignorent
Jucundum ne ſit, an moleſtum,

Habere

Habere prolem, à multis
Absunt securi laboribus,
Eos autem, quibus liberorum est
Dulcis propago, video curis
Dispungi omni tempore:
Primùm quidem, quò pactò ipsos educant probè;
Deindè ut alicunde ipsis necessaria vita subsidia
Relinquant: praetereà incertum, pro bonisné
An improbis istas exorbeant molestias.

Democritus ad hanc mentem: Τεκνοτροφίη σφαλερόν. τὴν μὲν γὰρ ἐπιτυχίην ἀγῶνος μεστὴν, καὶ φροντίδος κέκτηται. τὴν δ' ἀποτυχίην ἀνυπέρθετον ἑτέρην ὀδύνην. *Periculosa liberorum educatio est. Nam si consequaris, quod optes, multū sollicitudinis & curarum sibi conjunctum habet. Sin autem excidas voto, inevitabiles dolores alios.* In hunc etiam sensum Isidorus Pelusiota, περὶ τῆς παρθενίας, *seu virginitate* verba faciens: πένθει τε ἀνάλωτος ἔσται. οὐ γὰρ ἤνεγκε κλάδους οἷς συνανθοῦσι, καὶ αἱ φροντίδες καὶ τὰ πένθη. ζώντων μὲν γὰρ τῶν παίδων ἀναγκάζονται μεριμνᾶν. τελευτώντων δὲ πενθεῖν. Hoc est: *Mœrori haud quaquam obnoxia erit. Non enim ramos protulit, cum quibus cura & mœrores unà efflorescunt. Viventibus enim liberis, sollicitò animò esse coguntur. Morte autem sublatis, in luctu versantur.* Hinc Artemidorus scribit, somnium de liberis, σημαίνειν φροντίδας καὶ λύπας, καὶ μερίμνας, *significare curas, tristitiam & sollicitudinem*: ut citra quae infantes educari non possint. Quibus omnibus addendū perelegans Symmachi dictum. *Hanc omnibus humanis gaudiis legem natura duxit, ut cura voluptatem sequantur. Nata sobolis primus parentes dies hilarat: mox pii metus brevem gratiam fugant.*

Apud Stob. ser.74 quem vide.

l.3. Ep.351.

in Onirocrit. lib.1.cap.16. quem locum emēdat Rittersh. in Oppian. lib.2. κυνηγ. v.349 ad quem vise.

l.4. Epist. 24

VIII.

Hic autem, quem modò dixi, parentum in liberos affectus (id quod ἐν παρόδῳ) haudquaquam patrocinatur, nimiae matrum erga liberos lenitati & indulgentiae: Incredibile enim dictu, quantùm haec illis noceat: Cùm enim virtus omnis, ut infrà dicetur pluribus, circa difficilia opera versetur, qui ab ipsa infantiā sic educatur, ut omnem laborem atq; molestiam fugiat, & in delitiis nutriatur, adeò hujus blandissimi atq; dulcissimi vitii tyrannide capitur, ut omnem prorsus virtutis atq; honestatis laborem, non minùs quàm rem molestissimam fugiat: atq; ita

Mollis illa educatio, quā indulgētiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Quint. v. Granat. T.2. Concio. p.401. Cam. Cent.1. Emblem.77.

demum ad omnia præclara studia, quæ cum labore conjuncta sunt, ineptus efficitur. Itaq; sicut hedera, ubi vicinam arborem complexa est, ipsam complexu & umbrâ suâ arefacit, & sterilem reddit: ita matres, quæ complexu atque blanditiis suis filios fovere atq; delinire non cessant, ipsos prorsus elumbes, eviratos, & ad omnem virtutis laborem ineptos reddunt. Cùm autem materna hæc indulgentia ad vitia cuncta viam muniat, tùm vel maximè iracundiam acuit, Senecâ testante, qui ait:

2. de irâ.

Nihil magis facit iracundos, quàm educatio mollis & blanda: Ideóque unicis, quò plus indulgetur; pupillisque, quò plus licet, corruptior animus est. Non resistet offensis, cui nihil unquam negatum est: cui lachrymas solicita mater semper abstersit: cui de pædagogô satis factum est. Hæc ille.

Tùm autem potissimùm sese exerunt τῆς φιλοστοργίας stimuli, non (iterum dico) cùm parentes liberos ita indulgenter habent, ut ad omnia eorum peccata conniveant, ne eos fortè offendant, aut molestiâ aliquâ afficiant (quod qui faciunt, similes esse perhibentur iis, qui periclitantibus in flumine filiis minimè subveniunt, cùm eos indè nisi prehensâ comâ, extrahere nequeunt. Tales enim filios interire patiuntur, ne ipsorum capillos evellant) multoq; minùs, cùm se eis inhonestarum libidinum administros adjutoresq; præbent, qualis à Terentio inducitur Mitio:

Commune patrum crimen indulgentia est,
Vultu paterna charitatis se offerens.
Gnati, nepotis non coërcere impetus,
Et in ruinam subministrare omnia
Affabile odium est, & tepens crudelitas.

Amor prolis in castigatione ejusdem eùm maximè sese prodis.

Sed cùm, sicubi requirat necessitas, verbis paulò asperioribus eos incessant; ferocientemq; eorum protervìam, moderatâ castigationis duritie emolliunt, & errantes, admistâ blanditiis severitate, in viam reducunt. Optimè enim Epictetus: Πατρὸς ὕβρις ἡδὺ φάρμακον. *Parentis injuria, jucunda est Medicina.* Et Menander:

Apud Ant. Monach. l. 1. cap 9.

Apud Stob. serm. 79.

Μηδὲν ἀδικῶν, πατέρα γινώσκειν, ἔα
ὁ μέγις' ἀγαπῶν, δι' ἐλάχις' ὀργίζεται.

Non

Non difficile est factu patrem cognoscere,
Nam maximè qui amat, facillimè irascitur.

Et idem aliô locô: *serm. 83.*

ὁ σκληρόγλωσσος πατρὸς υἱὸν ἐν τῷ νουθετεῖν
τοῖς μὲν λόγοις πικρός ἐστι, τοῖς δ' ἔργοις πατήρ.

In admonendo filio durissimus,
Verbis quidem est acerbus: at factis parens.

Quod Mantuanus carmine Heroicô sic reddidit: *Eccl.1.v.131*

Sit licet in natos facies austera parentum,
Æqua tamen semper mens est, & amica voluntas.

Pertinet huc illud Guntheri ex Sacris expressum: *lib.7. Ligur. v.141.*

Imò, tuâ quod pace loquor, qui parcere virga
Sustinet, huic odio perhibetur filius esse.

Verùm enimverò, ut exultanti juvenum libidini frena laxanda non sunt: ita nec ferox ætas, duriore, quàm par est, imperiô magis etiam exasperanda: sed cautendum dexteritate, *ut ii, qui reprehenduntur ipsi, non odiô sui, sed amore potius & benevolentiâ id fieri sentiant: omninoq; ita temperanda omnia, ut & ab odiô severitatem comitas vindicet, & à contemptu severitas comitatem*, ut præclarè erud. t. ss. Muretus. Respiciens, nî fallor, ad illud Isidori Pelus. *Castigatio prolis, quô tẽperamentô instituenda.* *l.4.Ep. 139.* χρὴ μιγνύναι τὴν παῤῥησίαν τῇ προσηνείᾳ, καὶ τῷ ἐλέγχῳ κεράσαι τὴν ἀγάπην, καὶ οὕτω νουθετεῖν. *Miscenda est comitate libertas reprehensionum, & vituperium charitate temperandum, atq; ita admonitiones adhibendæ sunt.* Præclaré, ut omnia, Ill. Scaliger: *l. 2. Epidorp.*

Plus efficient verba suaviore ictu,
Quàm tu rigidis vultibus, aut minis superbis.
Assueta cutis verberibus verbera spernit.
Repetitaq; convicia deterunt pudorem.

Et alibi: *l. 4.*

Ne verbere sævi. sonitu increpans flagelli
Pallente tenus satis est prodire pavore.
Est asperrima, puto, castigatio: lenta
Si torquet mora: necat expectatio pœna.

Pulsatus abit: succutit, ut pulvere sparso:
Sicut canis, è flumine quando exiit udus.

Nec pœnitet etiam, de rectâ tenellæ ætatis educatione adscribere egregium monitum Hieronymi Elveri ad Generosum ac Illustrem virum Vincentium Tunnum: *Peccatis*, inquit, *vos patres, vosq; Præceptores, si nimis estis pueris duri, hebetem eorum redditis animum, eiq; callum obducitis: Rerum Equestrium Magistros adspicite, atq; ab iis discite: Illi Equos domituri, primùm illis blandiuntur, primùm mollissimè eos tractant, ut assuescant freno: sic quoq; juventus lenitate est subigenda: indulgendum nonnunquam est animis, non tamen ut resolvantur, sed ut remittantur. Crescunt namq; licentiâ spiritus: qui servitute & nimiâ intentione comminuuntur. Laudate nonnunquam, & hoc modô in virtutum curriculo alacriores reddite. Assurgunt, si laudantur, & in spem de se bonam adducuntur. In equo effectum videtis, quem uti in cursu plausus, sic optimam indolem laudes atque approbatio juvant, atq; ad ulteriora incitant.*

Sed hæc jam longiùs abeunt, vide, si plura lubet, Plutarchum *de liberor. educat.* Quintilian. *lib. 1. Instit. Orat. cap. 2. & 4.* Zehner. *Adag. Sacr. Cent. 2. 87.* Henning. Succov. *Not. ad Bohusl. Hassenstein. de Mis. Hum.* Nic. Nancel. *lib. 13. Analog. pag. 2112.* Ego nunc ex digressione hac longiusculâ in viam, hoc est, ad perennes parentū in educandis liberis (quos cum parentibus arctissimô charitatis vinculô natura copulavit) curas, & in procurandis eorundem commodis indefessum studium revertor. Quod parentum, ac præcipuè matrū studium, licet penè infinitum sit: si tamen maximam illius partē velut in tabellâ vivis coloribus depictam videre desideras, hæc Socratis *apud Xenoph.* verba accipe:

Parentū cura de infantiâ omniq; ætate liberorum.

ἡ δὲ γυνὴ ὑποδεξαμένη τε φέρει τὸ φορτίον τοῦτο βαρυνομένη τε καὶ κινδυνεύουσα περὶ τοῦ βίου, καὶ μεταδιδοῦσα τῆς τροφῆς, ᾗ καὶ αὐτὴ τρέφεται, καὶ σὺν πολλῷ πόνῳ διενέγκουσα καὶ τεκοῦσα, τρέφει τε καὶ ἐπιμελεῖται, οὔτε προπεπονθυῖα οὐδὲν ἀγαθὸν, οὔτε γιγνώσκον τὸ βρέφος ὑφ᾽ ὅτου συμπάσχει οὐδὲ σημαίνειν δυνάμενον, ὅτου δεῖται. ἀλλ᾽ αὐτὴ στοχαζομένη τάτε συμφέροντα καὶ κεχαρισμένα, πειρᾶται ἐκπληροῦν, καὶ τρέφει πολὺν χρόνον, καὶ ἡμέρας καὶ νύκτας ὑπομένουσα πονεῖν, οὐκ εἰδυῖα τίνα τούτων χάριν ἀπολήψεται. καὶ οὐκ ἀρκεῖ θρέψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπειδὰν δόξωσιν ἱκανοὶ εἶναι οἱ παῖδες μανθάνειν τι, ἃ μὲν αὐτοὶ ἔχουσιν οἱ γονεῖς ἀγαθὰ πρὸς τὸν βίον διδάσκουσιν. ἀλλ᾽ ἃ οἴονται ἄλλον ἱκανώτερον εἶναι διδάξαι, πέμπουσι πρὸς τοὺς δαπα-

f. εὐπάσχει.

δαπανῶντες, καὶ ἐπιμελοῦνται πάντα ποιοῦντες, ὅπως οἱ παῖδες αὐτοῖς γένονται ὡς δυνατὸν βέλτιστοι. Quæ sic reddit Bessario: *Mulier verò concipiens, tolerat hoc onus cum gravamine & periculô vitæ, alimentô suô nutriens puerum, magnò multôq; cum labore ad partum perveniens. Posteà etiam nutrit, atqué præeô procurat, à quo tamen nunquam anteà beneficii quicquam acceperat, quiqué non modò ignorat, qui ei benefacit, sed neq; declarare potest, quibus indigeat. Mater verò per conjecturam, quæ conducant, quæqué grata sint ei, conatur adimplere. Multoq; tempore nutrit, die noctuq; laboribus affecta, ignorans quam istorum omnium mercedem habebit. Et non sufficit solùm nutrire, sed cùm videntur filii posse discere quicquam, quæcunq; ipsimet parentes ad vitam utilia habent, docent. Quæ verò putant alium magis posse docere, pro his ad illum liberos, ut doceantur, mittunt cum sumptibus suis, omnibusqué modis procurant, ut quàm optimi liberi eis efficiantur.* Explicatiùs paulò Seneca: *Non vides,* inquit, *quemadmodum teneram liberorum infantiam parentes ad salubrium rerum patientiam cogant? Flentium corpora ac repugnantium, diligenti curâ fovent: & ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura constringunt: & mox liberalia studia inculcant, adhibito timore nolentibus. Ad ultimum audacem juventam frugalitati, pudori, moribus bonis, si parùm sequitur, coactam applicant. Adolescentibus quoq;, ac jam potentibus sui, si remedia metu aut intemperantiâ rejiciunt, vis adhibetur ac servitus. Itaq; beneficiorum maxima sunt, quæ à parentibus accipimus, dum aut nescimus, aut nolumus.* 6. Benef. 24. Horsum respiciens Herocles, admodum floridè inquit: lib. de offic. liberor.

οἱ γονεῖς θεῶν ἡμῖν εἰκόνες, καὶ νὴ Δία θεοὶ ἐφέστιοι καὶ εὐεργέται, καὶ συγγενεῖς, δανεισταί τε καὶ κύριοι, καὶ φίλοι βεβαιότατοι. Θεῶν τε γὰρ εἰκόνες βεβαιότατοι, ὃ ὑπὲρ πᾶν τὸ τέχνης δυνάμεως. Θεοί τε γὰρ ἐφέστιοι, καὶ συνδίαιτοι ἡμῖν, εἰσὶ δ' εὐεργέται μέγιστοι, καὶ παρεχόμενοι τὰ μέγιστα, καὶ μὰ Δί' οὐχὶ μόνον ἃ ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα παρέχειν ἐβουλήθησαν ἅπερ καὶ εὐξαίμεθα.

Hoc est: *Parentes, Deorum nobis imagines sunt, & per Jovem Dii Lares, seu domestici beneficiorum auctores, cognati, creditores, domini, & amici constantissimi. Sunt enim Deorum imagines certissimæ, & similitudinem eorum nobis referunt melius, quàm ullius artis facultas exprimere possit: Cùm tanquam Dii domus paterni, & nobis familiares sint. Beneficiorum item maximorum nobis autores sunt, & maxima quæq; præstant, non quidem ea solùm, quæ habemus, sed quicquid exhibere nobis & optare voluerunt.*

IX. Hinc Pythagoras post Deorum præcepta, parentum monita & Legum Edicta, plurimi facienda esse censuit: Μετὰ τὸ θεῖον καὶ δαιμόνιον πλεῖστον χρὴ ποιεῖσθαι λόγον γονέων τε καὶ νόμων, μὴ πλαστῶς ἀλλὰ πεπιστευμένως ἑαυτὸν πρὸς τούτοις παρασκευάζοντα. Id est, *post Deos & Dæmonas plurimi facere oportet, Parentes & Leges: non simulatè, sed bonâ fide se illis accommodando.* Huic non absimile D. Gregorii monitum:

Post Deum, præcipuè cultus parentibus, proximus Legibus debetur.

Nob. ser. 77.

Θεὸν φοβοῦ πρώτιστα, καὶ γονεῖς τίμα·
ἱερεῖς ἐπαίνει, πρεσβύτας σεπτοὺς ἔχε.
Deum timeto, honorem habe parentibus:
Laudato mystas, & viros canos cole.

Pyth. 6. Et hoc Pindari:

----- Μάλιστα μὲν Κρονίδαν
βαρυόπαν στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρύτανιν
Θεῶν σέβεσθαι.
ταύτας δὲ μή ποτε τιμᾶς
ἀμείρειν γονέων βίον πεπρωμένον.

Saturnium Jovem, & corruscationis & fulgetri graviter tuentem gubernatorem, præ cæteris colendum esse: neq; unquam honore tali statam parentum vitam privandam. Hoc apud Persas olim tàm sanctè, & religiosè observabatur, ut adolescentes, cùm jam in virorum classem adscribendi essent, in parentum venerationem & cultum solemni sacramentô jurare coacti fuerint. Verba juramenti refert Isidorus Pelusiota, ex quo transcribo:

l. 4. Ep. 198. Ἐγὼ καταφρονήσω μὲν παντὸς κέρδους πονηροῦ. καταφρονήσω ἡδονῆς σωματικῆς· καταφρονήσω δόξης κενῆς. ζηλώσω δὲ ἀρετὴν, καὶ τιμήσω τὸ θεῖον καὶ γονεῖς, ἀληθῆ λέγων, ἀγαθὰ πράσσων. οὐδὲ τι τούτων ὑπερβήσομαι εἰδὼς οὐδ' ἑκών. *Ego contemnam quidem omne malum lucrum: contemnam voluptatem corporis: contemnam inanem gloriam: Æmulabor autem virtutem, & colam divinum numen & parentes: vera dicens & bona agens: neq; horum quicquam violabo sciens & volens.*

Pro Cluent. Quapropter, hoc quicunq; legunt liberi, illud Ciceronis in animû sibi revocare debent. *Facilè intelligo, non modò reticere homines parentum injurias, sed etiam æquô animô ferre oportere.* Sic Ausonius: *Si erro, pater sum: fer me, & noli exigere judicium obstante pietate.* Undè efficta sunt illa D. Chrysostomi: ἂν πατέρα τις ἔχῃ, κἂν μωρὸν ἔχῃ

Parentum castigatio, ut accipienda. Adi Senec. 1. Irâ 27.

ἔχῃ δεινὰ, πάντα συγκαλύψει. *Patrem, qui habet, etsi mille patiatur incommoda, omnia patris reverentiâ conteget.* Et alibi: καὶ γὰρ οἱ τῆς φύσεως, καὶ οἱ παρὰ τῶν ἀνθρώπων τεθέντες νόμοι, κἂν μαστίζῃ, κἂν τραπέζης εἴργῃ, κἂν ἐκβάλλῃ τῆς οἰκίας, καὶ πάντα κολάζῃ τρόπον, κελεύουσιν ἅπαντα φέρειν γενναίως. καὶ εἰ μὴ πείθηται, μὴ δ' ἀνέχηται, οὐδεμίαν οὐδὲ μετὰ δίδωσι συγγνώμην, ἀλλὰ κἂν μυρία ἀποδύρηται μαστιχθεὶς ὁ παῖς, ταῦτα πρὸς αὐτὸν ἅπαντες λέγουσι τὰ ῥήματα· ὅτι πατήρ ἐστιν ὁ μαστίξας, καὶ κύριος, καὶ ἐξουσίαν ἔχει πᾶν ὁ βούλεται ἐργάσασθαι καὶ ποιῆσαι, καὶ δεῖ πάντα πρᾴως φέρειν. *Nam & naturæ leges, & leges ab hominibus institutæ, etiamsi flagris cadat pater, è mensa depellat, si ædibus exigat, si quocunque modò puniat; jubent omnia fortiter perpeti, nec ullam illi veniam concedunt, ni paruerit, pertuleritque. Etiamsi cæsus filius innumeras querimonias deplorans proferat, hæc verba audit ab omnibus, Pater est, qui cecidit, ac dominus, habetque potestatem in te, quod vult, faciendi, & oportet omnia placidè ferre.* Hinc filius ille, quem parens denuò abdicare volebat, apud Lucianum: ἐὰν δέ με ἀποκηρύξῃς πάλιν, ἐγὼ μὲν, καὶ ἢν πάντων ἔρημος ἀπολειφθῶ, οὐδὲν ἐπὶ σοὶ δεινὸν εὔξομαι. *Quòd si me rursum abdicaris, ego quidem etiam si ab omnibus deserar, tamen tibi nihil imprecabor grave.* Etenim ut eleganter D. Gregorius:

Homil 2. ad 2. Tim. 1.

Orat ult. adversus Judæos.

Abdicati.

υἱὸν δ' ἔπειτα πατρὶ μηδόλως λέγειν·
θεσμὸς δ' ὁρίζει, καὶ πρὸ θεσμῶν ἡ φύσις.

Jure experiri cum parente filium
Quum scripta, tum nativa lex vetat satis.

Et hinc præclarè Gunth. Poëta, ultra ævi sui barbariem, eximiùs:

Filius ille quidem sapiens, & gloria Patris
Creditur, ejusdem qui blandimenta, minasque,
Æquâ mente libens, & amicâ suscipit aure.

l. 7. Ligur. v. 138.

Hoc ipsum requirebant etiam instituta Platonica, quorum hæc erat summa: Fas esse Parentib. prima & maximè debita omnium antiquissima debita persolvere. *Putare enim quisque debet,* inquit, *omnia, quæ possidet, eorum esse, qui genuerunt & educarunt, ita, ut illis hæc omnia pro viribus ministrare debeat. Primùm quidem externa bona, deinde etiam corporis, postremò quæ ad animum pertinent. Verbis quin etiam per totam vitam parentes maximè venerari docet: levium enim volatiliumque verborum gravissima imminet pœna. Nam omnibus præposita est Nemesis, judicii angelus, hujuscemodi inspector omnium. Oportet itaque iratis animumque explentibus, cedere, seu verbis, seu rebus id faciant. Quòd si ita id exactiùs servaverimus, digna à diis, cæterisque*

Stob. l. c. ex l. 4. de Legib.

natura

natura nostra superioribus præmia referemus, plurimum bona cum spe viventes: Notanter etiam & graviter Lycurgus contra Leocratem:

ſ τὸν αὐτῶν. Παρ' ὧν γὰρ τὴν ἀρχὴν τοῦ ζῆν εἰλήφαμεν, καὶ πλεῖστα ἀγαθὰ πεπόνθαμεν, εἰς τούτους μὴ ὅτι ἁμαρτεῖν, ἀλλ' ὅλως, μὴ εὐεργετοῦντας τὸν αὑτῶν βίον καταναλῶσαι, μέγιστον ἀσέβημά ἐστι. *A quibus enim principium vitæ accepimus, plurimisq; beneficiis aucti sumus; adversus hos non solùm peccare, verùm nisi beneficium compensando, vitam ipsam impendimus, summa est impietas.* Verè namque

Stob. l. o. Herocles, πολὺ καταδεέστερα. κἂν πάνυ πολλὰ πράξωμεν ὑπὲρ αὐτῶν, *Quantumvis multa in eorum gratiam fecerimus, semper tamen inferiora erunt omnia, quàm esse deberent.* Seneca eleganter in hanc rem: *Nullâ vi verborum, nullâ ingenii facultate exprimi potest, quantum opus sit, quàm laudabile, quamq; nunquam à memoriâ hominum exiturum, posse hoc dicere, parentibus meis parui, cessi imperio eorum, sive æquum, sive iniquum fuit, obsequentemq; submissumq; me præbui: ad hoc unum contumax fui, ne beneficiis vincerer.* Nam ut idem alibi: *A parentibus ferè vincimur. Nam tàm diu illos odio habemus, quàm diu graves judicamus, & quàm diu beneficia illorum non intelligimus. Cùm jam ætas aliquid prudentiæ collegit, & apparere cœpit, propter illa ipsa eos amari à nobis debere, propter quæ non amabantur, admonitiones, severitatem, & inconsultæ adolescentiæ diligentem custodiam, rapiuntur nobis. Paucos usq; ad verum fructum à liberis percipiendum perduxit ætas: cæteri liberos onere senserunt.*

Parentes liberos beneficiis vincunt.

l. de Benef. 38.

5. Benef. 5.

Omnes itaq; liberos, ut hæc tandem concludam, summâ ope niti decet, ut S: Paulini Nolani vestigiis insistant, qui eleganter ad Ausonium:

Ne vultu quidem pietas erga parentes lædenda.

Epist. 2.

> ——— *ipso te lædere vultu*
> *Semper & incautâ timui violare figurâ.*
> *Cumq; tua accessi venerans, mea cautiùs ora*
> *Composui, & læto formavi lumine frontem:*
> *Ne qua vel à tacitô contractam pectore nubem*
> *Duceret in sanctum suspicio falsa parentem.*

Epist. 4. Vel Salviani, qui ita ad Socerum suum: *Nunquam vos, ut ipsi scitis, inofficiositate aut contumaciâ offendi: nunquam verbô asperiore læsi,*

T. 9. Ep. 12. *nunquam vultu protervîore violavi.* Etenim ut graviter D. Hieronymus: *Meretur cæcitatis suæ subire supplicium, qui parentum vultus vel torvô visu despexerit, & elatis oculis læserit pietatem.* Cavere hoc, inquam,

inquam, debent liberi, non ideò tantùm, quòd parentes vitæ omniumque bonorum à Deo auctores nobis sunt: sed quòd, experientiâ teste, illorum vel benedictiones & læta omina, vel diræ atque execrationes magni ponderis sint atque momenti. Quod prolixè & Plato monuit, hac clausulâ: πᾶς δὴ νοῦν ἔχων φοβείσθω καὶ τιμάτω γονέων εὐχὰς, εἰδὼς πολλοῖς καὶ πολλάκις ἐπιτελεῖς γενομένας. Et disertissimus Granatensis, ubi locū hunc magnificè executus fuisset, his tandem verbis concludit: *Quapropter & patres & filios unô sermone oro atq; obtestor, ne & vos patres mala filiis vestris imprecemini: & vos filii nihil adversus patres committatis, quod hac imprecatione dignum sit, ne vobis ipsis perpetuò lugendi materiam invicem præbeatis.* Confer cum his Xenophontem *lib. 2. de dict. & fact. Socrat.* Gell. *lib. 2. cap. 2. & 7.* Cæl. Rhodig. *lib. 11. cap. 17. 18. 21.* Ludovic. Granat. *T. 2. Conc. p 386. & 401.* Camerar. *Centur. 1. horar. cap. 86. & Cent. 3. c. 36.* Gruter. *discurs. ad Tacit part. 1. pag. 20. & seqq.* Rittershusium *in Gunth. lib. 1. v. 95.* *Parentū vel benedictiones, vel imprecationes magnā in se vim habent. V.D. Augustin l. 22. de Civ. Dei. 11. de Legib.*

CAPUT XIII.

Object. Meliorem esse brutorum conditionem. Hominem enim nudum [1] & inermem projectum, omniumq; injuriis expositum; brutis verò undiquaq; prospectum esse. Resp. Rationem [2] vicem armorum præstare, ejusq; vim ac potentiam [3] ferocissimas quasq; beluas agnoscere [4] ac revereri. Præstare [5] vires animi, viribus corporis.

SEd aliô ariete dignitatis humanæ arcem aggrediuntur adversarii. *Non satis est æstimare*, inquit dux gregis Plinius, *Natura meliorne homini parens, an tristior noverca fuerit. Ante omnia enim unum animantium cunctorum, alienis velat opibus, cæteris variè tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, villos, setas, pilos, plumam, pennas, squamas, vellera. Truncos etiam arboresq; cortice, interdum geminô, à frigoribus & caloribus tutata est: Hominem tantùm nudum, & in nuda humô, natali die abjicit ad vagitum statim & plora-* *Proœm. l. 7.* I. *Natura tristior homini noverca, quā parens.*

tum, &c. Et paulò post: *Cætera sentire naturam suam, alia pernicitatem usurpare, alia præpetes volatus, alia vires, alia nare: hominem scire nihil sine doctrinâ, non fari, non ingredi, non vesci, breviterq; non aliud naturæ sponte quàm flere.* Plinii vestigia legit Sidon Apollinaris: *Equidem, inquit, si humana substantia rectiùs mole quàm mente censenda est, plurimum ignoro, quid secundùm corpulentiam, per spatia quamvis porrectæ fini (?) in homine miremur, quò nihil æquè miserū destitutumq; nascendi conditio produxit: quippe cùm præbeat tanquam ab adverso bovis pilus, aprosecta volucri pluma vestitum: quibus insuper ut vim vel inferant, vel repellant, cornu, dens, unguis, arma genuina sunt: membra verò nostra in hunc mundum censeas ejecta, non edita: cumq; gignendis artubus animalium cæterorum multifariò natura præsidiò, quasi quodam sinu patente mater occurrat, humana tantùm corpora effudit, quorum imbecillitati quodammodo novercaretur, &c.* Nec ab horum semita discedit Augustinus: *Bestiæ nos & acrimoniâ sensuū & motu facillimo atq; celerrimo, & valentiâ virium, & annosissimâ firmitate corporum vincunt. Quis hominū videndo æquabitur aquilis & vulturibus? Quis odorando canibus? Quis velocitate leporibus & cervis, avibus omnibus? Quis multum valendo leonibus & Elephantis? Quis diu vivendo serpentibus? qui etiam depositâ tunicâ senectutem deponere, atq; in juventam redire perhibentur.* Cum his facit Ant. Guevara; *si in contemplando adfectū seponimus, & in examinando rationē sequimur, quid in homine sit, non video, ô miseram & fragilem naturam humanam! quæ per se sumpta, parùm; cum altera comparata, minùs valet: Multa enim videt homo in animantibus, quæ illis invideat, & multò plura in homine vident animantes, cui illius ipsas miserescat.* Ut enim jam dictum, nudus, infirmus & inermis relictus est homo: At reliquis animantibus non tantùm de tutelâ & viribus prospectum abundè est, sed unumquodq; etiam illorum, novit vires suas, & quâ potissimùm parte robustum, quâ infirmum sit. Oppianus:

lib. 7. Ep. 14. Brutorū præ homine privilegia.

l. 8. de Civit. Dei, c. 15.

Horol. princ. l. 3. c. 31.

l. 4. Cyniget.

Γινώσκουσι δ' ἕκαστοι ἑῆς φύσιος κλυτὰ δῶρα
ἠδ' ἀλεγεινὰς τε, καὶ ἤθεα πάλλοι δαφοινὰ

V. reliqua. Pulcerrimè Lucretius:

lib. 5.

Sentit enim vim quisq; suam, quam possit abuti,
Cornua nata prius vitulo, quàm frontibus exstent,
Illis iratus petit, atq; infensus inurget,

At

At catuli Pantherarum Scymniq́; leonum
Unguibus, ac pedibus jam tùm, morsuq́; repugnant,
Vix etiam cùm sunt dentes, unguesq́; creati.
Alituum porrò genus alis omne videmus
Fidere, & à pennis tremulum petere auxiliatum.

Nec minus eleganter Ovidius:

Accepit mundus legem: dedit arma per omnes in prin. frag. Halieut.
Admonuitq́; sui: vitulus sic namq́; minatur
Qui nondum gerit in tenerâ jam cornua fronte:
Sic Damæ fugiunt: pugnant virtute leones,
Et morsu canis: & cauda sic scorpius ictu,
Concussisq́; levis pennis sic evolat ales.
Omnibus ignotæ mortis timor: omnibus hostem,
Præsidiumq́; datum sentire, & noscere teli
Vimque modumque sui.

Plinius rursus: *Callent*, inquit, *in hoc cuncta animalia: sciuntq́; non sua modò commoda, verùm & hostium adversa. Norunt sua tela, norunt occasiones, partesq́; dissidentium imbelles.* l.8.c.25.

Verùm enimverò, facilis est telorũ horũ amolitio. Homo. n. ὅσῳ λείπει (verba sunt D. Basilii) τῇ δυνάμει τοῦ σώματος, τοσοῦτον περίεστι τῇ τοῦ λογισμοῦ κατασκευῇ. Hoc est: *Quantò inferior est viribus corporis, tantò superior est suppellectile rationis.* Phocyllidem audi, quisquis es iniquus sortis humanæ æstimator: II. Hexaëm. Hom. 10. Ratio in Homine vim armorum præstat.

ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς, φύσιν ἠεροφοίτων
ὄρνισι μὲν, πολλὴν ταχυτῆτ', ἀλκὴν τε λέουσι
ταύροις δ' αὐτοχύτους κεράτας, κέντρα μελίσσαις
ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε· λόγον δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι.

Arma animantium cuique Deus dedit, Alipotentes
Aëra utipenetrent: fortes celeresque leones
Finxit, cornupetas tauros, & apes pungentes,
Sola hominis Ratio telum est, munimen & unum.

Hinc Pythag: ἰσχὺς καὶ τεῖχος, καὶ ὅπλον σοφοῦ ἡ φρόνησις: *Prudentia homini sapienti robur est, est murus, est armatura.* A quo mutuatus videtur Antist. τεῖχος ἀσφαλέστατον φρόνησιν, μήτε γὰρ καταρρεῖν, μήτε προδίδοσθαι. *Murum tutissimũ prudentiam esse, neq; n. decidere, neq; prodi.* Undè præcipiebat: τείχη κατασκευαστέον ἐν τοῖς αὐτῶν ἀναλώτοις λογισμοῖς: *mœnia struenda in* Apud Stob. serm. 1. ad quem vide. Apud Laërt. l.6.

nostris animis, quæ capi non possunt. Alludit huc eleganter Basil. M. Δεῖ γὰρ τὸν κεκαθαρμένον τῇ θείᾳ διδασκαλίᾳ, οἷον ἰσχυρῷ τινι τείχει τῷ ὀρθῷ λόγῳ πεφράχθαι, καὶ ἀνδρείως, καὶ καρτερῶς, τὰς τῶν τοιούτων παθῶν προσβολὰς ἀπαμύνασθαι. καὶ μὴ καθάπερ εἰς τὸ χωρίον ὑποκαθήμενον, τῷ ταπεινῷ καὶ ὑπείκοντι τῆς ψυχῆς τὸν τῶν παθῶν ὄχλον ἐπιρρέοντα δέχεσθαι. *Oportet enim, qui divinâ doctrinâ purgatus est, rectâ ratione, velut munitô quodam murô obseptum esse, & talium affectionum appulsus, viriliter ac fortiter, propulsare, & non velut in locum declivem, in humilem ac cedentem animam, affectionum turbas influentes suscipere.* Summâ:

Homil. περὶ ἀοργησίας p. 144.

Phocylid.

ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου.

Arma viro ratio est, plus, quàm penetrantia, ferrum,

III. His adde Euripidem, quem laudat Plutarchus, *lib. de Fort.* Βραχὺ μὲν σθένος ἀνέρος, ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων, δεινὰ μὲν πόντου, χθονίων τ' οὐρανίων τε δάμναται παιδεύματα: *Vires exiguæ sunt mortalium, sed calliditate multiplici: Belluas maris & terrestria. Et sub cœlo volitantia, omnia homo domat.* Etenim, pergit Plutarchus, κουφότεροι ἵπποι καὶ ὠκύτεροι ἀνθρώποις εἰσὶ φύσει. μάχιμοι κύνες καὶ θυμοειδεῖς, ἀλλὰ ἄνθρωπον φυλάττει. ἡδύτατον ἰχθὺς, καὶ ὗς πολυσαρκότατον, ἀνθρώποις δὲ τροφὴ καὶ ὄψον ἐστί. τί μεῖζον ἐλέφαντος ἢ φοβερώτερον ἰδεῖν; ἀλλὰ καὶ τοῦτο παίγνιον γέγονεν ἀνθρώπου καὶ θέαμα πανηγυρικὸν, ὀρχήσεις τε μανθάνει καὶ χορείας καὶ προσκυνήσεις. οὐκ ἀχρήστως τῶν τοιούτων παρεισαγομένων, ἀλλ' ἵνα μανθάνωμεν ποῦ τὸν ἄνθρωπον ἡ φρόνησις αἴρει, καὶ τίνων ὑπεράνω ποιεῖ, καὶ πῶς κρατεῖ πάντων καὶ περίεστιν. *Nihil agilius equô, nihil velocius, sed hominibus currunt. Ferox est animal canis & iracundum: sed homines custodit: multum carnis habet porcus, esu suavissimus est piscis: alimentum & obsonium homini sunt. Quid majus Elephanto, quid aspectu terribilius? verùm & hic ludicrum hominis factum est, & spectaculum in solennibus conventibus, discitq; saltationes suas & choreas & ingeniculare. Atque hæc non inutiliter spectanda proponuntur: faciunt enim eò, ut discamus, quò hominem attollat ratio, & quibus rebus eum superiorem faciat, utque omnia in suam redigat potestatem.*

Vim rationis ferocissima etiam bellua agnoscunt & reverentur.

Plin. l. 8. c. 2.

Ad quem locum non obscurè alludit D. Ambrosius, cùm inquit: *Videbatur nihil Elephantis creatura habere robustius. nihil tàm terribile, tàm procerum: nihil tàm ferum, quàm Leones & Tigrides sunt. Et hæc serviunt homini, & naturam suam humanâ institutione deponunt: obliviscuntur, quod nata sunt: induunt, quod jubentur. Quid multa? docentur ut parvuli: serviunt ut infirmi. Verberantur ut timidi: corrigun-*

Hexaëm. l. 6 c. 6. Vide s. Basil. M. Hexaëm. Homil. 12.

corriguntur ut subditi: in mores transeunt nostros, quoniam motus proprios perdiderunt.

Hic mihi in mentem venit Pœni illius Hannonis, qui, auctore Pliniô, primus leonem manu tractare ausus est, & ostendere mansuefactum. Damnatus autem hoc argumentô traditur, quoniam nihil non persuasurus vir tàm artificis ingenii videbatur: & malè credi libertas ei, cui in tantùm cessisset etiam feritas. Maximus Tyrius non Hannonem damnatum, sed Leonem illum cicurem necatum fuisse scribit: φασὶ δὲ καὶ Καρχηδόνιον νεανίαν ἀγρεύσαντα λέοντα ἄρτι ἐκ γάλακτος, καὶ ἡμερώσαντα ἰδίᾳ ἀνθρωπίνῃ τροφῇ, καὶ τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐξελεῖν διαίτῃ νόθῳ. ὥστε ἐπιθεὶς αὐτῷ φόρτον ἤλαυνεν ὥσπερ ὄνου δίκην. Ἀλλ' ἀπέκτειναν γε αὐτὸν Καρχηδόνιοι μισήσαντες τῆς ἀνθρωπείας, ὡς τύραννον μὲν τῇ φύσει, ἰδιώτην δὲ τῇ τύχῃ. Quæ ita reddidit Cosmus Paccius Interpres: *Fertur Carthaginensis adulescens catulum Leonis, paulò antè ab uberibus matris depulsum, venatione cepisse, huncq; haud legitimâ educatione cicurem fecisse, exstinguendo belluæ furorem degeneri quadam consuetudine vivendi, usq; adeo, ut sarcinis impositis, aselli modo per urbem ageret. At ipsum Carthaginenses necarant, legem naturæ indignantes violatam, quippe qui tyrannus naturâ, privatum tamen se faceret fortunâ.* Sed fortassis & in Hannonem torqueri hoc potest, qui Tyrannus naturâ, quippe qui feras domaret, privatum tamen se fingeret. Plutarchus eundem exilio tantùm damnatum fuisse refert, quòd in bello Leone uteretur σκευοφόρῳ, *seu militiæ impedimentorum bajulô*, ut interpres loquitur: quòd argumentô foret, eum τυραννικὰ φρονεῖν *affectari ab eo tyrannidem*. Quod factum mihi in memoriam revocat proverbialem Æschyli sententiam:

l. 8. c. 16.
Leo σκευοφόρος.
λόγ. λβ.
in præcept. ger. Reip.
Aristoph. in Ran.
V. Max. l. 7 c
Eras. Adag. vis injusta.

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν
Μάλιστα δὲ λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν
Ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τρόποις ὑπηρετεῖν.

Catulum ne alas leonis in Republicâ,
Ac maximè ipsum ne leonem alas ibi:
Quod si quis alitus, obsequendum moribus.

IV. Videtur autem præpotens rerum natura singularem hanc brutorum generi vim ac facultatem insevisse, quâ, quantumvis fera & truculenta, hominem divinæ imaginis charactere insignitum, revereantur, ut superiorem; timeant, ut Dominum;

venerentur ut sospitatorem & patronum. Hæc vis, tenuis virgultæ imperio vel bovem subjicit, secundùm illud Sophoclis:

Μέγας δὲ πλευρὰς βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.
Sit bos licet magnus, brevi flagrô tamen
Rectus suum compellitur iter ingredi.

Arrian. l. 1. c. 16. Ex quô brutorũ obsequiô divinæ providentiæ argumentum colligit Epictetus: *οὕτως ἓν παιδίον μικρὸν καὶ ῥάβδῳ ἐλαύνει τὰ πρόβατα. Hac providentiâ fit, ut busio aliquis universum gregem ovium bacillô deducat.* Plin. l. 8. c. 4. Hac vi stimulatus Elephas, vasta & prægrandis illa moles, homine obviô fortè in solitudine & simpliciter oberrante, clemens placidusq; Item ibid. c. 38. etiam demonstrare viam solet. Hinc est, quòd Tigris, animal velocitatis tremendæ, & maximè cognitæ, etiam cæteris feris truculenta, atq; ipsa quoq; Elephanti spernens vestigia, L. 8. c. 4. homine visô, transferre dicatur protinus catulos. Quâ de re sic Plinius: *Sanè mirentur ipsam vestigii raritatem; sed unde sciunt timendum esse? Immò verò cur vel ipsius conspectum paveant, tantò viribus, magnitudine, velocitate superiores? Nimirum hac est natura rerum, hac potentia ejus, sævissimas ferarum maximasq; nunquam vidisse, quod debeant timere, & statim intelligere, cur sit timendum.*

Ub. cit. c. 26. Sed non est quod miremur vestigia hominum intelligi à feris, cùm etiam auxilia ab unô animalium sperent. Quâ enim Plin. l. 5. c. 16 vi hominẽ ipsum, eâdem & auxiliares ipsius manus agnoscunt Gellius l. 5. c. 14. Seneca lib. 2. Benef. c. 19. & exorant. Notæ sunt historiæ, quas de leonibus quibusdam sauciis, ideoq; medicas hominũ manus implorantibus, probatæ fidei auctores memoriæ tradiderunt: Memoratu etiam digna Ælian. Ibid. c. 17. est historia, de Putherâ, hominis opem implorante, quam Plinii verbis juvat adscribere: *Tradit Demetrius Physicus Pantheram in mediâ viâ hominis desiderio jacentẽ, repentè apparuisse patri cujusdam Philini, assectatoris sapientiæ: illum pavore cœpisse regredi, feram verò circumvolutari non dubiè blandientem, seseque conflictantem mœrore, qui etiam in Panthera intelligi posset. Fœta erat, catulis procul in foveam delapsis. Primum ergò miserationis fuit non expavescere, proximum, ei curam intendere; secutusque, quà trahebat vestem levi unguium injectu: Ut causam doloris intellexit, simulque salutis suæ mercedem,*

exe-

exemit catulos: eâque cum iis prosequente, usq; extra solitudines deductus, læta atque gestiente, ut facilè appareret gratiam referre, & nihil invicem imputare: quod etiam in homine rarum est. Eâdem auxilii & patrocinii fiduciâ, cervi, urgente vi canum, ultrò confugiunt ad hominem. Valdè autem bellus hic est Oppianus, cujus ζευσὶ ἴπω Romanâ togâ eleganter induit Ritterhusius ad hanc faciem: l. eod. c. 31. Proœm. lib. 5. Halieut.

Huc adverte animum, imperio qui dirigis orbem,
Atq; attende volens, quàm res homini ardua nulla
Sit numinis effectu, quàm cuncta industria vincat
Humani ingenii, subigatque sibi omnia tellus
Quæ mater parit, & complectitur Amphitrite
Tam lato spatiosa sinu, campique liquentes
Ætheris includunt. Ea privo ut hero omnia parent
Prompta homini, metæ rerum finique creandi, &c.
Nam quot homo in sylvis prostravit sæva ferarum
Corpora, vis ipsis cui summa maxima inesset,
Nescia terreri? Quot verò secla volantum
Aeris è campis liquidis, ac nubibus altis
Detraxit, cepitque humilis membra, arduus artem
Sublimisque animum: non fulvum excelsa leonem
Vis animi elati eripuit, quin stringeret ipsum,
Indueretque plagis humana industria major.
Non illam reginam avium, Jovis armigeram ipsam
A laqueo tutam potuit præstare, quòd alis
Libera ventoso vacuum secet aëra motu.
Indica qui nescit quanta sit prædita mole
Bellua, nigra cutem strigosam, at candida dentes?
Attamen hanc etiam docuere subesse magistro,
Impositoque jugo portare onera ardua, mulis
Ceu mos est, duroque assuefecere labori,
Aut portandi onera, aut currus ac plaustra trahendi.
Neptuni quin & pecudes, immania cete,
Quæ pecori illudunt, undas findentia pinnis,
Haud quaquam hisce feris sylvarum mole minora,
Imò etiam multò majora, magisque tremenda

Mon-

Monstra maris domuere homines, lethoq; dedere,
Ceteas udo in pugnas cum matreruentes.
I nunc, atq; nega, ingenium humanum omnia posse.

Ex quibus omnibus hæc redit summa:

J.C. Scalig. 4. Epidorp.

Ungues, corium, cornua, cursus, ala, dentes,
Sunt præsidii pignora, cardinesq; vitæ:
Bruto pecori. Sed tibi de parente eadem
Hæc omnia dictat Ratio, manus reponit.
Ut flebilibus jam statuas modum querelis,
De debilitate, exilitate, nuditate:
Quæ Plinius incommoda declamat ineptus.
Quin truculentasq; feras, pecusque mite
Gratum imperium, vel dolus aut aperta vis est.
Homo sis modo: nec hominem mutaveris illis.

Cæterùm (ut, quod instat agamus, ceptamq; telam pertexamus) illis, quæ de vi Rationis paulò antè dicta sunt, fidem etiam exindè adstruas, quod quotidianus rerum usus doceat, bruta quoq; animalia, quibus à naturâ minus datum est roboris ac virium, fortiora & robustiora, astu quandoq; vincere & versutiâ: Eleganter Oppianus:

Plin. lib. 8. cap. 25.

lib. 2. ἁλιευτ. v. 52.

ὅσσοις δ' οὔτε βίην θεὸς ὤπασεν, οὔτε τι κέντρον
θήξατο ἐκ μελέων, τοῖς δ' ἐκ φρενὸς ὅπλον ἔφυσε
βουλὴν κερδαλέην πολυμήχανον. οἵ τε δόλοισι
πολλάκι καὶ κρατεροὺς καὶ ὑπέρτερον ἄλλον ἰχθύν.

Quibus autem neq; vim Deus tribuit, neq; aliquis aculeus
Acuitur ex membris, his ex animo arma inseuit,
Insidias callidas & versutas: illique dolis
Sæpè etiam robustum & validiorem (sc.) perimunt piscem.

V. His ampliùs adde, quòd in humanis etiam negociis, quotidianâ fidem faciente rerum experientiâ, non viribus, aut velocitate corporum res magnæ gerantur, sed consiliô & prudentiâ: Nam

Parva foris sunt arma, nisi est consilium domi. Cic.

Viribus ingenium tantò sublimiùs extat
Quò præstabilior corpore, Mens hominis.

V. Ecclesiast. c. 8. v. 18. & seqq.

Hoc ipsum elegantissimâ sententiâ demonstrat Homerus:

Μῆτι τῷ δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφι

M 2

Μήτι δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι
Μήτι δ' ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο.

Consilio sanè multo quàm robore præstat,
Hirsutam quicunq; parat succidere sylvam
Consilio rursum nauclerus in æquore nigrô
Dirigit undivagam navim raptantibus austris
Consilio auriga aurigam vincitq; præitq;

Et omninò rectè Oppianus:

Ὡς οὔτ' ἠνορέης, οὔτ' εἴδεος ἔπλετ' ὄνειαρ;
Τόσσον, ὅσον πραπίδων.

Nec robur tantùm, quantùm prudentia præstat.
Nec forma: Stolidæ vires sine mente fatiscunt.

Etenim, ut pulchrè Horatius:

Vis consilii expers mole ruit suâ:
Vim temperatam Dii quoq; provehunt
In majus, &c.

Hac mente Sophocles:

Γνῶμαι μὲν ἔργων τῶν ἐν ἀνθρώποις τροφή·
βουλαῖς τὰ δ' ἐξέπραξαν, οὐ χερῶν σθένος.

Prudentia, operum & actionum humanarum altrix est,
Ingenium hæc effecta dedit, non manuum robur.

Idem alibi:

--------- οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς·
οὐδ' εὐρύνωτοι φῶτες ἀσφαλίσατοι·
Ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι πανταχοῦ.

Aiace flagellifer.

Non enim, qui humeris præditi sunt vastis & amplis, firmissimi & robustissimi sunt: sed qui prudentiâ valent, ubiq; feliciter agunt. Etenim: σοφὸν ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ, secundùm Euripideum illud: *Consilium sapiens unicum, multas manus vincit.* Hoc Ulysses apud sapientissimum vatem voluit, cùm Minervam, id est, Prudentiam ita affatur:

Odyss. N.

Αἴκε μοι ὡς μεμαυῖα παρασταίης γλαυκῶπι
Καίκε τριηκοσίοισιν ἐγὼν ἄνδρεσσι μαχοίμην
Σὺν σοὶ, πότνια θεὰ, ὅτε μοι πρόφρασσ' ἐπαρήγοις.

Atqui ego, si mihi sic adsistas Cæsia Diva.

Vel trecentum contra homines concurrere pugnâ
Ausim, te fretus comite, ô Dea, & adjutrice.

In Antiop. citantib. Stob. Ser. 54. Poly. l. 1. Hist. f. 15 Plut. An seni tract. resp.

Est & Gabriæ pulcer hac de re σκάζων: γνώμης σθένος δῆτ' ἐστὶ μεῖζον ἢ ῥώμης. *Prudentiæ ergò robur, majus est, quam virium.* Hujus loci est judicium Græcorum apud Nasonem, apud quem Ulysses cum Ajace ad hunc modum expostulat:

13. Metam. v. 361.

tibi dextera bello
Utilis, ingenium est, quod eget moderamine nostrô.
Tu vires sine mente geris: mihi cura futuri est:
Tu pugnare potes; pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides, tu tantùm corpore prodes,
Nos animô: quantóq; ratem, qui temperat, anteit,
Remigis officium: quantò dux milite major,
Tantùm ego te supero: nec non in corpore nostrô
Pectora sunt potiora manu.

Introduct. ad sapi. Aphoris. 63. & seq.

Probè itaq; doctissimus Hispanorum Ludovicus Vives: *Robur quorsum pertinet in homine, cùm res maximæ & homine dignæ non viribus nervorum gerantur, sed ingenii? Nec vires quantumcunq; augeantur, majores erunt, quàm Tauri & Elephanti: ratione illos, ingeniô, virtute, superamus. Adde quòd robore membrorū vigor mentis hebescat; quasi abnuente naturâ utriusque boni largitionem, ne suprà mortalem sit felicitatem, eundem & valentissimum esse & sapientissimum.* Dicto fidem fecerit sequior humani generis sexus,

Val. Ma l. 9. c. 12. extr.

Sen. Octav.

——— dedit natura cui pronum malo
Animum, ad nocendum pectus instruxit dolis:
Sed vim negavit, ut ne inexpugnabilis
Esset.

Hinc non tantùm in humanô genere, verùm etiam in belluinô, ceu suprà innui, videmus: ferè ea animalia, quæ callidissima sunt, minus esse robusta vel armata: at in quibus eximiū est robur, hæc destitui solertiâ, quò suô robore uti sciant, alioqui intollerabilia futura, si utrumq; in ipsis conjungeretur. Confer cum his Zehner. *Adag. sac. Cent. 2. 32.* Rittershus. *Comm. in Oppian. ll. cc.* Alciat. *Emblem. 41.* Camerar. *Cent. 4. Embl. 1. 14.*

CA-

CAPUT XIV.

Ut homini nudo ac infirmo undiquaq; prospectum esset, Naturâ illi inditum Civilis societatis amorem,[1] & undè permulta Homini commoda. Hominis [2] finem esse τὴν φιλανθρωπίαν: à quo, qui recedit, [3] eum ad bestiarum naturam quam-proximè accedere: imò [4] bestiarum omnium nocentissimum fieri. Improbos [5] ut sementem faciunt, ita & metere.

Contigit, porrò, nobis & aliud, divinô munere, beneficium, quo nudi, inermes, & omniũ rerum inopes, contra ingruentiũ omnis generis malorum injurias, tecti & muniti essemus SOCIETAS videlicet, cujus beneficiô multorum artibus & officiis, quod inopi naturæ deerat, suppleretur. De hac juvat audire Senecam: *Quæcunquè vaga nascuntur, & actura vitam segregem, armata sunt: hominem imbecillitas cingit; non unguium vis, non dentium, terribilem cæteris fecit: nudum & infirmum* SOCIETAS *munit; societas ei dominium omniũ animalium dedit; societas terris genitum, in aliena natura transmisit imperium, & dominari etiam in mari jussit: Hæc morborum impetus arcuit, senectuti adminicula prospexit solatia contra dolores dedit: hæc fortes nos facit, quòd licet contra fortunam advocare. Hanc tolle, & unitatem generis humani, quâ vita sustinetur, scindes.* Idem alibi: *Est,* inquit, *ingratitudo grave vitium, est intollerabile, & quod dissociet homines, quod concordiam, quâ imbecillitas nostra fulcitur, scindat ac dissipet.* Eandẽ aream terit in Epistolis, cùm ait: *Quid agimus? quæ damus præcepta? ut parcatur sanguini humano? quantulum est, ei non nocere, cui debeas prodesse? Magna, scilicet, laus est, si homo mansuetus homini est. Præcipiemus, ut naufrago manum porrigat, erranti viam monstret, cum esuriente panem suum dividat? quando omnia, quæ præstanda sunt atq; vitanda, dicam, cùm possim breviter hanc formulam humani officii tradere? Omne hoc, quod vides, quô divina atq; humana conclusa sunt, unum est: membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cùm ex iisdem & in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit: illa æquum, justumquè composuit: Ex illius constitutione miseriùs est nocere, quàm lædi:*

I. *Societatis civilis vinculum & commoda.*

l. 4. Benef. c. 18.

7. Benef. 27.

Epist. 95.

ladi: ex illius imperiò parata sunt ad juvandum manus. Iste versus & in pectore, & in ore sit:

Homo sum, humani nihil à me alienum puto:

Habeamus in commune, quod nati sumus, societas nostra lapidum fornicationi simillima est: quæ casura, nisi invicem obstarent, hoc ipsò sustinetur. Eadem prorsus & Ciceronis Philosophia fuit, cujus hæc sunt verba: *Qui Civium rationem dicunt habendam, externorum negant, hi dirimunt humani generis societatem: Quâ sublatâ, beneficentia, liberalitas, bonitas, justitia funditùs tollitur: quæ qui tollunt, etiam adversus Deos immortales impii judicandi sunt. Ab his enim constitutam inter homines societatem evertunt: cujus societatis arctissimum vinculum est, magis arbitrari esse contrà naturam, hominem homini detrahere sui commodi causa, quàm omnia incommoda subire, vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi, quæ vacent justitiâ. Hæc enim una virtus omnium est domina & regina virtutum.* Et hinc Eurypham. Pythagoricus, inter omnia ab Homine vel præclarè excogitata, vel laudabiliter instituta, primas mereri censebat, Civilis societatis constitutionem. Verba Philosophi, cùm à præsenti instituto non aliena sint, hîc juvat adscribere:

l.3. officior.

Τὸ θεῖον ἄνθρωπον, πολυτελέστατον ζῶον, ἐς τὸν κόσμον ἐσῴκισεν, ἀντίκαμον μὲν τᾶς ἰδίας φύσιος, ὀφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακοσμάσιος. διὸ καὶ ὀνύματα μὲν ἔθηκε τοῖς πράγμασι, χαρακτὴρ αὐτῶν γινόμενος, ἀνεύρετο δὲ καὶ γράμματα, θησαυρὸς τᾶς μνάμας παρασκευασάμενος· ἐμιμάσατο δὲ καὶ τὰν τῶ παντὸς διακόσμασιν, δίκαις δὲ καὶ νόμοις κοινωνίαν πολίων συναρμοττόμενος. οὐθὲν γὰρ οὔπω κοσμιώτερον καὶ θεῶν ἄξιον ἔργον ἀνθρώποις πέπρακται, ὡς πόλιος εὐνομουμένας συναρμογά, καὶ νόμων καὶ πολιτείας διακόσμασις. *Hominē Deus animal præstantissimum, & ut suæ naturæ respondens, ita universi cōstitutionis oculū in mundo collocavit. Quamobrem hic & rebus imposuit nomina, quarum fuit signator: & literas invenit, memoriæ thesauro instructo: & universi constitutionem imitatus, jure ac legibus urbium societatem concinnavit. Nullum enim factum nec mundo, nec Diis potest esse dignius, quàm civitatis benè constituta compositio, legumq; & reipublicæ compositio.* Idem videbatur & Aristoteli, dum eum, qui princeps civilis societatis auctor fuit, maximorum simul bonorum auctorem & causam fuisse asseruit. Sed ad Senecam redeo, qui de eôdem societatis vinculô alicubi ita disserit: *An secundùm naturam sit ira, manifestum erit, si hominem inspexerimus: quô quid est mitius, dum in recto animi*

Deo nihil, quod quidē in terris fiat, acceptius est, quàm concilia, cœtusqué hominū jure sociati, quæ civitates appellantur. Cic. l.1. Polit. 2. 1. de ira c. 5.

animi habitu est: quid autem irâ crudelius est? Homine quid aliorum amantius? quid irâ infestius? Homo in adjutorium mutuum generatus est: ira in exitium. Hic congregari vult: illa discedere: hic prodesse; illa nocere. Hic etiam ignotis succurrere; illa etiam carissimos petere: hic aliorum commodis vel impendere se paratus; ira in periculum, dummodò secum deducat descendere. Horsum Guntherus videtur alludere: *l.3. Ligurini v. 95.*

Oramus jam parce piis, hominesq; memento
Fœdere naturæ, Fideiq; Charactere junctos.

Ex hoc civilis societatis fonte saluberrimum præceptum hausit Marcus Imperator, cujus verba adscribere precium operę: *l. 3.* ἐθιστέον ἑαυτὸν μόνα φαντάζεσθαι, περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω ἐπανέροιτο· τί νῦν διανοῇ; μετὰ παρρησίας παραχρῆμα ἂν ἀποκρίναιο ὅτι τὸ καὶ τό. ὡς ἐξ αὐτῶν εὐθὺς δῆλα εἶναι ὅτι πάντα ἁπλᾶ καὶ εὐμενῆ. καὶ ζώου πολιτικοῦ, καὶ ἀμελοῦντος ἡδονικῶν. *Assuefacere te debes ea solùm cogitare, de quibus si quis repentè te interroget; Quid nunc cogitas? liberè statim possis respondere, Hoc & illud: ut ex illis continuò fiat manifestum, omnia in te simplicia esse & mitia, & animanti ad communionem nato convenientia, qui omnia spernat ad voluptatem spectantia.*

II. *Homines hominum causa generati sunt, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possint.*

Ex dictis autem duo colligo [illegible]: Alterum, Hominem ex Stoicorū Philosophiâ, non tantùm ad contemplanda atq; enarranda Dei opera productum esse in hunc mundū (sic .n. Arrian. τὸν ἄνθρωπον θεατὴν εἰσήγαγεν ὁ θεὸς, αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ. καὶ οὐ μόνον θεατὴν, ἀλλὰ καὶ ἐξηγητὴν αὐτῶν: *Hominē Deus tàm ad se, quàm ad opera sua cōtemplanda introduxit: nec ad contemplanda solū, sed etiam ad enarranda*) sed etiam in adjutorium mutuum. Sic M. Imperator cętera, scribit, animalia rationalium causa esse parata, ut semper in omnibus rebus, deteriora propter præstantoria: Ratione verò prædita animalia ad mutuam opem. Κατεσκεύασται (si quis fortè Græca malit) Τὰ μὲν λοιπὰ, τῶν λογικῶν ἕνεκεν ὥσπερ καὶ ἐπὶ παντὸς ἄλλου, τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν: τὰ δὲ λογικὰ, ἀλλήλων ἕνεκεν. Hinc aurea ejusdem sententia, ac divinum prorsus oraculum: Αἰδοῦ θεοὺς, σῶζε ἀνθρώπους· βραχὺς ὁ βίος. ΕΙΣ ΚΑΡΠΟΣ ΤΗΣ ΕΠΙΓΕΙΟΥ ΖΩΗΣ ΔΙΑΘΕΣΙΣ ΟΣΙΑ ΚΑΙ ΠΡΑΞΕΙΣ ΚΟΙΝΩΝΙΚΑΙ. *Reverere Deum: salutem procura mortalium: Brevis est vita. Unus est fructus vitæ, quæ in terris degitur, sanctum animi propositum, & actiones societati humanæ utiles.* Vel si fortè malis:

l.1.c.10. quod etiam repetit l.3 c 10. Cōf. Sen l.3. Nat. qu. in proœm. Laërt. l.2. in Anax. C. Alex. Prot. l.6. & alibi passim.

Videtur effictū ex illo Ecclesiast. præceptoc. 12.15. Deum ipsum reverere, & præcepta ejus observa, quin hoc est totū hominis.

Deum verere. Esto tibi mortalium
Cura salus. Est summa vita perbrevis.
Hunc unicum terrena vita fructum habet,
Ut sancta mens sit, utilis sit actio
Communitati vitæ, homo ad quam natus est.

Probè Satyricus:

Juvenalis Sat. 15.

Principiò indulsit communis conditor illis
Tantùm animas, nobis animum quoq; : mutuus ut nos
Affectus petere auxilium, & præstare juberet.

Quô cum concordat Ovidius:

2. de Pont. 9.

Conveniens homini est hominem servare voluptas,
Et melius nullâ quæritur arte favor.

Quô alludere videtur Poëta ad Socratis præceptum relatum à Xenophonte: apud quem cùm Socrates Chærecrati præcepta tradidisset, quorū observatione fratris ab ipso abalienati animū placare, illiusq; amorem sibi conciliare deberet; interrogasset autem Chærecrates: ἐὰν οὖν ἐμοῦ ταῦτα ποιοῦντος, ἐκεῖνος μηδὲν βελτίων γίγνηται; *quid si ille nihilo reddatur melior, ubi ego hæc faciam?* ibi prudentissimè Socrates respondet: Τί γὰρ ἄλλο, ἢ κινδυνεύσεις ἐπιδεῖξαι σὺ μὲν χρηστός τε καὶ φιλάδελφος εἶναι: ἐκεῖνος δὲ φαῦλός τε καὶ οὐκ ἄξιος εὐεργεσίας; Ἀλλ' οὐδὲν οἶμαι τούτων ἔσεσθαι. Νομίζω γὰρ αὐτὸν ἐπειδὰν αἴσθηταί σε προκαλούμενον ἑαυτὸν εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον, πάνυ φιλονεικήσειν, ὅπως περιγένηταί σου καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ εὖ ποιῶν.

L. 2. de dict. & fact. Socr.

Quid aliud, nisi ut ostendas, te quidem bonum ac amantē fratris esse: illum autem pravum & indignum beneficiô? Sed nihil horum fore puto. Quin potiùs arbitror, ipsum, cùm senserit se ad hanc luctam abs te provocari, tecum certaturum, & daturum operam, ut cùm in dictis, tum reipsa te benefaciendo superet. A quâ sententiâ non multum abludit D. Gregorii Tetrastichon:

Καλοὺς ἀμείβου· τοὺς κακοὺς ὑπερφρόνει.
Κἂν τοὺς δὲ κείνων, τὸ παθεῖν μηδὲν, χαρίσαι·
ὡς αὖ καλοὺς καὶ τούσδε ποιήσῃς χρόνῳ.
τῷ μακροθύμῳ χρηστότης καλὸν δέος.

Cujus hic sensus: *Bonis gratiam refer: malos aspernare: vel potiùs hos eos beneficiô affice, ut nihil mali ipsis inferas: Sic enim ipsos quoq; temporis progressu bonos efficies: Homini æquanimitate prædito, egregium munus est benignitas & clementia.* Vel:

Pro-

Probis honorem pende, despice improbos,
Queis gratiam minus refer nocentibus!
Reddas & ipsos ut probos patientiâ
Dieq;. dos benignitatis maxima est.

Hujus etiam loci sunt Macrini verba ad S.P.Q.R. quæ asscribo: τί ὄφελος εὐγενείας, εἰ μὴ χρηστὸς καὶ φιλάνθρωπος συνοικεῖ τρόπος. τὰ μὲν γὰρ τῆς τύχης δῶρα, καὶ ἀναξίοις περιπίπτει. ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ἀρετὴ ἰδίαν ἑκάστῳ δόξαν περιτίθησιν. εὐγένεια δὲ καὶ πλοῦτος, καὶ ὅσα τοιαῦτα, μακαρίζεται μὲν οὐκ ἐπαινεῖται δὲ, ὡς παρ' ἄλλου δοθέντα. ἐπιείκεια δὲ, καὶ χρηστότης, ἅμα τι θαυμάζεσθαι καὶ τὸν ἔπαινον τὴν ἀναφορὰν εἰς αὐτὸν ἔχει τὸν κατορθοῦντα. Summa est. *Parùm prodesse nobilitatem, quæ contubernalem non habeat benignitatem ac humanitatem. Illam, ut & divitias, & cætera de genere isto, à Fortuna pendere, proindéq; veram ac propriam laudem homini non conciliare: His verò animi esse virtutes, & ideò ab his tanquam propriis unumquemq; laudari.* *Herodiā. l. 5. Histor.* *V. Pessel. Reg. vit. 88. 98.*

Ex his autem, quæ adhuc de hominis naturâ & indole, ac præcipuè connatâ ipsi φιλανθρωπίᾳ dicta sunt, hoc, quod alterū est ἐπίσαγμα seu corollarium, resultat; quòd videlicet, quò major est præstantia & dignitas hominis, secundū naturam suam viventis: eò major & atrocior sit ejusdem turpitudo, si à naturâ suâ desciscat atq; degeneret. Tunc enim efferatior ac nocentior fit quavis bellua. Hac mente Plato, hominem non rectè educatū, vocat ἀγριώτατον ζῷον ὁπόσα φύει γῆ, *animalium, quæcunq; terra gignit, immanissimum*. Sed integrum locum juvat adscribere, est enim egregius: Ἄνθρωπος δὲ, ὥς φαμεν, ἥμερον. ὅμως μὲν παιδείας τῆς ὀρθῆς τυχὸν καὶ φύσεως εὐτυχοῦς θειότατον ἡμερώτατόν τε ζῷον γίγνεσθαι φιλεῖ. μὴ ἱκανῶς δὲ ἢ μὴ καλῶς τραφὲν, ἀγριώτατον, ὁπόσα φύει γῆ. *Hominem autem mansuetum animal esse dicimus. Porrò, si cum naturâ, felici rectam quoq; disciplinā fuerit assecutus, in divinissimū mansuetissimumq; animal solet evadere. Sin v. non satis, aut nō benè fuerit educatus, ferocissimū omnium, quæ in terris nascuntur, animal redditur.* Ab hoc mutuatus Plutarchus: ἀπέδειξαν, inquit, ὡς οὐδὲν ἀνθρώπου θηρίον ἀγριώτερον, ἐξουσίαν πάθει προσλαβόντος. *Docuerunt animal esse homine nullū sævius, si libidini habeat licentiam conjunctam.* Ejusdem autem Platonis & hæc sunt: ὁ παῖς πάντων θηρίων ἐστὶ δυσμεταχειριστότατον. ὅσῳ γὰρ μάλιστα ἔχει πηγὴν τοῦ φρονεῖν, μήπω κατηρτυμένην, ἐπίβουλον καὶ δριμὺ καὶ ὑβριστότατον θηρίων γίγνεται. *Ex cunctis animalibus nullum puerô intractabilius est. Quò magis enim rationis nondum subactæ & compositæ fontem in se habet, eò magis ex animalibus omnibus ad insidias alteri struendas, animiq; acerbitatem & contu-*

III. *Homo improbus animaliū omnium nocentissimus.* *V. Ecclesiast. c. 3 v. 18.* *l. 6. de Legib.* *in Ciceron.* *7. de Legib.*

Supplicib. *contumelias inferendas promptus est*. Quô respectu Æschylus quoq; dixit homines, δρακόντων δαφοινῶν ἐχθίονας, *Draconibus cruentis crudeliores*. Et Poëta quidam Græcus exclamat: ὦ θηρῶν βροτὸς μᾶλλον ἀνήμερος. *O bestiis homo feralior*. Eadem prorsus querela est Lycurgi Poëtæ veteris:

l.1. Ambol.

Φεῦ, πῶς πονηρόν ἐστιν ἀνθρώπων φύσις
τὸ σύνολον· οὐ γὰρ ἄν ποτ' ἐδεήθη νόμου,
Οἴει τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων
Ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρὸν ἀλλὰ σχήματι·
πλάγι' ἐστὶ τ' ἄλλα, τοῦτο δ' ὀρθὸν θηρίον.

Heu quàm mala atq; depravata prorsus est
Natura nostra; neq; aliter lege erat opus.
Putasné, tu interesse inter hominem & feram?
Nec paullulum, nisi in figura corporis:
Curvantur aliæ, inambulat recta hac fera.

Sed & Epictetus distinctè: quosdam homines cupis similes esse, infidos, insidiatores, noxios: alios Leonibus, agrestes, feroces, immanes, plerosq; Vulpeculis: detractores & fraudulentos. Cydonii, sive (ut quibusdam placet) Nemesii huc quadrant verba *Orat. de contemn. morte*: θυμὸς τὸν ἀδικηθέντα κατὰ τῶν ἠδικηκότων ὁπλίζει, καὶ χεῖρα καὶ ξίφος ἐπενεγκεῖν αὐτοῖς παρακαλεῖ. ἔνδον δέ τις ἐπιλεγόμενος ὁ κεκινημένος αἰσθάνεται καὶ διδάσκοντος, ὡς ἐφεκτέον μὲν τὴν ὀργήν, ἀμυντέον δὲ ἀφεκτέον. καὶ φυλακτέον μὲν ἐκ τῶν λεόντων καὶ ἄρκτων καὶ συῶν ὁμοιώσεως. Hoc est: *Iracundia, injuria lacessitum adversus eos, qui læserunt, armat, eumque monet manibus & gladiis in eos irruendum esse. Interiùs autem is, qui ita concitatus est, quendam objurgantem sentit, docentem, reprimendam esse iram, ab ultione abstinendum: & cavendum, tùm ne leonibus aut ursis aut apris similes fiamus.* Audi, si grave non est, M. Basilium hac de re in hunc modum disserentem: Τί οὖν ἐρεῖς, ἐγὼ θηρία ἔχω ἐν ἐμαυτῷ; καὶ μυρία, καὶ πολὺν ὄχλον ἐν σεαυτῷ θηρίων ἔχεις. καὶ μὴ ὕβριν νομίσῃς εἶναι τὸ λεγόμενον, μικρὸν θηρίον ἐστὶν ὁ θυμός; ὅταν ὑλακτῇ τῇ καρδίᾳ, κυνὸς παντὸς οὐκ ἐστὶν ἀγριώτερος; τῇ δὲ δολερᾷ ψυχῇ ὁ δόλος ἐμφωλεύων ἄρκτου πάσης φωλάδος οὐκ ἐστὶ δυσημερώτερος; οὐκ ἔστι θηρίον ὁ ὑποκριτής; ὁ δὲ ὀξὺς εἰς ὕβρεις σκορπίος οὐκ ἔστιν; ὁ δὲ λάθρα εἰς ἄμυναν ὁρμῶν ἐχίδνης οὐκ ἔστι χαλεπώτερος; ὁ δὲ πλεονέκτης, οὐκ ἔστι λύκος ἅρπαξ; ποῖον θηρίον ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστι. *Quid igitur dicis, ego feras & bestias in me ipso habeo? Sanè innumeras & mul-*

Arrian. l.1. cap.3.

Hexaëm. homil. 10. p.48. Confer Cl. Alexan. l.4. Stro. p. mihi 349.

Homo quas bestias in sinu suo foveat.

& multam ferarum turbam in teipso habes: & ne contumeliam putaveris esse, quod dico. parva bestiola est ira; quum latrat in corde, nonnè omni cane ferocior existit? in dolosa verò anima latitans dolus: nonnè omni ursa in latebris delitescentis immitior est? Non est bestia simulatio? Qui velox est ad contumeliam & injurias, non est scorpius? qui verò clam ad vindictam concitatur, annon est viperâ sævior? Avarus, an non est lupus rapax? Quæ bestia in nobis non est? Hoc ipsum calculô quoquè suô confirmat D. Chrysostomus, cùm ait: *Hominem te agnoscere nequeo. Cùm nempè tanquam asinus recalcitres, lascivias autem ut Taurus, tanquam Equus verò post mulieres inhies, ventri tanquam ursus indulgeas, ut mulus carnem impingues, & malum memoriâ teneas velut Camelus: porrò rapias quidem ut lupus, ac ut serpens irascaris, ferias ut scorpius, sis subdolus ut Vulpes, nequitiæ verò tanquam aspis & vipera venenum serves, ac sicut ille malignus dæmon fratres impugnes, quomodo te cum hominibus connumerare valeam, talis in te naturæ signa, cùm non intuear?* Quem Chrysostomi locũ ante oculos habuit S. Isidor. *l. 2. Ep 135.*

Hom. 23. ad pop. Ant.

Vid. eundem Homil. 14 in prior ad Timoth.

Καὶ ἵνα μὴ ὑπερβολῆς εἶναι νομίσῃς τὰ ῥήματα, αὐτὰ τὰ πράγματα ἀδεκάστως βασανίσωμεν. ὅταν γάρ τις σκιρτᾷ μὲν ὡς ταῦρος, λακτίζῃ δὲ ὡς ὄνος, χρεμετίζῃ δὲ ἐπὶ γυναιξὶν ὡς ἵππος θηλυμανὴς (καὶ γαστριμαργῇ μὲν ὡς ἄρκτος, πιαίνῃ δὲ τὸ σῶμα ὡς ἡμίονος) μνησικακῇ δὲ ὡς λύκος, πλήττῃ δὲ ὡς σκορπίος, καὶ ὕπουλος μὲν ὑπάρχῃ ὡς ὄφις, ἰὸν δὲ πονηρίας διατηρῇ ὡς ἔχις, χρήματα δὲ, μᾶλλον δὲ ἁμαρτήματα συνάγῃ ὡς ὁ κάνθαρος τὴν κόπρον· πῶς δυνήσεταί τις μετὰ ἀνθρώπων τὸν τοιοῦτον ἀριθμεῖν, οὐχ ὁρῶν ἐν αὐτῷ τῆς ἡμέρου φύσεως τοὺς χαρακτῆρας, ἀλλὰ σκύλλας τινὸς καὶ χιμαίρας καὶ ὕδρας κατὰ τοὺς ἔξωθεν μύθους δυσωδίαν [illegible].

Ac ne me hyperbolicè loqui putes, res ipsas incorrupta mente perpendamus. Cùm enim quispiam ut Taurus subsultat, ut asinus calcitrat, ut salacissimus equus in fœminas hinnit, ut ursus voracitati studet, ut mulus corpus sagenat, ut camelus injuriarum memoriam retinet, ut leo irascitur, ut lupus rapit, ut scorpius ferit, ut serpens subdolus est, improbitatis venenum ut vipera conservat: opes deniquè, vel ut rectius loquar, peccata cumulat, ut scarabeus scarabeas, quonam pactò quispiam hunc belluinò animò præditum inter homines recensere poterit, cùm mitis ac placidæ naturæ lineamenta in eò minimè perspiciat, verùm Scyllæ cujusdam & Chimaræ atq; Hydræ (juxtà externas fabulas) fœtorem cernat. De eadem, porrò, hominum perversitate ita Jac. Billius:

1. Anthol. sacr. Epigr. 34.

Serpentum nobis dens est, mens læva columba:
Stultitiâ & pueros & superamus oves.
Et canis est morsus nobis, & equina libido:
Ut leo nos furimus semper, & instar apis.
Formicæ ventris non cura est major alendi:
Fermenti & veteris nos comitatur acor.
Sic innata feris nobis mala cuncta supersunt:
Cùm bona deficiant insita cuncta feris.

l. 5. Epid.

Non minùs eleganter Scaliger:

Qui mundum hominis speciem dixit esse parvum:
Norat cuncta animalia continere solum:
Vulpemq́, leonemq́, asinumq́, scorpiumq́,
Formicam, atq; canem, rosomachamqué, cicadamqué:
Ignavia quos, sedulitasvé, diritasvè
Titillavit, & illecebra voracitatis
Sola ast probitas hominis sunt pignora veri.

Horsum etiam alludit Bucholzerus, cùm de vitæ rusticæ & urbanæ discrimine festivè ista canit:

Dic mihi, quæ ruri sit magnificentia mensæ?
Convictor bos est; compotor, gallus & anser.
Dic etiam urbane, quæ magnificentia mensæ?
Convictor lupus est; compotor Pardus & Ursus.

Nimirum:

Cùm dignitatis nullam habuit suæ
Curam tuendæ par homo numinis.
Ad bruta se projecit excors.
Induit his similesqué mores.

Vel:

Cùm semel humanos hominum natura piosqué
Exuit affectus, & tantum agreste ferumqué
Restituit ingenium, fit tigride sævior omni
Bellua, solam hominis retinens conversa figuram.

Laërt. l. 6.

Hoc innuere voluit Diogenes, cùm in foro stans, clamaret: *Adeste homines*, velùti concionaturus apud populum, cumq; jam frequentes convenissent, nec ille desineret clamare: *Adeste homines*, quidam indignati: *En adsumus, dic aliquid.* Tum Diogenes illos

illos baculô abigens: *Homines*, inquit, *adesse jussi, non sterquilinia*. Non putavit hominis cognomen competere in eos, qui non viverent juxta rationem, sed brutorum in morem agerentur affectibus. Et hinc nota est Plauti Parœmia: *Homo homini lupus*, quam eleganter suam fecit Ant. F. Castrodunensis:

Quid melius ferrô? præstat mortalibus usus
Innumeros, terrâ velivoloque mari.
Quid pejus ferrô? quô mors grassatur ubique,
Dum furiis agitur, Mars rabiose, tuis?
Quidnam homine est melius, cœli qui semine creatus?
Est homini mitis mente manuqué Deus?
Quidnam homine est pejus, proprio qui degener ortu
Est homini crudus mente manuqué lupus?

IV. Quod adeò verum esse persuasum est nonnullis; ut multò plura & graviora mala hominibus ab homine, quàm à feris omnibus inferri arbitrentur. Undè Aristoteles improbum hominem inter animalia cuncta nocentissimum esse ait: quod improbitas, ingenii acumine munita, maximas rebus humanis clades inferre possit. *Arma namq; omnia*, inquit disertissimus Monachus, *sivè virtutis, sive cupiditatis, sunt in rationis solertiâ, & ingenii acumine constituta. Ita fit, ut scelerati homines & immanes eò sint feris omnibus immaniores, quò sunt rationis & consilii participes. Sic igitur fit, ut nulla sus lutulentior, nulla vulpes fraudulentior, nulla leana truculentior, nulla tigris immanior homine sceleratô & cupiditatibus suis addictô possit reperiri.* Hæc ille.

Homini ab homine majus periculū, quàm à feris omnibus.

l. 7. Ethic. 6. 1. Polit. 2. T. 2. p. 653.

Adeò verum est illud Anacharsidis Scythæ, qui interrogatus: Τί ἐστι πολέμιον ἀνθρώποις; Αὐτοί, ἔφη, ἑαυτοῖς. *quidnam inimicum exitiosumq; esset hominibus? Ipsi*, respondit, *sibiipsis*. Quod Bianti tribuit Ausonius:

Pernicies homini quæ maxima? Solus homo alter.

Quâ de re sic Scaliger:

Cur vita bonis, brevior sese, ipsa fatiscit? *l. 4. Epid.*
Cur ampla malis? omnia cur malis secunda?
Cur conquerimur grandinis impetum? locustas?
Brucum? Eruca quid est tibi? aut rubiginis aura?
An non homo sit homini hoc, pejoraqué multo?

In ulteriorem autem hujus rei fidem non piget adſcribere *Epiſt.* 103. graviſſima Senecæ verba: *Rari*, inquit, *caſus ſunt: etiamſi graves, naufragium facere, vehiculô everti: ab homine homini quotidianum periculum. Adverſus hoc te expedi, hoc intentis oculis intuere. Nullum enim malum frequentius, nullum pertinacius. Tempeſtas minatur, antequam ſurgat: crepant ædificia antequam corruant: prænunciat fumus incendium. Subita eſt ex homine pernicies, & eò diligentiùs tegitur, quò propiùs accedit. Erras, ſi iſtorum tibi, qui occurrunt vultibus credis, hominum effigies habent, animos ferarum; niſi quòd illarum pernicioſior eſt primus incurſus, quos tranſire non queunt. Nunquam enim illas ad nocendum, niſi neceſſitas injicit, aut fame, aut timore coguntur ad pugnam: homini perdere hominem libet, &c.* Cautè igitur & cum granô ſalis accipiendum veterum Hebræorum monitum: הֱוֵי מַקְדִּים בִּשְׁלוֹם כָּל אָדָם וֶהֱוֵי זָנָב לָאֲרָיוֹת וְאַל תְּהִי רֹאשׁ לַשּׁוּעָלִים: Hoc eſt: *Anteverte cum pace quemvis hominem. Eſtoque cauda leonum, neq; fias caput vulpium.* Quorum ultimorum verborum hæc mens eſt: *Præſtare poſtremum eſſe inter ſapientes, bonos & juſtos; quam præcipuum inter malos.* Quô ſenſu non longè à mente præſentis inſtituti abeunt.

V. Sed faceſſant hinc tandem enumerata hominum monſtra, & ni ſapiant, ἐς κόρακας, *in malam rem.* Nos autem exuamus, ſi fors cuipiam adhæreat, pellem leonino-vulpinam, aut vulpino-leoninam, induamusque ex Gentium Doctoris præceptô, Novum hominem: gnari illius, quod Poëtarum Plato divinitùs alicubi:

Hom. Od. 14

οὐ γὰρ σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν
ἀλλὰ δίκην τίουσι καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων.

Non enim ſceleſta Dii beati amant facinora:
Sed juſtitiæ & honeſtis hominum factis mercedem perſolvunt.

Cui convenienter Catullus:

Carm. 31.

Nec facta impia fallacum hominum cœlicolis placent.

Et mox:

Si tu oblitus es, at Dii meminerunt, meminit Fides.

Nam ut quodam in locô Pindarus: *Olymp.* 1.

εἰ δὲ θεὸν

ἀνὴρ

ἀνὴρ τις ἔλπεται, τι λαθέ-
μεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.
Errat qui ullum perpetratum scelus
Deum latêre putat.

Caveamus, ne à quoquam audire cogamur illud Euripideum: *Hecu. v. 25●*

Ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ *Ut quisq; semente facit,*
Πράσσειν ἐτόλμας. τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα. *ita & metit.*
Sed postquam quæ honesta non sunt
Facere ausus es, sustine etiam, quæ non grata sunt. *Ad auctorem*

Nam plerumq; *redit sceleris coacti culpa.*
Quod quisq; fecit, patitur, autorem scelus *Troad.*
Repetit, suoq; premitur exemplô nocens. *Sen Hercul.*
Sæpè in Magistrum scelera redierunt sua. *Fur.*

Velut Lucretius: *Id Thyeste.*
Circumretit enim vis atq; injuria quemque,
Atq; unde exorta est, ad eum plerumq; revertit.

Ad quam faciem eleganter Fabricius:
Nectere quod siquis fraudem tentabit iniquam,
Artibus interimet seq; suosq; malis.
Inq; scrobes aliis multô molimine fossas,
Prospera promittet cùm sibi cuncta, ruet.

Expertus hoc est Achillas quidam, de quô extat Epigramma Græcum incerti auctoris: *Sect. 1.*

Κρανίον ἐν τριόδοισι, κατοιχομένου τις ἰσαθρῶν
εἰκότα τὴν κοινὴν σὺν ἰδίχευσι βίου.
Δεξιτερὴν δ' ἔρριψεν ἐπὶ χθόνα καὶ λίθον ἧκε,
κωφὸν μὲν δοκέοντ', ἀλλὰ πνέοντα δίκης·
Ὀστέον ὡς γὰρ ἔπληξεν, ἀφάλατο καὶ τὸν ἀφέντα
πήρωσε γλυκεροῦ βλέμματος ὀρφανίσας·
Καὶ πάλιν εἰς αὐδὴν ἐκολάζετο. τὴν ἰδίην δὲ
ἔκλαυσεν χειρῶν ἄστοχον ἀφροσύνην.

Quod sic interpretatus est Ausonius:
Abjecta in triviis inhumati glabra jacebat *Epigr. 71.*
Testa hominis, nudum jam cute calvitium.

Fleverunt alii: fletu non motus Achillas.
Insuper & silicis verbere dissecuit.
Eminus ergò ictò rediit lapis ultor ab osse,
Actorisq; sui frontem oculosq; petit.
Sic utinam certos manus invia dirigat ictus,
Auctorem ut feriant tela retorta suum.

Extat etiam super eadem re aliud Epigramma Archiæ, quod coronidis locô non gravabor adscribere:

Ἔν ποτε παμφαίνοντα μελάντερος αἰθέρι ταρσῷ.
Σκορπίον ἐκ γαίης εἶδε, θορὼν κόραξ.
Ὃν μάρψας ἄρουσεν· ὁ δ' ἀΐξαντος ἐπ' ὕδας
Οὐ βραδὺς, ἀγκύλον κέντρον ἔτυψε βέλει
Καὶ ζωῆς μιν ἄμερσεν, ἰδ' ὡς ὅν ἔτευχεν ἐπ' ἄλλῳ
Ἐκ κείνου τλήμων αὐτὸς ἔδεκτο μόρον.

Quod Alciatus sic vertit:

Embl. 173.

Raptabat volucres captum pede corvus in auras
Scorpion, audaci præmia parta gulæ,
Ast ille infuso sensim per membra veneno,
Raptorem in Stygias compulit ultor aquas.
O risu res digna: aliis qui fata parabat,
Ipse perit, propriis succubuitq; dolis.

Erasmus ad hanc faciem:

Scorpius è terrà prorepserat, idq; vidente
Corvo, qui cœlò victitat in liquido.
Corripuit visum, fugitq;: sed hic ut humum ales
Contigerat, telo mox ferit atq; necat.
Ecce tibi quod in hunc avis insidiosa parabat,
Inde sibi accivit ipsa necem misera.

CAPUT XV.

Objectio. Hominem esse mancipium & lusum 1. *Fortunæ, quæ non tantùm mirè inconstans, Honores* 2. *enixissimè expetitos auferendo: Divitias* 3. *avidissimè conquisitas & corrasas, eripiendo: Amicos* 4. *fortunæ comites fugando.*

Sed

Sed etiam summè iniqua, dum malis quidem [5] propitiam; Bonis verò [6] iniquam se præbet: Eosdem etiam (cùm aliter non liceat) invidiâ [7] (quæ ardua magis & alta [8] petere solet) onerat premitquè. Ex quibus hæc redit summa: Hominem [9] omnium animalium esse infelicissimum.

DIcis, porrò: Nihil est, quod hominem de dignitatis suæ gradu magis dejiciat, quàm quòd Fortunæ libidini ac arbitrio subjectus esse cogatur. Hæc enim ut in levitate suâ mirè constans est, ita est & in judiciô summè iniqua. Utrumq; docere promptum ac in proclivi: Primas habeat D. Gregorius Theol. ὁρᾷς οἷα τὰ ἡμέτερα, καὶ ὅπως κύκλος τις τῶν ἀνθρωπίνων περιτρέχει πραγμάτων, νῦν μὲν τῶν, νῦν δὲ τῶν αὐθέντων καὶ ἀπανθέντων καὶ ὅτι τὸ εὖ πράττειν ἴσως ἡμῖν, οὔτε τὸ δυστυχεῖν, ὃ δὴ λέγουσιν, ἀλλὰ τάχιστα μεταχινούμενα καὶ μεταπίπτοντα, ὡς αὔρας εἶναι μᾶλλον πιστεύειν καὶ γράμμασι τοῖς καθ᾽ ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ. *Vides, quæ sit conditio rerum nostrarum, utq; rota quadam negotiorum humanorum cursu circumagatur, nunc his, nunc illis florentibus, ac marcentibus, dum neq; prosperitas, neq; adversitas, ut ajunt, nobis constat, sed quàm ocissimè in diversum mutatur ac transilit, ut auris ac literis aquæ inscriptis fidere liceat citius, quàm humanæ felicitati.* Elegans est Varronis sententia:

V. Æn Sylv. l. 1. Ep. 108.

Fortuna in levitate constantia.

Epist. ad Sophron.

Nemini fortuna currum missum à carcere intimô,
Labi inoffensum per æquor candidum ad calcem sinit.

I.

Quod cùm viderent quidam ex priscis sapientibus, hominem, lusum Deorum vocarunt: D. Gregorius:

Homo Deorum ludus.

ext. hom. vilit.

Τολμήσω τινὰ μῦθον ἐνισπέμεν, ὡς ῥα θεοῖο
παίγνιον ἐστὶ βροτὸς, τῶν ἐν, ὅσα πολίων
Ἄλλο πρόσωπον ὕπερθεν, ὃ χεὶρ κάμεν. ἦν δ᾽ ἀπ᾽ ἀερθῇ,
Ἄζομαι, ἐξαπίνης ἐξεφάνην ἕτερος.

Audacius quidem fortasse, sed verè tamen hoc dicam: Dei ludus est homo, ludus, inquam, cuipiam eorum non absimilis, qui in urbibus spectari solent. Larva enim quadam, manu atquè arte fabricata, externè conspicitur: quâ sublatâ, pudore jam suffundor, ut qui repentè non idem, qui prius appaream.

Aliter

Aliter paulò lusum hunc interpretati sunt οἱ ἔξωθεν. Aristides:
T.3. Orat. fol.426. οὐδὲν τῶν ἀνθρωπείνων ἀσφαλὲς, οὐδὲ ὁμαλὸν, οὐδ᾽ αὔταρκες: ἀλλ᾽ ἡττήσεται μὲν ὁ ἰσχυρὸς τοῦ ἀσθενοῦς, ὅταν καιρὸς ᾖ τούτου, ἁλώσεται δὲ Βαβυλὼν αὐτοῖς τείχεσι. πάντα ταῦτ᾽ ἐναλλὰξ περιέλκεται. οὕτω καὶ τὸ σὸν, ὦ Πλάτων, σώζεται, τὸν ἄνθρωπον εἶναι θεοῦ παίγνιον. *Nihil rerum humanarum firmum est ac stabile, nihil æquale, nihil cui vires sufficiant suæ: sed robustus à debili & imbecillò vincitur; cùm tempus hujus rei venerit: Babylon etiam unà cum mœnibus suis capietur: Omnia hæc alternatim seu mutatis viribus circumaguntur. Atq; ita tuum illud, Plato, verùm deprehenditur: Hominem Dei esse lusum.*
l. 1. Anthol. εἰς τύχην. Juvat in hanc rem adscribere Palladæ Epigramma Græcum:

Παίγνιόν ἐστι τύχης μερόπων βίος, οἰκτρὸς ἀλήτης
πλούτου πενίης μεσσόθι ῥεμβόμενος.
καὶ τοὺς μὲν κατάγουσα, πάλιν σφαιρηδὸν ἀείρει.
Τοὺς δ᾽ ἀπὸ τῶν νεφελῶν, εἰς ἀΐδην κατάγει.

Ludit in humanis rebus Fortuna, & ab omni
Parte repentinus nascitur usq; dolor.
Evehit hæc rursum, miserè quos presserat antè
Præcipitatque solo, quos modò ad astra tulit.

Philostratus in Scopeliano Sophista, loquens de ejus patre, qui exhæredato filio coquum hæredem scripserat, subjicit: ἐνδείκνυται δὲ καὶ τοῦτον, ὅτι οἱ ἄνθρωποι μὴ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων παίγνια. Id est: *Ut vel ex hoc facto intelligere possimus, homines non Dei solùm, sed alterum quoq; alterius esse ludibria.* Zenon quoqué Imperator auditâ suorum strage, in castellum, quod Constantinopoli cognomini erat, in editô tumulô situm, aufugerat, ingemiscensq; ob præsentium rerum calamitosum statum: Θεοῦ, inquit, παίγνιον ἄρα ὁ ἄνθρωπος, εἴγε καὶ ἐμὲ οὕτω παίζειν φιλεῖ τὸ δαιμόνιον. Hoc est:
l.1. de prov. *Nimirum Dei ludibrium est homo, quandoquidem & mihi ita illudere amat fortuna.* Sic & Synesius: Καί μοι δοκεῖ παγκάλως εἰρῆσθαι, Θεοῦ παίγνιον ἄνθρωπον εἶναι, παίζοντος ἀεὶ τοῖς πράγμασι καὶ πεττεύοντος. *Et rectè admodum homo Dei lusus mihi dictus videtur, quandam velut aleam rerum ipsius ludentis.* Ad hunc ludum allusisse videtur Plautus
Prol. Capt. Romanæ delicium Musæ:

Enimverò Di nos quasi pilas homines habent.

Et Ovi-

Et Ovidius:

Ludit in humanis divina potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.

Sed hunc fortunæ lusum propiùs paulò spectare lubet: Honore vix quicquam est, quod majore vel cupiditate, vel studiô ab hominibus appetatur: Vulgò enim ferè in omnium ore est: *Summum petendum, ut Medium habere possis*: Itaque omnes ad alta aspirare, eaque omni ratione ac modô affectare, humilia verò aspernari videas. Hinc Icari multi: hinc Phaëtontes multi: Undè Tales Pythagoricus: *Ecce*, inquit, *servus liber fieri cupit: Et libertatem nactus, omnia habebo, ait: Jam est: desiderat ipse servum: Habet: cur non alium? una hirundo non facit Ver. Ergò duos parat. Et jam etiam agrum. Quid deindè? Atheniensis vult fieri: tùm Magistratum appetit: tùm & regnum: (Facit enim avidos nimia felicitas: nec tam temperatæ cupiditates sunt unquam, ut in eô, quod contigit, desinant: Gradus à magnis ad majora fit: & spes improbissimas complectuntur, insperata assecuti.) Postremò immortalis vult fieri, ut Alexander: Et esto; jam & Jupiter optet esse.* II. *De libidine regnandi v. Camer. Hor. Subc. Cent. 1. c. 88.* *Senec. 1. de Clem. 1.*

Huc referendus Atheniensis ille, qui se, dum Regno Athenarum uno die potiri posset, nullũ supplicii genus recusaturum dixit: passurumq; æquô animô, ut acerbissimis posteà afficeretur cruciatibus: omnisq; ipsius familia funditùs periret: Tanti scilicet emere non recusabat tyrannidis honorem. Huic Atheniensi jungo Polynicem apud Senecam Tragicum: *De hoc vide Victor. l. 12. variar. lect. c. 10. Muret. l. 1. var. lect. c. 13.*

——pro regnô velim *Thebaid.*
Patriam, penates, conjugem flammis dare.
Imperia preciô quolibet constant benè.

Eadem mens fuit Agrippinæ Neronis matri, cui, cùm Mathematici quidam dicerent, filium recens natum imperaturum quidem, sed matri tamen mortem illaturum: flagrantissimâ dominandi libidine incensa respondit: *Occidat, modo imperet.* Nota etiam est Cæsaris sententia: *Si violandum est jus, regnandi gratiâ violandum est: aliis rebus pietatem colas.*

At verò quàm parva temporis intervalla homines, quos in excelso fastigio collocarant, ad extremam rursus detrudunt miseriam & calamitatem! Fidem facit præter infinitos alios Geli- *Alterna sunt vires rerum. Multos Fortuna, quos ad sublimia*

evexit magno mox impetu ad ima detrusit.

Vid. Camer. T. 1. horar. c. 12. & 67. T. 2. c. 57.

Sic Q. Ruff. 8 aliter refert, Arria. 5. & ex eo Them. Orat. 4. p. 71.

Gelimeres Vandalorum Rex, quem cùm Justinianus Cæsar catenis vinctum, unà cum uxore & Regiâ familiâ in triumpho duceret, in conspectu Imperatoris cachinnum emisisse ferunt. Quùm autem ingenti eum dolore perculsum, mente captum esse putarent, dixisse ajunt: *Fortunæ humanæ se ridere vicissitudines, ut qui modò Rex fuisset, jam serviret:* Memorabile etiam est Pori Indi exemplum, qui victus ab Alexandrô, rogatusqué, *quid victorem Alexandrū de se statuere debere censeret? Quod hic dies suadet*, respondit: *Quò expertus es, Quàm caduca felicitas esset.* Hanc autē fortunæ vicissitudinem plerunqué experiuntur ii, qui propriis non contenti, aliena etiam adfectant, quô jure, quaq; injuriâ, nil pensi habentes: cùm tamen inclinante fortunæ rota, quod avidissimè devorarunt, turpissimè evomere cogantur: Tali ingeniô præditus fuit avorum memoriâ (ut alios tùm ex veteri, quàm nostri temporis historiâ prætercam) infelicissima Roderici Borgiæ soboles, de quô operæ pretium duxi scitos adprimè hendecasyllabos Sanazarii ad Marium adscribere:

Vid. Camer. lib. 1 Horar. c. 55. Rem. in Themist. p. 210.

Cæsar Borgia, Borgia ille Cæsar,
Ille, inquam, dominæ urbis inquinator,
Cinædi patris impudica proles, &c.
Quingentas modo qui voravit urbes,
Imbutus scelere & malis rapinis, &c.
Cum vecors animi impotente morbô
Quærit plura, nec est potis misellus
Explere ingluviem periculosam,
Ecce, ecce, evomit, O Jovem facetum!
O pulcram Nemesin! ô venusta fata!
Verùm scilicet id, MARINE, *verum est*,
Quod dici solet, en fides probat nunc:
FORTUNAM *si avidè vorare pergas,*
Eandem malè concoquas necessum est:
Ut jure evomere hunc putemus ipsum,
Qui tantum miser hausit oppidorum,
Quod quinq; assiduis voravit annis,
Scis, quot evomuit diebus? UNO.

Cæterùm

Cæterùm, egregius de fortunæ inconstantiâ locus est apud Ammian. Marcellinum, quem juvat adscribere: *Assumptus* (de Cæsare Gallo loquitur) *in amplissimum fortunæ fastigium, versabiles ejus motus expertus est, qui ludunt mortalitatem: nunc evehentes quosdam in sidera, nunc ad Cocyti profunda mergentes. Cujus rei cùm innumera sint exempla, pauca tractu summô transcurram. Hæc fortuna mutabilis & inconstans, fecit Agathoclem Siculum ex figulo Regem; Dionysium, gentium quondam terrorem, Corinthi literario ludo præfecit. Hæc Adramittenum Andriscum, in fullonia natum, ob Pseudo-Philippi nomen evexit: & Persei legitimum filium, artem ferrariam ob quærendum docuit victum. Eadem Mancinum post imperium, Numantinis summâ atrocitate, Veturium & Claudium Corsis substravit, feritati Carthaginis Regulum. Istius iniquitate Pompejus, post quæsitum Magni è rerum gestarum amplitudine cognomentum, ad spadonum libidinem in Ægypto trucidatur. Et Cunus quidam, ergastularius servus, ductavit in Sicilia fugitivos. Quàm splendido loco multi nati, eâdem rerum dominâ connivente, Viriati genua sunt amplexi vel Spartaci? Quot capita, quæ horruêre gentes, funesti carnifices absciderunt? Alter, in vincula ducitur, alter insperata præficitur potestati, alius à summô culmine dignitatis excutitur. Quæ omnia si scire quisquam velit, quàm varia sint & assidua, arenarum numerum idem insipiens, & montium pondera scrutari poterit.* Congruit cum his illud Ecclesiast. *Vidi servos insidentes equis, Principes autem euntes tanquam servos, super terram!* Prudentium autem qui hic prætercam:

lib. 14.

Quod regnũ est, cui non parata sit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? Nõ magnis ista intervallis divisa, sed horæ momẽtum interest inter solium & aliena genua. Sen. 1. de tranq. 11. c. 10. v. 4. Peristeph. Hym. 14.

Ille supervacuis augens patrimonia fundis,
Finitimisq; inhians, contemtô limite, agellis,
Ducitur innexus manicis, & mille catenis
Ante triumphales currus post terga revinctus,
Nec se barbaricis addictum sentit habenis.
Hic qui ventosæ scandit fastigia famæ,
Inflaturq; cavô pompæ popularis honore;
Qui summum solidumq; bonum putat, ambitionis
Crescere successu; præconum voce trementes
Examinare reos; miserorum in corpore fasces

Plato ait, neminẽ Regem non ex servis oriundũ esse, neminẽ non servum ex regibus. Sen. Epist. 44.

Frangere; terribiles legum exercere secures:
In laqueum jam colla dedit, jam compede durâ
Nectitur, & pedibus servilia vincula limat.

Peristeph. Hym.14. in Brittann. p.191.

Idem alibi:

Hæc ipsa vestra dignitatum culmina
Quid esse censes? Nonnè cursim transeunt?
Fasces, secures, sellæ, prætexta, toga,
Lictor, Tribunal, & trecenta insignia,
Quibus tumetis, moxq; detumescitis.

Agnovit hoc etiam Canutus, Angliæ Rex, qui assentatorem quendam, omnia ad Regis vultũ & nutum converti debere asserentem, fortunæ instabilitatis memor, memorabili factô, quod ex H. Huntidonensi Cambdenus refert, ita repressit: *Sedile suum in littore maris statui jussit, cùm adscenderet: Ascendenti mari dixit: Tu mea ditionis es, & terra, in quâ sedeo, mea est, nec fuit, qui impunè meo resisteret imperio. Impero igitur tibi, ne in terram meam ascendas, nec vestes, nec membra dominatoris tui madefacias. Mare verò de more conscendens, pedes Regis sinè reverentiâ madefecit. Ille resiliens: Sciant, inquit, omnes habitantes orbem, vanam & frivolam esse Regum potentiam, nec regis quempiam nomine dignum, præter eum, cujus nutui cœlum, terra, mare, legibus obediunt æternis, nec unquam posteà coronam capiti imposuit.* Eadem mens fuit & Senecæ

Thyest.

Tragico:

Vos, quibus rector maris, atq; terræ
Jus dedit magnum necis, atq; vitæ:
Ponite inflatos, tumidosq; vultus:
Quicquid à vobis minor extimescit,
Major hoc vobis Dominus minatur,
Omne sub regno graviore regnum est.

Confer cum his, quæ elegantissimè de præsenti negotiô scribit disertissimus Hæbræorum Philo ille Platonizans, *librô, quô docet Deum esse immutabilem.* Adde Cælium Rhodigin. *lib.9. cap.8.*

III. *Divitiis omnes difficultates perviæ sunt, auroq; adamantinæ etiã fores perfringuntur.*

De opibus ac divitiis, quæ maximam partem fortunæ adscribuntur beneficio, quid dicam, aut non dicam? si mentis oculos parumper circumferas, tantam deprehendes divitiarum

atq;

atq; inprimis pecuniæ præsentariæ esse potentiam & tyrannidem, ut nihil non impetrare possit. Aristophanes: *Plut.*

εἰ δ' ἐστὶ λαμπρὸν καὶ καλὸν,
ἢ χάριεν ἀνθρώποισι διὰ σὲ γίγνεται·
ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα.

Si quid praeclarum aut pulchrum, aut gratum deniq;
Inter homines existit, per te maximè
Existit: nam pecuniæ obediunt omnia.

Scitè Philemon apud Stobæum: *serm. 91.*

Τὸ τῆς Ἀμαλθείας δοκεῖς εἶναι κέρας
οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς κέρας βοός;
ἀργύριόν ἐστι: τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς, λέγε
πρὸς τοῦθ' ὃ βούλει, πάντα σοι γενήσεται.
φίλοι βοηθοὶ, μάρτυρες, συνοικίαι.

An cornu Amaltheæ putas esse uspiam
Ut pingitur, cornu bovini imagine?
Pecunia est: solummodò hanc si possides
Quidvis eam poscas: habebis omnia.
Testes, amicos auxiliatores probos,
Junctisq; contuberniis multas domus.

Et paulò fusiùs Menander ibidem:

ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς Θεοὺς εἶναι λέγει
ἀνέμους, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, πῦρ, ἀστέρας.
ἐγὼ δ' ὑπέλαβον χρησίμους εἶναι Θεοὺς,
τὸ ἀργύριον ἡμῖν καὶ τὸ χρυσίον.
ἱδρυσάμενος τούτους γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν
εὔξαι τι βούλει πάντα σοι γενήσεται.
ἀγρὸς, οἰκία, θεράποντες, ἀργυρώματα,
φίλοι, δικασταὶ, μάρτυρες, μόνον δίδου
αὐτοὺς γὰρ ἕξεις τοὺς Θεοὺς ὑπηρέτας.

Tellurem, aquam, aërem, ignem, Solem & sidera.
Divina Epicharmus dicit esse Numina.
Sed utiliores sunt Dii, me judice,
Argenti & auri pustulati pondera.
Namq; hæc tua si collocaveris domi

Quicquid cupis, pete: assequeris omnia:
Agros, domum, ministros, vasa argentea,
Testes, amicos, judicesq́; da modo
Servosq́; habebis, si voles, ipsos Deos:

vers. 712. Sic & Theognis:

οὐδ' εἰ ψεύδεα μὲν ποιοῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα
γλῶσσαν ἔχων ἀγαθὴν Νέστορος ἀντιθέου,
ὠκύτερος δ' εἴησθα πόδας ταχεῶν ἁρπυιῶν
καὶ παίδων Βορέω τῶν ἄφαρ εἰσὶ πόδες.
ἀλλά γε χρὴ πάντας γνώμην ταύτην καταθέσθαι,
ὡς πλοῦτος πλείστην πᾶσιν ἔχει δύναμιν.

Non si falsa loqui coneere, simillima veris,
Nestoreo qualis gratia ab ore fluit,
Nec si cum Harpyis cursu contendere possis,
Et Boreæ natos si superare queas;
Nil facies: homines rapit hæc sententia cunctos,
Quæ censent opibus fortius esse nihil.

Undè aurum, argentumvè æqualē cum incantationibus vim obtinere, Demonax innuere volebat ap. Lucian. cujus hęc sunt: Ἀλλὰ καὶ μάγου τινὸς εἶναι λέγοντος, καὶ ἐπῳδὰς ἔχειν ἰσχυράς, ὡς ὑπ' αὐτῶν ἅπαντας ἀναπείθειν, καὶ παρέχειν αὐτῷ, ὁπόσα βούλεται· μὴ θαύμαζε, ἔφη, καὶ γὰρ αὐτὸς ὁμότεχνός εἰμί σοι, καὶ εἰ βούλει, ἕπου πρὸς τὴν ἀρτόπωλιν καὶ ὄψει με διὰ μιᾶς ἐπῳδῆς, καὶ μικροῦ τοῦ φαρμάκου πείθοντα αὐτήν, δοῦναί μοι τὸν ἄρτον, αἰνιττόμενος τὸ νόμισμα, ὡς τὰ ἴσα τῇ ἐπῳδῇ δυνάμενον. *Præterea quopiam magum se esse profitente, habereq́; carmina efficacissima, quibus omnes homines impellere possit, ac persuadere, ut sibi quæcunq; vellet, exhiberent: Ne hoc tibi mirum videatur, inquit, eandem enim tecum artem exerceo: & si placet, ad pistricē me sequere, videbisq́; me unica tantùm incantatiuncula ac modico veneficio persuasurum ipsam ut mihi panem det: subobscurè monetam innuens, æqualem cum incantationibus vim obtinentem.*

lib. 2. serm. Sat. 3. His omnibus suffragatur & Horatius:

Omnis enim res
Virtus, fama, decus, divina, humanaq; pulcris
Divitiis parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, justus: sapiensné? etiam: & Rex
Et quicquid volet.

Item

Item Petronius:

——— *Quidvis nummis præsentibus opta:*
Et veniet: clausum possides arca Jovem.

Immò ipsomet Jove plus posse, Pluto persuadere conatur Chremylus apud Aristophanem:

---- ἔχ' ἥσυχος·
ἐγὼ γὰρ ἀποδείξω σε τοῦ Διὸς πολὺ
μεῖζον δυνάμενον. *Acquiesce: nam*
Demonstrabo, quòd tu plus ipso Jove.
Possis.

Hoc ipsum, hoc est, pecuniæ, ut scriptor Madaurensis loquitur, difficultates omnes esse pervias, auroq; adamantinas perfringi fores, innuit etiam nota omnibus fabula de Jove in aurum verso, & Danaën, in aulà domesticâ aheneo thalamo subterraneo inclusam custoditamq;, vitiante. De qua lubet adscribere elegantes Pauli Silentiarii versus: *V. Ovid. in fin. 4. & init. 5. Metamorph. Lucian in Dial. Dor. & Thet. Confer Horat. l. 3. Od. 16.*

χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας
Ζεὺς διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους.
φαμὶ λέγειν τὸν μῦθον ἐγὼ τάδε· χάλκεα νικᾷ,
δάπεδα καὶ δεσμοὺς χρυσὸς ὁ πανδαμάτωρ.
χρυσὸς ὅλους ῥυτῆρας, ὅλας κληῗδας ἐλέγχει,
χρυσὸς ἐπιγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.
καὶ Δανάας ἐλύγωσεν ὅδε φρένα. μή τις ἐραστὴς
λισσέσθω Παφίαν ἀργύριον παρέχων.

Aureus in cæcas penetravit denique rimas,
Et Danaës duros Jupiter in thalamos.
Fabula sic inquit, me judice: ferrea claustra:
Aurum perrumpit, duraq; vincla domat.
Aurum omnes vectes infregit, & arguit artem
Clavis, & inflexit torva supercilia.
Sic Danaë devicta fuit. Non ullus amator
Aurum cui fuerit, supplicet hinc Veneri.

Hinc venustè Aurum ab Ill. Scalig. amicus certus & omnium optimus, eò quòd illius beneficiò quidvis impetrare & assequi liceat, vocatur: *Aurū amicus certus & optimus.*

Si commodabis, non habebis, Carole:
Si habebis; at non tam citò, non tam benè.

Si tam

Fleverunt alii: fletu non motus Achillas.
Insuper & silicis verbere dissecuit.
Eminus ergò icto rediit lapis ultor ab osse,
Actorisq; sui frontem oculosq; petit.
Sic utinam certos manus invia dirigat ictus,
Auctorem ut feriant tela retorta suum.

Extat etiam super eadem re aliud Epigramma Archiæ, quod coronidis locô non gravabor adscribere:

Ἔν πότε παμφαίνοντα μελανόπτερος αἰθέρι ναίων,
Σκορπίον ἐκ γαίης εἶδε, θορόντα κόραξ.
Ὃν μάρψας ἄρουσεν· ὁ δ' αἴξαντος ἐπ' ὕδας
Οὐ βραδὺς, ἀΐξαντα πιέζων ἔπεμψε βέλος
Καὶ ζωῆς μὲν ἄμερσεν, ἰδ' ὅσσον ἔπευχεν ἐπ' ἄλλῳ
ἐκ κείνου πλήμαν αὐτὸς ἔδεικε μόρον.

Quod Alciatus sic vertit:

Embl. 173.

Raptabat volucres captum pede corvus in auras
Scorpion, audaci præmia parta gulæ,
Ast ille infuso sensim per membra veneno,
Raptorem in Stygias compulit ultor aquas.
O risu res digna: aliis qui fata parabat,
Ipse perit, propriis succubuitq; dolis.

Erasmus ad hanc faciem:

Scorpius è terrâ prorepserat, idq; vidente
Corvo, qui cœlô victitat in liquido.
Corripuit visum, fugitq; : sed hic ut humum ales
Contigerat, telo mox ferit atq; necat.
Ecce tibi quod in hunc avis insidiosa parabat,
Indè sibi accivit ipsa necem misera.

CAPUT XV.

Objectio. Hominem esse mancipium & lusum 1. Fortunæ, quæ non tantùm mirè inconstans, Honores 2. enixissimè expetitos auferendo: Divitias 3. avidissimè conquisitas & corrasas, eripiendo: Amicos 4. fortunæ comites fugando.

Sed

Sed etiam summè iniqua, dum malis quidem [5] *propitiam; Bonis verò* [6] *iniquam se præbet: Eosdem etiam (cùm aliter non liceat) invidiâ* [7] *(quæ ardua magis & alta* [8] *petere solet) onerat premitqué. Ex quibus hæc redit summa: Hominem* [9] *omnium animalium esse infelicissimum.*

DIcis, porrò: Nihil est, quod hominem de dignitatis suæ gradu magis dejiciat, quàm quòd Fortunæ libidini ac arbitrio subjectus esse cogatur. Hæc enim ut in levitate suâ mirè constans est, ita est & in judiciô summè iniqua. Utrumq; docere promptum ac in proclivi: Primas habeat D. Gregorius Theol. ὁρᾷς οἷα τὰ ἡμέτερα, καὶ ὅπως κύκλος τις τῶν ἀνθρωπίνων περιτρέχει πραγμάτων, νῦν μὲν τῶν, νῦν δὲ τῶν αἰρομένων καὶ ἀποπιπτόντων καὶ ὅτι τὸ εὖ πράττειν ἴσως ἡμῖν, ὅτι τὸ δυστυχεῖν, ὃ δὴ λέγουσιν. ἀλλὰ τάχιστα μετακινούμενα καὶ μεταπίπτοντα, ὡς αὔραις εἶναι μᾶλλον πιστεύειν καὶ γράμμασι τοῖς καθ᾽ ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ. *Vides, quæ sit conditio rerum nostrarum, utq; rota quadam negotiorum humanorum cursu circumagatur, nunc his, nunc illis florentibus, ac marcentibus, dum neq; prosperitas, neq; adversitas, ut ajunt, nobis constat, sed quàm ocissimè in diversum mutatur ac transilit, ut auris ac literis aqua inscriptis fidere liceat citius, quàm humanæ felicitati.* Elegans est Varronis sententia:

V. Æn Sylv. l.1. Ep.108.

Fortuna in levitate constantia.

Epist. ad Sophron.

> *Nemini fortuna currum missum à carcere intimô,*
> *Labi inoffensum per æquor candidum ad calcem sinit.*

I.

Homo Deorum ludus. ext. hom. vilis.

Quod cùm viderent quidam ex priscis sapientibus, hominem, lusum Deorum vocarunt: D. Gregorius:

> Τολμήσω ὅτι καὶ μῦθον ἐπήτυμον, ὡς ῥα θεοῖο
> παίγνιον ἐστὶ βροτὸς, τῶν ἐν, ὅσα πολλὰ
> Ἄλλο πρόσωπον ὕπερθεν, ὃ χεὶρ κάμεν. ἦν δ᾽ ἀρ᾽ ἀερθῇ,
> Αἴζομαι, ἐξαπίνης ἐξεφάνην ἕτερος.

Audacius quidem fortassè, sed verè tamen hoc dicam: Dei ludus est homo, ludus, inquam, cuipiam eorum non absimilis, qui in urbibus spectari solent. Larva enim quadam, manu atqué arte fabricata, externè conspicitur: quâ sublatâ, pudore jam suffundor, ut qui repentè non idem, qui prius appaream.

Aliter

Aliter paulò lusum hunc interpretati sunt οἱ ἔξωθεν. Aristides:
T.3. Orat. fol.426. οὐδὲν τῶν ἀνθρωπείων ἀσφαλὲς, οὐδὲ ὁμαλὸν, οὐδ' αὐτάρκες· ἀλλ' ἡττήσεται μὲν ὁ ἰσχυρὸς τοῦ ἀσθενοῦς, ὅταν καιρὸς ᾖ τούτου, ἁλώσεται δὲ Βαβυλὼν αὐτοῖς τείχεσι. πάντα ταῦτ' ἐναλλὰξ περιελίττεται. οὕτω καὶ τὸ σὸν, ὦ Πλάτων, σώζεται, τὸν ἄνθρωπον εἶναι θεοῦ παίγνιον. *Nihil rerum humanarum firmum est ac stabile, nihil æquale, nihil cui vires sufficiant suæ: sed robustus à debili & imbecillò vincitur; cùm tempus hujus rei venerit: Babylon etiam unà cum mœnibus suis capietur: Omnia hæc alternatim seu mutatis viribus circumaguntur. Atq; ita tuum illud, Plato, verùm deprehenditur: Hominem Dei esse lusum.* Juvat in hanc rem adscribere Palladæ Epigramma Græcum:

l. 1. Anthol. εἰς τύχην.

Παίγνιόν ἐστι τύχης μερόπων βίος, οἰκτρὸς ἀλήτης
πλούτου πενίης μεσσόθι ῥεμβόμενος.
καὶ τοὺς μὲν κατάγουσα, πάλιν σφαιρηδὸν ἀείρει,
τοὺς δ' ἀπὸ τῶν νεφελῶν, εἰς ἀΐδην κατάγει.

Ludit in humanis rebus Fortuna, & ab omni
Parte repentinus nascitur usq; dolor.
Evehit hæc rursum, miserè quos presserat antè
Præcipitatquè solo, quos modo ad astra tulit.

Philostratus in Scopeliano Sophista, loquens de ejus patre, qui exhæredato filio coquum hæredem scripserat, subjicit: σημαίνεται δὲ καὶ τούτων, ὅτι οἱ ἄνθρωποι μὴ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων παίγνια. Id est: *Ut vel ex hoc facto intelligere possimus, homines non Dei solùm, sed alterum quoq; alterius esse ludibria.* Zenon quoquè Imperator auditâ suorum strage, in castellum, quod Constantinopoli cognomini erat, in editô tumulô situm, aufugerat, ingemiscensq; ob præsentium rerum calamitosum statum: Θεοῦ, inquit, παίγνιον ἄρα ὁ ἄνθρωπος, εἴγε καὶ ἐμὲ οὕτω παίζειν φιλεῖ τὸ δαιμόνιον. Hoc est:
l.1. de prov. *Nimirum Dei ludibrium est homo, quandoquidem & mihi ita illudere amat fortuna.* Sic & Synesius: Καί μοι δοκεῖ παγκάλως εἰρῆσθαι, Θεοῦ παίγνιον ἄνθρωπος εἶναι, παίζοντος ἀεὶ τοῖς πράγμασι καὶ πεττεύοντος. *Et rectè admodum homo Dei lusus mihi dictus videtur, quandam velut aleam rerum ipsius ludentis.* Ad hunc ludum allusisse videtur Plautus
Prol. Capt. Romanæ delicium Musæ:

Enimverò Di nos quasi pilas homines habent.

Et Ori-

Et Ovidius:

Ludit in humanis divina potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.

Sed hunc fortunæ lusum propiùs paulò spectare lubet: II.
Honore vix quicquam est, quod majore vel cupiditate, vel studiô ab hominibus appetatur: Vulgò enim ferè in omnium ore est: *Summum petendum, ut Medium habere possis*: Itaque omnes ad alta aspirare, eaque omni ratione ac modò affectare, humilia verò aspernari videas. Hinc Icari multi: hinc Phaëtontes multi: Undè Tales Pythagoricus: *Ecce*, inquit, *servus liber fieri cupit: Et libertatem nactus, omnia habebo, ait: Jam est: desiderat ipse servum: Habet: cur non alium? una hirundo non facit Ver. Ergò duos parat. Et jam etiam agrum. Quid deindè? Atheniensis vult fieri: tùm Magistratum appetit: tùm & regnum: (Facit enim avidos nimia felicitas: nec tàm temperatæ cupiditates sunt unquam, ut in eô, quod contigit, desinant: Gradus à magnis ad majora fit: & spes improbissimas complectuntur, insperata assecuti.) Postremò immortalis vult fieri, ut Alexander: Et esto; jam & Jupiter optet esse.*

De libidine regnandi v. Camer Hor. Subc.Cent.1 l.c.88.

Sen. 1. de Clem. 1.

Huc referendus Atheniensis ille, qui se, dum Regno Athenarum uno die potiri posset, nullū supplicii genus recusaturum dixit: passurumq; æquô animô, ut acerbissimis posteà afficeretur cruciatibus: omnisq; ipsius familia funditùs periret: Tanti scilicet emere non recusabat tyrannidis honorem. Huic Atheniensi jungo Polynicem apud Senecam Tragicum:

De hoc vide Victor. l.12. variar. lect. c.10. Muret. l.1. var. lect. c.13.

Thebaid.

——— pro regnô velim
Patriam, penates, conjugem flammis dare.
Imperia preciô quolibet constant benè.

Eadem mens fuit Agrippinæ Neronis matri, cui, cùm Mathematici quidam dicerent, filium recens natum imperaturum quidem, sed matri tamen mortem illaturum: flagrantissimâ dominandi libidine incensa respondit: *Occidat, modo imperet.* Nota etiam est Cæsaris sententia: *Si violandum est jus, regnandi gratiâ violandum est: aliis rebus pietatem colas.*

At verò quàm parva temporis intervalla homines, quos in excelso fastigio collocarant, ad extremam rursus detrudunt miseriam & calamitatem! Fidem facit præter infinitos alios Geli-

Alterna sunt vires rerum. Multos Fortuna, quos ad sublimia

evexit magno mox impetu ad ima detrusit. *Vid. Camer. T. 1. horar. c. 12. & 67. T. 2. c. 57.* *Sic Q. Ruff. 8 aliter refert, Arria. 5. & ex eo Them. Orat. 4. p. 71.* *Vid. Camer. lib. 1 Horar. c. 55. Rem. in Themist. p. 210.*

Gelimeres Vandalorum Rex, quem cùm Justinianus Cæsar catenis vinctum, unà cum uxore & Regiâ familiâ in triumpho duceret, in conspectu Imperatoris cachinnum emisisse ferunt. Quùm autem ingenti eum dolore perculsum, mente captum esse putarent, dixisse ajunt: *Fortunæ humanæ se ridere vicissitudines, ut qui modo Rex fuisset, jam serviret.* Memorabile etiam est Pori Indi exemplum, qui victus ab Alexandrô, rogatusqué, *quid victorem Alexandrũ de se statuere debere censeret? Quod hic dies suadet*, respondit. *Quò expertus es, Quàm caduca felicitas esset.* Hanc autẽ fortunæ vicissitudinem plerunqué experiuntur ii, qui propriis non contenti, aliena etiam adfectant, quô jure, quaq; injuriâ, nil pensi habentes: cùm tamen inclinante fortunæ rota, quod avidissimè devorarunt, turpissimè evomere cogantur: Tali ingeniô præditus fuit avorum memoriâ (ut alios tùm ex veteri, quàm nostri temporis historiâ præteream) infelicissima Roderici Borgiæ soboles, de quô operæ pretium duxi scitos adprimè hendecasyllabos Sanazarii ad Marium adscribere:

Cæsar Borgia, Borgia ille Cæsar,
Ille, inquam, dominæ urbis inquinator,
Cinædi patris impudica proles, &c.
Quingentas modo qui voravit urbes,
Imbutus scelere & malis rapinis, &c.
Cum vecors animi impotente morbô
Quærit plura, nec est potis misellus
Explere ingluviem periculosam,
Ecce, ecce, evomit, O Jovem facetum!
O pulcram Nemesin! ô venusta fata!
Verùm scilicet id, Marine, *verum est,*
Quod dici solet, en fides probat nunc:
Fortunam *si avidè vorare pergas,*
Eandem malè concoquas necessum est:
Ut jure evomere hunc putemus ipsum,
Qui tantum miser hausit oppidorum.
Quod quinq; assiduus voravit annis,
Scis, quot evomuit diebus? Uno.

Cæterùm

Cæterùm, egregius de fortunæ inconstantiâ locus est apud Ammian. Marcellinum, quem juvat adscribere: *Assumptus* (de Cæsare Gallo loquitur) *in amplissimum fortunæ fastigium, versabiles ejus motus expertus est, qui ludunt mortalitatem: nunc evehentes quosdam in sidera, nunc ad Cocyti profunda mergentes. Cujus rei cùm innumera sint exempla, pauca tractu summô transcurram. Hæc fortuna mutabilis & inconstans, fecit Agathoclem Siculum ex figulo Regem; Dionysium, gentium quondam terrorem, Corinthi literario ludo præfecit. Hæc Adramittenum Andriscum, in fullonia natum, ob Pseudo-Philippi nomen evexit: & Persei legitimum filium, artem ferrariam ob quærendum docuit victum. Eadem Mancinum post imperium, Numantinis summâ atrocitate, Veturium & Claudium Corsis substravit, feritati Carthaginis Regulum. Istius iniquitate Pompejus, post quæsitum Magni è rerum gestarum amplitudine cognomentum, ad spadonum libidinem in Ægypto trucidatur. Et Cunus quidam, ergastularius servus, ductavit in Sicilia fugitivos. Quàm splendido loco multi nati, eâdem rerum dominâ connivente, Viriati genua sunt amplexi vel Spartaci? Quot capita, quæ horruêre gentes, funesti carnifices absciderunt? Alter, in vincula ducitur, alter insperatæ præficitur potestati, alius à summô culmine dignitatis excutitur. Quæ omnia si scire quisquam velit, quàm varia sint & assidua, arenarum numerum idem insipiens, & montium pondera scrutari poterit.* Congruit cum his illud Ecclesiast. *Vidi servos insidentes equis, Principes autem euntes tanquam servos, super terram!* Prudentium autem qui hic prætercam:

lib. 14.

Quod regnũ est, cui non parata sit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? Nõ magnis ista intervallis divisa, sed hora momẽtum interest inter solium & aliena genua. Sen. 1. de tranq. 11. c. 10. v. 4. Peristeph. Hym. 14.

Ille supervacuis augens patrimonia fundis,
Finitimisq; inhians, contemtô limite, agellis,
Ducitur innexus manicis, & mille catenis
Ante triumphales currûs post terga revinctus,
Nec se barbaricis addictum sentit habenis.
Hic qui ventosæ scandit fastigia famæ,
Inflaturq; cavô pompæ popularis honore;
Qui summum solidumq; bonum putat, ambitionis
Crescere successu; præconum voce trementes
Examinare reos; miserorum in corpore fasces

Plato ait, neminẽ Regem non ex servis oriundũ esse, neminẽ non servum ex regibus. Sen. Epist. 44.

Frangere; terribiles legum exercere secures:
In laqueum jam colla dedit, jam compete durâ
Nectitur, & pedibus servilia vincula limat.

Peristeph. Hym. 14. in Brittann. p. 191.

Idem alibi:

Hæc ipsa vestra dignitatum culmina
Quid esse censes? Nonne cursim transeunt?
Fasces, secures, sellæ, prætexta, toga,
Lictor, Tribunal, & trecenta insignia,
Quibus tumetis, moxq; detumescitis.

Agnovit hoc etiam Canutus, Angliæ Rex, qui assentatorem quendam, omnia ad Regis vultũ & nutum converti debere asserentem, fortunæ instabilitatis memor, memorabili factô, quod ex H. Huntidonensi Cambdenus refert, ita repressit: *Sedile suum in littore maris statui jussit, cùm adscenderet: Ascendenti mari dixit: Tu meæ ditionis es, & terra, in quâ sedeo, mea est, nec fuit, qui impunè meo resisteret imperio. Impero igitur tibi, ne in terram meam ascendas, nec vestes, nec membra dominatoris tui madefacias. Mare verò de more conscendens, pedes Regis sinè reverentiâ madefecit. Ille resiliens: Sciant, inquit, omnes habitantes orbem, vanam & frivolam esse Regum potentiam, nec regis quempiam nomine dignum, præter eum, cujus nutui cœlum, terra, mare, legibus obediunt æternis, nec unquam posteà coronam capiti imposuit.* Eadem mens fuit & Senecæ Tragico:

Thyest.

Vos, quibus rector maris, atq; terræ
Jus dedit magnum necis, atq; vitæ:
Ponite inflatos, tumidosq; vultus:
Quicquid à vobis minor extimescit,
Major hoc vobis Dominus minatur,
Omne sub regno graviore regnum est.

Confer cum his, quæ elegantissimè de præsenti negotiô scribit disertissimus Hæbræorum Philo ille Platonizans, *librô, quô docet Deum esse immutabilem.* Adde Cælium Rhodigin. *lib. 9. cap. 8.*

III. *Divitiis omnes difficultates perviæ sunt, auroq; adamantinæ etiã fores perfringuntur.*

De opibus ac divitiis, quæ maximam partem fortunæ adscribuntur beneficio, quid dicam, aut non dicam? si mentis oculos parumper circumferas, tantam deprehendes divitiarum atq;

atq; inprimis pecuniæ præsentariæ esse potentiam & tyrannidem, ut nihil non impetrare possit. Aristophanes: *Pluto.*

εἰ δέ γ' ἐστὶ λαμπρὸν καὶ καλὸν,
ἢ χάριεν ἀνθρώποισι διὰ σὲ γίνεται·
ἅπαντα τοῦ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα.

Si quid præclarum aut pulchrum, aut gratum deniq;
Inter homines existit, per te maxime
Existit: nam pecuniæ obediunt omnia.

Scitè Philemon apud Stobæum: *serm. 91.*

Τὸ τῆς Ἀμαλθείας δοκεῖς εἶναι κέρας
οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς κέρας βοός;
ἀργύριόν ἐστι: τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς, λέγε
πρὸς τοῦθ' ὃ βούλει, πάντα σοι γενήσεται.
φίλοι βοηθοί, μάρτυρες, συνοικίαι.

An cornu Amaltheæ putas esse uspiam
Ut pingitur, cornu bovini imagine?
Pecunia est: solummodo hanc si possides
Quidvis eam poscas: habebis omnia.
Testes, amicos auxiliatores probos,
Junctisq; contuberniis multas domos.

Et paulò fusiùs Menander ibidem:

ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς Θεοὺς εἶναι λέγει
ἀνέμους, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, πῦρ, ἀστέρας.
ἐγὼ δ' ὑπέλαβον χρησίμους εἶναι Θεοὺς,
τὸ ἀργύριον ἡμῶν καὶ τὸ χρυσίον.
ἱδρυσάμενος ταῦτα γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν
εὔξαι τί βούλει πάντα σοι γενήσεται.
ἀγρὸς, οἰκία, θεράποντες, ἀργυρώματα,
φίλοι, δικασταὶ, μάρτυρες, μόνον δίδου
αὐτοὺς γὰρ ἕξεις τοὺς Θεοὺς ὑπηρέτας.

Tellurem, aquam, aërem, ignem, Solem & sidera
Divina Epicharmus dicit esse Numina.
Sed utiliores sunt Dii, me judice,
Argenti & auri pustulati pondera.
Namq; hæc tua si collocaveris domi

Quicquid cupis, pete: assequêris omnia:
Agros, domum, ministros, vasa argentea,
Testes, amicos, judicesq́; : da modo
Servosq́; habebis, si voles, ipsos Deos:

vers. 712. Sic & Theognis:

οὐδ' εἰ ψεύδεα μὲν ποιεῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα
    γλῶσσαν ἔχων ἀγαθὴν Νέστορος ἀντιθέου
ὠκύτερος δ' εἴησθα πόδας ταχεῶν ἁρπυιῶν
    καὶ παίδων Βορέω τῶν ἄφαρ εἰσὶ πόδες.
ἀλλά γε χρὴ πάντας γνώμην ταύτην καταθέσθαι,
    ὡς πλοῦτος πλείστην πᾶσιν ἔχει δύναμιν.

Non si falsa loqui conere, simillima veris,
    Nestoreo qualis gratia ab ore fluit,
Nec si cum Harpyis cursu contendere possis,
    Et Boreæ natos si superare queas;
Nil facies: homines rapit hæc sententia cunctos,
    Quæ censent opibus fortius esse nihil.

Undè aurum, argentumvè æqualē cum incantationibus vim obtinere, Demonax innuere volebat ap. Lucian. cujus hęc sunt: Ἀλλὰ καὶ μάγον τινὰ ἑαυτὸν εἶναι λέγοντος, καὶ ἐπῳδὰς ἔχειν ἰσχυράς, ὡς ὑπ' αὐτῶν ἅπαντας ἀναπείθειν, καὶ παρέχειν αὐτῷ, ὁπόσα βούλεται· μὴ θαύμαζε, ἔφη, καὶ γὰρ αὐτὸς ὁμότεχνός εἰμί σοι, καὶ εἰ βούλει, ἕπου πρὸς τὴν ἀρτόπωλιν καὶ ὄψει με διὰ μιᾶς ἐπῳδῆς, καὶ μικροῦ τοῦ φαρμάκου πείθοντα αὐτὴν, δοῦναί μοι τὸν ἄρτον. αἰνιττόμενος τὸ νόμισμα, ὡς τὰ ἴσα τῇ ἐπῳδῇ δυνάμενον. *Præterea quopiam magum se esse profitente, haberéq́; carmina efficacissima, quibus omnes homines impellere possit, ac persuadere, ut sibi quæcunq́; vellet, exhiberent: Ne hoc tibi mirum videatur, inquit, eandem enim tecum artem exerceo: & si placet, ad pistricē me sequere, videbisq́; me unica tantùm incantatiuncula ac modico veneficio persuasurum ipsam ut mihi panem det: subobscurè monetam innuens, æqualem cum incantationibus vim obtinentem.*

lib. 2. serm. Sat. 3. His omnibus suffragatur & Horatius:

Omnis enim res
Virtus, fama, decus, divina, humanaq́; , pulcris
Divitiis parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, justus: sapiensne? etiam: & Rex
Et quicquid volet.

Item

Item Petronius:

—— Quidvis nummis præsentibus opta:
Et veniet: clausum possidet arca Jovem.

Immò ipsomet Jove plus posse, Pluto persuadere conatur Chremylus apud Aristophanem:

----- ἔχ' ἥσυχος
ἐγὼ γὰρ ἀποδείξω σε τοῦ Διὸς πολὺ
μεῖζον δυνάμενον. *Acquiesce: nam*
[illegible]emonstrabo, quòd tu plus ipso Jove
Possis.

Hoc ipsum, hoc est, pecuniæ, ut scriptor Madaurensis loquitur, difficultates omnes esse pervias, auroq; adamantinas perfringi fores, innuit etiam nota omnibus fabula de Jove in aurum verso, & Danaën, in aulà domesticà aheneo thalamo subterraneo inclusam custoditamq;, vitiante. De qua lubet adscribere elegantes Pauli Silentiarii versus: *V. Ovid. in fin. 4. & init. 5. Metamorph. Lucian in Dial. Dor. & Thet. Confer Horat. l. 3. Od. 16.*

χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας
Ζεὺς διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους.
Φαμὶ λέγειν τὸν μῦθον ἐμὸ τάδε· χάλκεα νικᾷ,
δάπεδα καὶ δεσμοὺς χρυσὸς ὁ πανδαμάτωρ.
χρυσὸς ὅλους ῥυτῆρας, ὅλας κληῖδας ἐλέγχει,
χρυσὸς ἐπιγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.
καὶ Δανάας ἐλύγωσεν ὅδε φρένα. μή τις ἐραστὰς
λισσέσθω Παφίαν ἀργύριον παρέχων.

Aureus in cacas penetravit denique rimas,
Et Danaës duros Jupiter in thalamos.
Fabula sic inquit, me judice: ferrea claustra:
Aurum perrumpit, duraq; vincla domat.
Aurum omnes vectes infregit, & arguit artem.
Clavis, & inflexit torva supercilia.
Sic Danaë devicta fuit. Non ullus amator
Aurum cui fuerit, supplicet hinc Veneri.

Hinc venustè Aurum ab Ill. Scalig. amicus certus & omnium optimus, eò quòd illius beneficiò quidvis impetrare & assequi liceat, vocatur: *Aurũ amicus certus & optimus.*

Si commodabis, non habebis, Carole:
Si habebis; at non tam citò, non tam benè.

Si tam

Si tam citò; qui amicus erat, nunc hostis est.
Jactura tamen haud magna amici ejusmodi.
Qui amitti amicus vult, amicus non erat.
Tales amicos ergò malo amittere,
Quàm aurum, qui amicus certus omnium est optimus.

Quòd cùm ita sit:

Juvenalis Sat. 10.

Prima ferè vota, & cunctis notissima templis
Divitiæ ut crescant, ut opes, ut maxima toto
Nostra sit arca foro.

Maxima autem hominum pars tam insanâ & inextinguibili quærendarum opum siti æstuat, ut quò magis iis inebriatur, eò minùs insatiabilis illius habendi libido restinguatur. Theognis:

Ardor & inexhausta hominum habendi libido.

πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισιν·
οἳ γὰρ νῦν ἡμῶν πλεῖστον ἔχουσι βίον,
διπλάσιον σπεύδουσι. τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας;

Divitiis nullo quærendis fine quiescunt,
Mortales, sit opum copia magna licet.
Partaq; conduplicant, magnis majora petuntur, &c.

Seneca Tragicus:

Herc. Oeth.

Cupit hic gazis implere famem,
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Istri, nec tota situm
Lydia vincit: nec quæ Zephyro
Subdita tellus, stupet aurato
Flumine clarum radiare Tagum.
Nec si totus serviat Hebrus,
Ruraq; dives cingat Hydaspes,
Intraque suos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.
Avidis avidis natura parum est.

Ovidius *lib. 1. Fast.*

Vix ego Saturno quicquam regnante videbam,
Cujus non animo dulcia lucra forent.
Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi,
Vix ultra, quò jam progrediatur, habet.

Creverunt & opes & opum furiosa cupido,
Et cùm possideant plurima, plura petunt, &c.

Scitè D. Gregorius: Τοιαύτη ἡ τῶν πλουσίων νόσος, ὅρον τοῦ δεῖσθαι πλειόνων οὐκ ἔχουσι, ἀλλὰ τὸ ποθὲν ἀεὶ δίψους ποιουμένη φάρμακον. *Hujusmodi divitiarum morbus est, ut finem appetendi plura nesciant, sed sitis medicinam in perpetuò potu sitam esse arbitrentur.* in laud. Cæs.

Quid autem est si quod res est dicendum: Honores, divitiæ: omniaq; quibus impotens hominum libido pretiũ ac dignitatem facit; pari instabilitatis vanitatisq; passu ambulant. Macar. ὅλος ὁ κόσμος ὁ γήϊνος καὶ οἱ θησαυροὶ τῶν βασιλέων, καὶ ὁ πλοῦτος, καὶ ἡ δόξα καὶ οἱ τῆς σοφίας λόγοι, ἐν φαντασίᾳ εἰσὶν, μὴ ἔχοντα στερεὰν βάσιν, ἀλλὰ παρερχόμενα. H.v. *Universus terrarum orbis, & Regum thesauri, & divitiæ, & gloria. & sapientiæ disciplinæ, magnam splendoris speciẽ nonnullis præbent: cùm tamen solido fundamento non nitantur, sed citò transeant.* Chrysost. πάντα ὄναρ καὶ σκιὰ, καὶ διήγημα ψιλὸν καὶ γραφή. μᾶλλον δὲ οὐδὲ γραφή. τὴν μὲν γὰρ γραφὴν, κἂν ἐν εἰκόσιν ὁρῶμεν. νυνὶ δὲ τὰ μὲν τῆς τιμῆς καὶ τῆς τρυφῆς, καὶ τῆς περιφανείας μέχρι σκιᾶς καὶ ῥημάτων: *Omnia somnium & umbra, & narratio nuda & pictura: vel potius ne pictura quidem. Nam picturam, saltem in effigie cernimus. Honorem verò & voluptatem, & circumquaq; splendentẽ claritudinem, umbratenus & verbotenus.* Præclarè quoq; D. Basilius: ῥευστὴ ἡ φύσις τοῦ πλούτου. χειμάρρου ὀξύτερον τοὺς ἔχοντας παραρρεῖ. ἄλλοτε ἄλλους παραμείβεσθαι πέφυκεν. ὥσπερ ποταμὸς ἀφ' ὑψηλοῦ φερόμενος. ἐγγίζει μὲν τοῖς παρεστῶσι τῇ ὄχθῃ, ὁμοῦ δὲ ἥψατο καὶ εὐθὺς ἀπεχώρησεν. οὕτω καὶ ἡ τοῦ πλούτου εὐκολία ὀξυτάτην ἔχει καὶ ὀλισθηρὰν τὴν παρουσίαν ἄλλοις ἐξ ἄλλων παραμείβεσθαι πεφυκυῖα. σήμερον τοῦδε ἀγρὸς, καὶ αὔριον ἑτέρου, καὶ μετ' ὀλίγον ἄλλου. ἀπόβλεψον πρὸς τὰς ἐν τῇ πόλει οἰκίας, πόσα ἤδη ἀφ' οὗ γεγόνασιν ὀνόματα μετήλλαξαν, ἄλλοτε ἀπ' ἄλλου τῶν κεκτημένων ὀνομαζόμεναι. καὶ χρυσὸς ἀεὶ ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ ἔχοντος διαρρεῖ, ἐφ' ἕτερον μεταβαίνει, καὶ ἀπ' ἐκείνου πρὸς ἄλλον. μᾶλλον δύναιο ὕδωρ τῇ χειρὶ συλλαβὼν κατασχεῖν, ἢ πλοῦτον σεαυτῷ διηνεκῶς συντηρῆσαι. *Fluxa est divitiarum natura, torrente citiùs præterlabitur habentes, aliàs alium solet permutare. Quemadmodum fluvius, qui ab alto fertur, appropinquat quidem adstantibus ripæ, simul verò, ut contigit, statim secedit: sic etiam divitiarum promptitudo, celerrimum ac lubricum habet accessum, alios ex aliis permutare solens. Hodiè hujus est ager, cras alterius, & paulò post alius. Intuere domos in urbe, quot jam nomina, ex quo extructæ sunt, transmutarunt, aliasab aliò possessore nomen ferentes. Et aurum, semper e manibus*

Quidquid est, cui Dominus inscribitur, apud te est: tuũ non est: nihil firmũ infirmo, nihil fragili æternũ & invictum est. Sen Ep.98.

Homil. 77. sup. Matth.

Homil. in Psalm. 61. p.123 vid eundem Homil. ne reb. temp affix. finem p.221.

Rr habenti-

habentis diffluens, ad alterum transit, & ab illo ad alium. Magis possibile est, ut aquam manu comprehensam contineas, quàm ut divitias diu stabiliter conserves. Euripides:

Orest. v. 340

ὁ μέγας ὄλβος, οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς
Ἀνὰ δὲ λαῖφος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς
Τινάξας δαίμων, κατέκλυσε
Δεινῶν πόνων, ὡς πόντου
Λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασι

Magnæ opes haud stabiles sunt mortalibus
Quin fortuna eas, tanquam citæ navis
Velum concutiens, demersit & obruit
Per graves labores, veluti in ponti
Insanisq; atq; sævis fluctibus.

Elegans itidem est Amphilochius Iconii Episcopus, cujus dulcissimos Jambos adscribo:

Epist. ad Seleuc. v. 14.

Τὰ δὲ χρήματα
παίζει πλανῶντα τὴν φιλόπλουτον νόσον,
ἄλλοις [ἀπ' ἄλλων προσγελῶντα φεύγοντα
πόρνης ἀπίστου τὸν τρόπον μιμούμενα,
πολλοὺς ἐραστὰς ποικίλας μωκωμένης,
Σαίνοντα, καὶ φεύγοντα, καὶ κολλώμενα
τούτοις, ἐκείνοις· οὐδενὶ δὲ γνησίως
τὸ γὰρ βέβαιον, οὐκ ἔχει πλούτου φύσις,
λάβροις θαλάσσης κύμασιν εἰκασμένη,
κυλινδουμένοις πίπτουσιν, ἀστάτῳ φορᾷ.

Quæ pari metri genere sic reddidit Georgius Gallus:

——— Sed census & pecunia
Ludunt avara devium mentis malum,
Istis iisve sueta subblandirier,
Scorti infidelis indolem redolentia
Subsannat æstu quod procos, quamplurimos.
Fugiunt, adhærent: invident rursum favent
Modo his, modo illis: nemini sed propriè.
Natura quippe opum nihil firmi gerit,
Similis marinis undequaq; fluctibus
Salientibus, cadentibus, fluxu vagô.

His

His, si lubet, junge Senecam: *Hanc imaginem animo tuo propone, ludos facere fortunam, & in hunc mortalium cœtum, honores, divitias, gratiam excutere: quorum alia inter diripientium manus scissa sunt: alia infidâ societate divisa: alia magnô detrimentô eorum, in quos devenerant, prensa. Ex quibus quædam aliud agentibus inciderunt: Quædam quia nimis captabantur amissa; & dum avide rapiuntur, excussa sunt.* Sic idem alibi: *Maxima quæque bona sollicita sunt: nec ulli fortunæ minus benè, quàm optimæ creditur. Aliâ felicitate ad tuendam felicitatem opus est: & pro ipsis, quæ successerunt votis, vota facienda sunt. Omne enim quod fortuitò evenit, instabile est: quò altius surrexit, vergit pronius in occasum, neminem porrò casura delectant. &c.* Graviter etiam & luculenter Valerius Maximus: *Caduca nimiùm hæc, & fragilia puerilibusque consentanea crepundiis sunt, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt subitò, repentè delabuntur: nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incertissimô flatu fortunæ huc atque illuc acta, quos in sublime extulerunt, improvisô decursu destitutos, profundo gladium miserabiliter immergunt.* Ab hoc locô non aliena videntur Luciani verba, quæ adscribo: ἔνεστι δὲ καὶ φιλοσοφίαν θαυμάσαι, παραθεωροῦντα τὴν τοσαύτην ἄνοιαν, καὶ τῶν τῆς τύχης καταφρονεῖν, ὁρῶντα ὥσπερ ἐν σκηνῇ καὶ πολυπροσώπῳ δράματι. τὸν μὲν ἐξ οἰκέτου δεσπότην προϊόντα, τὸν δ' ἀντὶ πλουσίου πένητα, τὸν δὲ σατράπην ἐκ πένητος, ἢ βασιλέα· τὸν δὲ φίλον τούτου, τὸν δὲ ἐχθρὸν, τὸν δὲ φυγάδα. Τοῦτο γάρ τοι καὶ δεινότατόν ἐστιν, ὅτι καί τοι μαρτυρομένης, τῆς τύχης παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, καὶ ὁμολογούσης μηδὲν αὐτῶν εἶναι βέβαιον, ὅμως ταῦθ' ὁσημέραι βλέποντες, ὀρέγονται καὶ πλούτου, καὶ δυναστείας. καὶ μεστοὶ περιίασι πάντες, οὐ γιγνομένων ἐλπίδων. Quæ sic reddidit Micyllus: *Licet autem & Philosophiam mirari, conferendo cum illa tantam hominum amentiam atque stultitiam: bonaque ista fortunæ contemnere, ubi aspexeris: velut in quadam scena, ac multiplici, pro personarum varietate, fabula: alium quidem ex servo Dominum prodire, alium autem ex divite pauperem fieri: contra alium ex paupere satrapam, aut Regem: rursus alium amicum hujus, alium inimicum: alium etiam exulem esse. Nam hoc certè vel gravissimum est, quòd licet fortuna ipsa testetur, sese in humanis rebus ludere, fateaturque nihil illarum certum ac stabile esse, nihilominus tamen quotidiè ista aspicientes, & divitias expetunt, & potentiam: ac pleni obambulant omnes earum*

Epist.47.

De Brevit. vit.17.

l.6. c.ult.

Nigrin.

rerum spe, quarum eventus nunquam sequatur. Quis ergò non exclamet:

> *O varios hominum casus! ô, cæca futuri*
> *Pectora! quàm modò florentes, opibusq; superbos*
> *Videre evertam, prostratos vidit Apollo.*
> *O contemtibiles equites: Nunc ite, secundis*
> *Fidite mortales rebus, fortunaq; rotanti.*

Cæterùm, exemplis hoc pluribus docere velle, esset luci meridiano, quum maximè serenum est cœlum, facem accendere: Siquidem id, quod adhuc dictum:

Gunth. l. 1. v. 274.

> *Notissima res est.*
> *Quam qui fortè negat, nunquam vidisse diurnos,*
> *Se Phœbi radios, nec Verno tempore flores,*
> *Æstibus aut mediis audisse tonitrua dicat.*

IV. *Amici fortunæ comites.*

Quin hoc potiùs addendum, quòd Fortuna non contenta, bonorum, indulgentiâ suâ nobis concessorum, surreptione: Amicorum etiam, qui rebus prosperis, & ad nutum fluentibus, agminatim nos cingebant, ingentem circa nos solitudinem facit. Nam si opibus quis affluat: plerique; extremâ saltem consanguinitatis lineâ eum attingere, vel quocunq; modò in amicitiam illius sese insinuare, magnò conatu nituntur: Unde natum Menandri illud:

Dives ubiq; placet.
Vid. Erasm. Adag. ad felic. insil. pariet.

> Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς
> *Omnes propinqui sunt viris felicibus.*

Et alterum illud Euripidis:

Apud Stob. serm. 92.

> Ὡς τοῖς ἔχουσιν πάντες ἄνθρωποι φίλοι.
> *Ut nemo non amicus est habentibus?*

Hinc Chremylus apud Aristoph.

Pluto.

> Βάλλ' ἐς κόρακας. ὡς χαλεπόν ἐστιν οἱ φίλοι
> οἱ φαινόμενοι παραχρῆμ', ὅταν πράττῃ τις εὖ
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> [illegible]
> *Abi in malam rem: quàm molestum illud genus*
> *Amicorum, qui, amici existunt protenus*

Sicut

Si cui secundiores esse res vident:
Nam & lancinant me: & propè crura infringunt mihi,
Dum quisq; suam declarat benevolentiam:
Nam quis me hodiè in foro non allocutus est?
Quæ turba senum non illic me circumdedit?

E contrariò, qui, recedente fortunâ, & negante favorem pristinum, paupertate & ærumnis pressi sunt, ne ipsos quidem fratres & parentes amicos habent, quemadmodum vetus monet Adagium: πτωχοῦ φίλοι οὐδ' οἱ γεννήσαντες: *Mendico ne quidem parentes amici sunt*: Cui ὁμόψηφος Menandri etiam querela, qui verissimè: *Pauper ubiq; jacet.*

ἔργον, inquit, εὑρεῖν συγγενῆ
πένητός ἐστιν. οὐδὲ εἷς γὰρ ὁμολογεῖ
αὑτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινὸς
δεόμενον: αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ.

Magni laboris est, propinquum pauperi
Cuidam invenire. Nemo enim mortalium
Sese propinquum profitetur indigi.
Nam mox veretur, ne quid ipsum postulet.

Murετus ita reddidit: *lib. 2. var. lect. 6.*

ægrè inveneris
Cognatum egenis; Nemo enim agnoscit libens
Ad se attinere eum, opis alicujus qui indiget.
Nam mox petitum quippiam à se iri putat,

Hujus loci sunt illa Theognidéa: *v. 267.*

Γνωτή τοι πενίη, καὶ ἀλλοτρίη περ ἐοῦσα
οὔτε γ᾽ εἰς ἀγορὴν ἔρχεται οὔτε δίκας.
πάντη γ᾽ τ᾽ ἔλασσον ἔχει πάντη δ᾽ ἐπίμυκτος.
πάντη δ᾽ ἐχθρὰ ὁμῶς γίγνεται ἔνθαπερ ᾖ.

Pauper erit, quamvis procul est, tamen undiq; notus,
Huic fora clauduntur, nec datur ullus honos.
Paupertas vilis, multarumq; indiga rerum
Invisa est omni, quò venit ipsa locô.

Et post aliquam-multa: *v. 621.*

Πᾶς τις πλούσιον ἄνδρα τίει, ἀτίει δὲ πενιχρὸν
πᾶσιν δ᾽ ἀνθρώποις αὐτὸς ἔνεστι νόος.

Nummatum plebs omnis amat, contemnit egentem
Quisq; virum: mens est omnibus ista procax.

Ad hanc quoq; faciem D. Gregorius:

Πτωχὸς φίλους λέληθε πλουσίου δόμοι
λαμπροὶ δὲ αὐλαὶ πλουσίοις ἀεὶ φίλαι.

Potens amicum pauperem nescit domus
Amica semper dives aula divitis.

Totum autem hunc locum communem Menander unicò senariò inclusit:

Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.
Adversa sors, omnes amicos segregat.

Med. v. 560. Elect. v. 1131 Herc. Fur. 2. 303. Pluto. Quem feliciter passim imitatus est Euripides: Nec malè Aristophanes:

Κἀγὼ μὲν ᾤμην, ὥς τινας
εὐηργετήκη ἐνδεεῖς, ἕξειν φίλους
ὄντως βεβαίους, εἰ δεηθείην ποτέ
οἱ δ' ἐξετρέποντο, κοὐκ ἐδόκουν ὁρᾶν μ' ἔτι.

Nam ego spem firmam conceperam
Eos, quos mihi demeruissem beneficiis,
Si quando mala sors ferret, ut indigerem ego
Ipse, mihi amicos fore longe certissimos.
At illi, sicubi occurrebant in via,
Protenus in aliam deflectebant: ut suô
Aspectu ne quidem dignarentur inopem.

Sticho. Suam hic quoq; symbolam confert Romanæ Musæ delicium, Plautus:

Ut cuiq; homini res parata est, firmi amici sunt: si res labat:
Iidem amici collabascunt. Res amicos invenit.

Ovidius quoque:

1. Trist. Eleg. 4. & 8. *Dum iuvat, & vultu ridet fortuna serenò*
Indelibatas cuncta sequuntur opes:
At simul intonuit, fugiunt: nec noscitur ulli
Agminibus comitum, qui modo cinctus erat.

Eleganter Joan. Jc. Vorstardus:

Pauper amicus non est, fordet tamen omnis
Pauper, & egregio semper honore caret.
Est [illegible] re, propinquum
(Excuses [illegible]) nemo volet.

l. 2. Epist. Cui elegantiæ [illegible] facit felicissimi, & dum fata sinebant, amœnissimi ingenii Poeta Joan. Secundus:

Intu-

Intumeant Zephyris, si turgida vela secundis,
Et veniant fatis omnia læta tuis:
Mille tibi comites, & mille parabis amicos,
Affinis, Dominus, cunctisq; solus eris.
At postquam infidum mutans semel aspera vultum,
Ingruerit velis aura nociva tuis:
Tum qui jam fueras tot circumseptus amicis,
Et modo qui dominus, qui modò frater eras,
Hæc sola à cunctis infelix dicta reportas,
Quis mihi? quid tecum? proximus ipse mihi.

Qui omnes Theognidea illa antè oculos habuisse videntur: v. 115.

Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,
ἐν δὲ σπουδαίῳ πρήγματι παυρότεροι.

Quos non sperares jungit tibi mensa sodales:
Sed pietas sociis, non bona vina, carent.

Item: v. 299.

ὐδ᾽ ἐθέλει φίλος εἶναι, ἐπὴν κακὸν ἀνδρὶ γένηται,
ὐδ᾽ ἣν ἐκ γαστρὸς, Κύρνε, μιᾶς γεγόνῃ.

Fidus amicus erit, donec fortuna secunda est:
Mox fugiet, frater sit licet ille tuus.

Item: v. 697.

εὖ μὲν ἔχοντος ἐμοῦ, πολλοὶ φίλοι. ἢν δέ τι δεινὸν
ἐγκύρσῃ, παῦροι πιστὸν ἔχουσι νόον.

Non felix habui multos deceptus amicos,
Qui rursus fugiunt sorte premente gravi.

Item:

ἢ μὲν γὰρ πλουτῇς, πολλοὶ φίλοι. ἢν δὲ πένηαι
παῦροι. κοὐκεθ᾽ ὁμῶς ἀνὴρ ἀγαθός.

Non deerunt socii rebus, mihi crede, secundis:
Adversis: nullus te putat esse bonum:

Quæ cùm ita sint, longè majore fortuna clientes suos beneficiô sibi devinciret, si benigniori oculô nunquam eos respiceret, quàm quum vultum ab iisdem suum, postquam bonorum suorum vel levem illis gustum præbuit, inclementer avertit. ὐ γὰρ, inquit eleganter Divus Gregorius, τοσῦτον εὐφραίνει παρὸν τῶν τερπνῶν ὐδὲν, ὅσον ἀνιᾷ χωριζόμενον. *Nec enim res ulla jucunda, tantùm voluptatis adfert.*

Satius est, nunquam fuisse felicē, quàm felicitatis imò licet, sed tamē gradu dejici. Epist. ad Ast.

adfert, cùm adest: quantum mœroris cùm abscedit. Cui adfine illud Philosophi Tragici:

Eurip. Iphig. in Taur. v. 1121.

Τὸ μετ' εὐτυχίας
κακοῦσθαι θνατοῖς βαρὺς αἰών.
Post res secundas infortunium
Vitam duram facit hominibus.

Et hoc ejusdem:

Troad. v. 634.

ὁ δ' εὐτυχήσας εἰς τὸ δυστυχὲς πεσὼν
ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.
Qui verò fuit beatus & in miserias cadit,
Animo vagans cruciatur, propter priorem felicitatem.

In 2. Prosa 4. Ad eandem faciem Boethius: *In adversitate fortunæ infelicissimum genus est infortunii, fuisse felicem.* Undè graviter dictum à sapiente Romano: *Tolerabilius est faciliusque bona non acquirere, quàm acquisita amittere: ideoque lætiores videbis, quos fortuna nunquam respexit, quàm quos deseruit. Adde,* ut ibidem ait Boethius, *quod felicissimi cujusque delicatissimus sensus est: & nisi ad nutum cuncta suppetant, omnis adversitatis insolens, minimis quibusque prosternitur.* Verè proinde Scaliger:

lib. de Tranquill. 8.

lib. 3. Ep. 5.

Tanta est hodierna frequens annona malorum
Ut pars sit opum maxima jam, nihil habere.
Ne amittere plus doleas, quàm non habuisse.

V. Satis nunc multa de Fortunæ (quæ in tota ratione mortalium sola utramq; paginam facit) in levitate constantia: Videamus jam & aliud ejusdem ἦθος, priore longè detestabilius. Hic autem præcipuum sibi locum vendicat summa ejusdem Iniquitas, cùm quasi præcipuè conflictantur, quibus de meliore lutô finxit præcordia Titan, quos tu fortunæ favore potius, quàm odiô dignos esse censeas: cùm interim homines πονηροῦ κόμματος, ac malæ mentis, sæpè etiam omnium postremissimi ac nequissimi, illius benignitate prolixissimè fruantur, omniaq; illis ex animi fluant votô ac sententia: Expertus est hanc fortunæ iniquitatem Chremylus, apud Aristoph.

Pluto.
Cæcũ & perversum fortunæ judiciũ.

Ἐγὼ θεοσεβὴς καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ
κακῶς ἔπραττον, καὶ πένης ἦν.

Ego

Ego cùm vir essem justus, integer & pius:
Hactenus in egestate & summâ penuriâ
Ætatem egi, inopem ac miseram.

Et rursus:

Ὡς μὲν γὰρ νῦν ἡμῖν ὁ βίος τοῖς ἀνθρώποις διάκειται
τίς αὖ οὐχ ἡγοῖτ' εἶναι μανίαν, κακοδαιμονίαν τ' ἐν μάλιστα;
πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων ὄντες πλουτοῦσι πονηροὶ,
Ἀδίκως αὐτὰ ξυλλεξάμενοι. πολλοὶ δ' ὄντες πάνυ χρηστοὶ,
πράττουσι κακῶς, καὶ πεινῶσι---

Etenim si hominum vitam, ut nunc est, quis secum expenderit:
an non (bit
Quandam insaniam, & ut dicam veriùs, extremam reputa-
Esse miseriam? Nam hodiè bona pars hominum prava &
scelerata
Divitiis per fas atq; nefas corrasis, affatim abundat:
Multi autem justi & probi inopiâ atq; fame pressi, malè vitam
Peragunt, &c.

Sic idem alibi:

Ἐπεὶ σὺ διὰ τὸ σωφρονεῖν, ποῦ πώποτ' εἶδες ἤδη *in Nubibus.*
Ἀγαθόν τι γενόμενον, φράσον· καί μ' ἐξέλεγξον εἰπών.
Nam cui tu unquam boni aliquid vidisti in vita obvenire
Quòd sobrius & frugi fuisset? dic & me refuta.

Hinc Sophoclis apud Stobæum querela:

Δεινόν γε τοὺς μὲν δυσσεβεῖς κακῶν τ' ἄπο *Serm. 104.*
Βλαστόντας, εἶτα τοὺς δὲ μὲν πράσσειν καλῶς: *Vide s. Lucia.*
Τοὺς δ' ὄντας ἐσθλοὺς ἔκ τε γενναίων ἅμα *in Jove Tra-*
γεγῶτας, εἶτα δυστυχεῖς πεφυκέναι. *gœdo, & con-*
οὐ χρῆν τάδ' οὕτω δαίμονας θνητῶν πέρι *futato.*
πράσσειν. ἐχρῆν γὰρ τοὺς μὲν εὐσεβεῖς βροτῶν
ἔχειν τι κέρδος ἐμφανὲς θεῶν πάρα.
Τοὺς δ' ὄντας ἀδίκους, τήνδε τὴν ἐναντίαν
δίκην κακῶν τιμωρὸν ἐμφανῆ τίνειν
κ' οὐδεὶς ἂν οὕτως εὐτύχει κακὸς γεγώς.
Ecquis in humanis neget intolerabile rebus?
Ecce in hominum vitiis immersam & sanguine Cretam
Impuro, rerum cursu carere secundo?

Affligi contrà fortes de fortibus ortos
Atq; bonis? Non hæc ratio sat justa Deorum,
Non hoc judicium dici, sed culpa meretur
Nempe bonis æquum fuerat condigna decoris
Præmia conferre meritis; & pendere pœnas,
Qui meriti pœnas. Hæc certa est regula juris:
Sic præciditur multis etiam ansa querelis.

Ad eandem prorsus faciem Theognis:

v. 739. ταῦτ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς φίλα. νῦν δ' ὁ μὲν ἔρδων
ἐκφεύγει, τὸ κακὸν δ' ἄλλος ἔπειτα φέρει.
καὶ τοῦτ', ἀθανάτων βασιλεῦ, πῶς ἐστι δίκαιον,
ἔργων ὅστις ἀνὴρ ἐκτὸς ἐὼν ἀδίκων
μή τιν' ὑπερβασίην κατέχων, μηθ' ὅρκον ἀλιτρὸν,
ἀλλὰ δίκαιος ἐών, μὴ τὰ δίκαια πάθῃ;
τίς δή κεν βροτὸς ἄλλος ὁρῶν πρὸς τοῦτον, ἔπειτα
ἅζοιτ' ἀθανάτους, καὶ τίνα θυμὸν ἔχων;
ὁππότ' ἀνὴρ ἄδικος καὶ ἀτάσθαλος, οὔτε τευ ἀνδρὸς,
οὔτε τευ ἀθανάτων μῆνιν ἀλευόμενος,
ὑβρίζει πλούτῳ κεκορημένος· οἱ δὲ δίκαιοι
τρύχονται, χαλεπῇ τειρόμενοι πενίῃ;

Atq; adeò hæc superis placeant: nihilominus ille
Improbus effugit, pœna relicta bono.
Summe Deûm rector, vindictam quis putet esse
Justam, quæ meritò non premit ipsa virum?
Nullâ fraude nocens, nec qui juranda fefellit,
Fert, utcunq; sit is justus, iniqua tamen.
Quis tamen sit, si fortunas inspexerit hujus,
Demens, qui superos extimuisse volet?
Impius hic, animoq; carens, æqualia jura
Spernit, & huic superûm non timor ullus adest.
Divitiis satur hic multos injuriis urget,
Paupertas justos deprimit arcta viros.

Nec absimilis est Plauti sententia:

Mil. Gl. A. 3 Sc. 1. *—— Ita me Dii Deaq; ament, æquum fuit*
Deos paravisse, uno exemplo ne omnes vitam viverent:
Sicuti merci precium statui, pro virtute ut veneat:

Quæ

Quæ improba est, pro mercis vitio Dominum pretio pauperet.
Itidem divos dispertisse vitam humanam æquum fuit.
Qui lepide ingeniatus esset, vitam longinquam darent:
Qui improbi essent & scelesti, iis adimerent animam citò.
Si hoc paravissent, homines essent minus multi mali
Et minus audacter scelesta facerent facta: & postea
Qui probi homines essent, esset his annona vilior.

Haudquaquam enim perpetuæ veritatis est illud Euripidis: VI. *Hecubâ v. 902.*

πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε
ἰδίᾳ θ' ἑκάστῳ, καὶ πόλει, τὸν μὲν κακὸν
κακόν τι πάσχειν. τὸν δὲ χρηστὸν, εὐτυχεῖν.

Omnibus enim est commune hoc,
Et peculiariter unicuique, & urbi, malum quidem
Malum aliquid pati: bonum verò feliciter agere.

Cui adfine est hoc Aristophanis: *Plutô.*

φανερὸν μὲν ἔγωγ' οἶμαι γνῶναι τοῦτ' εἶναι πᾶσιν ὁμοίως
τοὺς χρηστοὺς τῶν ἀνθρώπων εὖ πράττειν, ἔστι δίκαιον:
τοὺς δὲ πονηροὺς καὶ τοὺς ἀθέους, τούτων τ' ἀναντία δήπου.

Principiò hoc omnibus ex æquò puto perspicuum & manifestum,
Quòd fas sit & æquum frugi homines rebus gaudere secundis,
Pravos ex adverso & sceleratos fortunâ premi iniquâ.

Sed quemadmodum, cùm belli ardore sævitur, meliores potiùs occumbunt, Sophocle attestante: *Optimaquæque rapit duri inclementia Martis. Philoct.*

πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἑκὼν
αἱρεῖ πονηρὸν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί.

Hoc est:

Bellum nullum perimit virum malum volens: sed semper bonos.

Cui concinit Euripides:

φιλεῖ τοι πόλεμος οὐ πάντ' εὐτυχεῖν
ἐσθλῶν δὲ χαίρει πτώμασιν νεανιῶν,
κακοὺς δὲ μισεῖ.

Bellum ex omni parte faventem solet habere fortunam,
Gaudetque strenuorum cadaveribus juvenum, ignavos verò odit.

 Cujus

Cujus commatis Pindarica hæc sententia:

ἔστι δ' ἀφάνεια τύχας,
καὶ μαρναμένων
πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι,
καὶ κρείσσον' ἀνδρῶν χειρόνων
ἔσφαλε τέχνα καταμάρψαισα.

Est autem obscuritas quædam fortunæ & pugnantium, priusquam ad finem perventum fuerit. Quæ bonum etiam virum arte & fraude, à deterioribus circumventum prosterni facit. Undè efficitur Anacreontis distichon:

Καρτερὸς ἐν πολέμοις Τιμόκριτος οὗ τόδε σῆμα
lib. 3. Epigr. Græc. *Ἄρης δ' οὐκ ἀγαθῶν φείδεται ἀλλὰ κακῶν.*
Fortis erat bello Timocritus, hic jacet ergò
Fortibus haud parcit Mars ferè, sed timidis.

Quemadmodum, inquam, cum belli ardore sævitur, meliores potiùs occumbunt: Ita fortuna contumacissimum quemqué & fortissimum aggreditur, adversus quem vim suam intendat, tantô quandoqué furore & impetu, ut usurpare possit illud Poëtæ:

Ut trudit undas unda fluctus fluctui
Buchan. in Jephte. *Cedit sequenti: pellitur dies die:*
Semper premuntur præterita novis malis:
Dolor dolori, luctui est luctus comes.

Quod expressum videtur ex illo Æschyli:

κακῶν τὸ πλῆθος, πέλαγος ὡς ἐπέρχεται
suppl. v. 478 *ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον.*
Agmen malorum huc irruit, instar fluminis,
Damni Pelagus profundum, haud navigabile.

Ad quam planè faciem Euripides:

Κακῶν δὲ ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ
τοσοῦτον ὥστε μή ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν.
Hippol. *Tantum malorum pelagus aspicio miser,*
Unde enatandi nulla spes alluceat.

Hinc multos ex bonis, fortunæ iniquitate adeò divexari
Senec. Herc. Fur. videas, ut hoc assiduè illis sit in votis:

O Magne Olympi rector, & mundi arbiter,
Jam statue tandem gravibus ærumnis modum

Finemq́;

Finemq; cladi: nulla lux unquam mihi
Secura fulsit, finis alterius mali
Gradus est futuri.

Hujus loci est Epigramma Græcum Palladæ: *l. 1. Anthol.*

Οὐ λόγον οὐ νόμον οἶδε τύχη. μερόπων δὲ τυραννεῖ
τοῖς ἰδίοις ἀλόγως ῥεύμασι συρομένη·
μᾶλλον τοῖς ἀδίκοισι ῥέπει, μισεῖ δὲ δικαίους:
ὡς ἐπιδεικνυμένη τὴν ἄλογον δύναμιν.

Judiciô Fortuna carens, mortalibus ægris
Imperat, ac variè qualibet una regit.
Quin etiam est inimica bonis, ac semper iniquos
Promovet, imperium damnat & ipsa suum.

Optimè autem Virgilius fortunæ, cùm inconstantiam, tùm iniquitatem sic descripsit:

Fortuna omnipotens insipientibus,
Tantum juris atrox, quæ tibi vendicas,
Eversisq; bonos, eligis improbos,
Nec servare potes muneribus fidem:
Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos, cladibus afficit;
Justos illa viros pauperie gravat,
Indignos eadem delitiis beat.
Hæc aufert juvenes, & retinet senes,
Injustô arbitriô tempora dividens.
Quod dignis adimit, transit ad impios,
Nec discrimen habet, rectaq; judicat,
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica,
Nec quos clarificat, perpetuò fovet!
Nec quos deseruit, perpetuô premit.

Insuper, ne qua Bonorum calamitati miseria desit: reperias etiam, qui depositô omni humanitatis sensu, jacentibus insultare, & afflictis addere afflictionem, pro nectare habeant & ambrosiâ. Verè enim Theoctistus apud Stob. εὖ παθοῦσι τοῖς φίλοις οἱ πολλοὶ ἥδονται. δυστυχοῦσι δὲ γινομένοις ὀλίγοι συμπάσχουσιν, καὶ τὸ κακὸν παρηγοροῦσι. *Amicis cùm benè est, multi cum illis gaudere solent; at nubila si tempora fue-*

Procax est natura multorum, in alienis miseriis. Plin.

In Alphabet. Gnom. lit. E.

fuerint, & calamitas aliqua ingruerit, pauci condolent: plures malum malis pro solatiô accudere satagunt.

VII. Quod si omninò ex Bonis quispiam (quorum exiguum reperias numerum) constantiore paulò fortunâ utatur, honore perenni floreat, vulgi favore in altum tollatur, divitiis affluat, cuncta illi ex animi votô ac sententiâ cedant: huic vix ac ne vix quidem virium satis erit, queis se à lividis invidorum morsibus defendat. πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει, inquit Sophocles: *Invidia adversus eum, cujus res valdè bonæ sunt, tendit.* Pindarus:

Homines quantâcunque felicitatē habeant, semper tamē invidiā sentiunt majorem.

Ajace.

Pyth. 7.

νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ
χαίρω τι, τὸ δ' ἄχνυμαι
φθόνον ἀμειβόμενον
τὰ καλὰ ἔργα.

Ob recentem quidē felicitatem gaudeo, verùm & quadantenus doleo; reputans invidiam, quæ permutare rerū prosperum successum consuevit. Item:

ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον.

Pyth. 11.

Non modicâ invidentiâ divitiæ & felicitas macerantur.

Nec contenta humiliorum insectatione livida hæc Dea, in altiora etiam virulentiæ suæ malignitatem effundit. Omnium enim temporū historiæ testantur, præstantissimos quosq; viros, quò altiori in virtutis gradu fuerint collocati, eò magis invidorum malevolentiæ fuisse expositos: Ea enim livoris natura est, ut velut ignis ardua & alta semper petat:

VIII. *Invidia proficientiū testis est.*

Cal. Aur.

V. Causab. in Theoc. c. 1.

Summa petit livor, perflant altissima venti.

Hinc scitè Verinus:

Quò magis est abies procera, evertitur Euris;
Culmina, non valles, fulmina torta petunt.
Quò major civis, major solet esse ruina,
Magnaq; livorem gloria sæpè parit.

Eadem quoq; Pindari sententia est:

Nem. 8.

ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖσιν
ἅπτεται δ' ἐσλῶν ἀεί,
χειρόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει.

Enimverò sermones lividis obsonium sunt, & livor perpetuò bonos impetit, neq; unquam cum pejoribus conserit manus. Sic idem:

ἐχθρὰ δ' ἄρα πάρφασις ἦν
καὶ πάλαι, αἱμύλων μύθων ὁμόφοιτος, δολοφραδὴς κακοποιὸν ὄνειδος.

ἃ τὸ

ἃ τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται,
τῶν δ' ἀφάντων κῦδος ἀντείνει σαθρόν. *Ergò & apud priscos invisa per blandos sermones deceptio fuit, undè malũ derivari solet struens, technas maleficũ q; opprobriũ: quæ quod lucidũ est, violat, inconspicuarũ v. rerũ, marcidã curã extollit.* Plutarch eleganter in hanc rem: *lib de invid. & od.*
καθάπερ αἱ κανθαρίδες ἐμφύονται μάλιστα τῷ ἀκμάζοντι σίτῳ, καὶ τοῖς εὐθαλοῦσι ῥόδοις: οὕτως ὁ φθόνος ἅπτεται μάλιστα τῶν χρηστῶν καὶ αὐξανομένων πρὸς ἀρετὴν καὶ δόξαν ἤθους καὶ προσώπου. *Sicut Cantharides maximè adultis jam frugibus & rosis florentibus incumbunt: ita invidia maximè adoritur bonos, & ad virtutem proficientes atq; gloriam.* Quem locum antè oculos habuisse videtur Stigelius Poëta elegantissimus: *l. 3. Eleg. 9.*

Scilicet hoc turpis gaudere calumnia lusu
Ex erebo invidiâ nata parente solet:
Ardescens odiô pulchræ virtutis & irâ
Laude viros dignos, labe notare solet.
Sordida sic pulchras insidere floribus audet,
Quæ variô campe terga colore gerit.
Non nisi læta pigræ rodunt frumenta cicadæ;
Involat in nitidas sordida vespa rosas.

Facit huc illud Senecæ: *Invidia perniciosum optimis telum, inopinantes securosq; dejecit, procellæ more, quæ in ipsâ sereni fiduciâ solet emergere; aut fulminis subiti, ad cujus ictum etiam vicina tremuerunt:* *Epist. 74.* Dictis tandem calculum suum adjicit Silius Italicus:

O dirum exitium mortalibus, ô nihil unquam *l. 13.*
Crescere, nec magnas patiens exsurgere laudes
Invidia.

IX. *Ita res hominis comparata sunt, ut quidvis potius esse malit quàm homo.*

Quæ cùm ita se habeant, cùm, inquam, fortuna in rebus humanis, partim inconstantiâ mirâ, partim iniquitate summâ, dominium gerat, non defuerunt ex antiquis, qui hominem omnium animaliũ infelicissimũ existimarunt, & quidvis potiùs extra unum hominem fieri, longè eligibiliùs arbitrati fuerunt. In cujus rei fidem lubet adscribere Menandri versus apud Stob. *serm. 104.*

εἴ τις προσελθών μοι θεὸς λέγῃ, Κράτων
ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ:
ἔσῃ δ' ὅ τι ἂν βούλῃ, κύων, πρόβατον, τράγος
Ἄνθρωπος, ἵππος; διςβιῶναι γάρ σε δεῖ:
εἱμαρμένον τοῦτ' ἐστίν. ὅ τι βούλει δ' ἑλοῦ.
ἅπαντα μᾶλλον εὐθὺς εἰπεῖν ἂν δοκῶ;

ποιεῖ

ποιεῖ με, πλὴν ἄνθρωπον: ἀδίκως εὐτυχεῖ
κακῶς τε πράττει τοῦτο τὸ ζῶον μόνον.
ὁ κράτιστος ἵππος ἐπιμελεστέραν ἔχει
ἑτέρου θεραπείαν· ἀγαθὸς ἂν γένῃ κύων,
ἐντιμότερος εἶ τοῦ κακοῦ κυνὸς πολύ·
ἀλεκτρυὼν γενναῖος ἐν ἑτέρᾳ τροφῇ
ἐστίν: ὁ δ' ἀγεννὴς καὶ δέδιε τὸν κρείττονα.
Ἄνθρωπος ἐὰν ᾖ χρηστός, εὐγενής, σφόδρα
γενναῖος, οὐδὲν ὄφελος ἐν τῷ νῦν γένει,
πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερος
ὁ συκοφάντης: ὁ κακοήθης τρίτα λέγει.
Ὄνον γενέσθαι κρεῖττον, ἢ τοὺς χείρονας
ὁρᾶν ἑαυτοῦ ζῶντας ἐπιφανεστέρους.

Quæ hunc faciunt sensum.

Jupiter è cœlo Princeps si me ipse Deorum
Sic compellaret: moriendum lege tibi esse
Fatali nosti: atq; id fiet, munere nostro:
Ad vitam vero regressum spondeo certum,
Arbitriiq; tui facio, qua deniq; forma
Vivere complaceat: dic: Num canis, hircus, ovis vé
Aut equus esse optes, hominis vé resumere formam?
Elige quod malis: super is sententia fixa est,
In vitam ut redeas. Responsum hoc ille referret:
Si sit id in fatis: age vivam, sed veneror te,
Extra hominem quidvis potiùs sim: solus enim ille
Indignè est felix, miser undiquaq; animantum.
Adspice equum meliore notâ, meliore alimentô
Pascitur, abjectum vix degener accipit servum.
Observat major generosum cura catellum,
Sternitur infectius scabie, gallumq; ferocem
Participem inferior metuit melioris avena.
Soli homini probitas, virtus, atq; indoles alta,
Nil seclo hoc prodest, sed quod queror, officit illi.
Primas palpo tenet, delator ab hocce secundas,
Tertius est, fraudum qui scit contexere tela.

Heu

Heu Asinum fieri præstat, quàm cernere tales
Esse locô meliore; bonos doctosq; famere.

Fortean horsum etiam collineavit Illustris Scaliger hisce Jambis:

Novo modo natura abortivum genus
Hominum, conceptum sordidum primordiis
Infamibusq; auspiciis in lucem editum.
Ex asse malorum fecit hæredem sibi,
Fidei committens ea Fortunæ perfidæ
Tum ne quid his obmurmuraret sic, quasi
Inofficiosum testamentum illud foret,
Umbellæ sapientiolæ aspersit sextulam.
Quod tantum abest, ut condiat cætera mala,
Ut hæc ministra sit ministrorum caput,
Quo te præsidium sentias premi malis.
Nam cæterum noverca quod finxit pecus,
Fecit sui plenum, extra conquirens nihil
Saturum, pronum, supinum juxta se frui:
Quanquam alius moriens, sibi vivens homo
Alius vivus misere, misere moritur sibi.

CAPUT XVI.

Cur Fortuna 1. in solâ levitate constantiam servet? Quâ ratione 2. animus contra illius injurias præparandus, muniendusque? Fortunæ 3. bona, bona non esse. Vilissimis etiam 4. & omnium extremissimis contingere. Superbiam 5. Honoris esse pedissequam. Rebus prosperis 6. animum non efferendum. Divitias 7. multorum esse malorum causas. Earundem 8. verum modum, Naturæ legibus circumscriptam αὐτάρκειαν. Animi 9. bona, omnibus præstare bonis.

VErùm enimverò, mirumne cuiquam videatur, id, quod à fortunæ est manu, ejus etiam naturam & ingenium I.

 imita-

imitari? Illius autem indolem ita descripsit Pacuvius apud Ciceronem:

2. Rhetor. ad Herenn.

Fortunam insanam esse & cæcam,
Et brutam perhibent Philosophi,
Saxoq; instare globoso prædicant volubili,
Ideò quò saxum impulerit, eò cadere fortunam autumant,
Cæcam ob eam rem iterant: quia nihil cernat, quò sese applicet.
Insanam autem ajunt: quia atrox, incerta, instabilisq; sit.
Bruta: quia dignum atq; indignum nequeat internoscere.

Nihil stabile à fortunâ datum est, ejus omnia fluūt aurâ mobilius, nescit enim quiescere, gaudet lætitiæ tristitiam substituere, & utraque miscere. Sen.

Et hinc omnia ista, in quæ fortuna dominium exercet, sua sunt: sicut pecuniæ, honores: imbecilla sunt, fluida: mortalia sunt, & passiones incertæ. Quâ de re D. Gregorium audire lubet, *Orat. ad Cives Nazianz. p. 129.* οὐδὲν ἀκίνητον οὐδὲ ὁμαλὸν οὐδ' αὔταρκες, οὐδ' εἰς τέλος ὅμοιον, οὔτε τὸ εὐθυμεῖν, οὔτε τὸ ἀθυμεῖν, οὐ πλοῦτος, οὐ πενία, οὐ δυνάμεις, οὐκ ἀσθένεια, οὐ ταπεινότης, οὐ δυναστεία, οὐ τὸ παρὸν, οὐ τὸ μέλλον, οὐ τὸ ἡμέτερον, οὐ τὸ ἀλλότριον, οὐ μικρὸν, οὐ μεῖζον, οὐχ ὅτι ἂν εἴποι τις. καὶ τοῦτο ἴσον ἡ ἀνισότης ἔχει, τὴν περὶ πάντα μεταβολήν. περιχωρεῖ γὰρ τὰ πάντα ῥᾳδίως καὶ μεταχωρεῖ, καὶ ἀντικαθίσταται· ὡς αὔραις εἶναι μᾶλλον πιστεύειν, καὶ γράμμασι τοῖς καθ' ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ. *Nihil motus expers est, nihil planum & æquabile & in finem usq; sibi constans, non læti & tranquilli animi affectio, non ægritudo, non opes, non egestas, non vires, non infirmitas, non humilis & dejecta vitæ conditio, non principatum, non præsens, non futurus rerū status, non nostra, non aliena, non parva, non magna, nec deniq; quidquid dicere quisquam possit. Atq; æquale hoc unū habet ipsa inæqualitas, quod in omnibus rebus hujusmodi vicissitudo reperitur. Omnia quippe facili quodam circuitu feruntur atq; recedunt, sibiq; invicem adversantur: ut ventis tutius aut lineis in aquâ descriptis fides haberi posse videatur, quàm hominum felicitati.* Sic idem in Epistola quadam ad Sophronium: ὁρᾷς οἷα τὰ ἡμέτερα καὶ ὅπως κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων περιτρέχει πραγμάτων, νῦν μὲν τῶν, νῦν δὲ τῶν ἀνθούντων, καὶ ἀπανθούντων. καὶ οὔτε τὸ εὐπραγεῖν ἑστῶτος ἡμῖν, οὔτε τὸ δυστυχεῖν, ὃ δὴ λέγουσι, ἀλλὰ τάχιστα μετακινούμενα καὶ μεταπίπτοντα. ὡς αὔραις εἶναι μᾶλλον πιστεύειν καὶ γράμμασι τοῖς καθ' ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ. *Vides, quales res nostræ sint, & quomodo res humanæ velut in orbē convolvantur, ac nunc floreant, nunc marcescant, eamq; rationem habeant, ut nec felicitas, nec fortunæ adversitas, ut dici solet, fixa stabilisq; nobis permaneant, verùm celerrimè utraq; commutetur ac dilabatur: adeò ut ventis citiùs fidere possimus, aut literis in aqua scriptis, quàm hominum felicitati.*

Hujus

Quatuor vicissitudines & inconstantia rerũ humanarum causæ.

V.Cal. Rhodig. l. 9. lect. antiq. c.18.

Hujus .a. vicissitudinis & inconstantiæ rerum humanarum quatuor potissimùm causę ab humanæ sapientiæ consultis adferuntur, Divina, Cœlestis, Naturalis, Humana. *Quippe divinâ providentiâ ita sancitũ* (Cælii verba sunt) *fugacia hic esse & haberi omnia, ne in tendiculam dilapsi teneamur obretiti, ac divinorũ prorsus obliviscamur, ad qua nascimur, & modò non desipiamus, ducimur, provocamurq; per momenta.* ἵνα, inquit sanctissimus Pater, τὸ ἐν τούτοις ἄστατον καὶ ἀνώμαλον γνωρίζοντες, μᾶλλον τι προστρέχωμεν τῷ θεῷ, καὶ τῷ μέλλοντι, *ut harum rerum inconstantiã inæquabilitatemq; perspicientes, contentiore cursu ad Deum & futura properemus.* Hoc ipsum alibi etiam his verbis inculcat: καὶ τοῦτο ἐστὶ δόγμα θεοῦ παλαιὸν καὶ πάγιον σκότος εἶναι ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, πρὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ τῶν ἡμετέρων κεχυμένον. καὶ τὰ πολλὰ μὴ καθορᾶσθαι τῆς αὐτοῦ διοικήσεως πλὴν ὅσον ἐν ἀμυδροῖς αἰνίγμασι καὶ φαντάσμασιν. εἴτε τὸν τῦφον ἡμῶν συστέλλοντες ἵν' εἰδῶμεν τὸ μηδὲν ὄντες πρὸς τὴν ἀληθινὴν σοφίαν καὶ πρώτην. ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν νεύωμεν μόνον, καὶ ζητῶμεν ἀεὶ ταῖς ἐκεῖθεν αὐγαῖς ἀναστράπτεσθαι, εἴτε διὰ τῆς ἀνωμαλίας τῶν ὁρωμένων καὶ περιτρεπομένων μετάγοντες ἡμᾶς ἐπὶ τὰ ἑστῶτα καὶ μένοντα. *Atq; hoc antiquum fixumq; Dei decretum est, ipsius latibulũ esse tenebras ob oculos nostros suffusas, permultaq; in ipsius gubernatione hanc rationem habere, ut à nobis nisi in ænigmatis & imaginationib. pervideri nequeant: sive hac ratione fastum nostrum & arrogantiam coërcere velit, ut intelligamus, quòd nihil simus, si cum prima illa veraq; sapientia conferamur, eamq; ob rem ex illo uno pendeamus, in eo nostra omnia posita esse censeamus, semperq; radiis illis collustrari quæramus: Sive per earum rerum quæ oculis cernuntur inconstantiam & conversionem, ad ea, quæ certa & æterna sunt, avocare.* Et ad eandem faciem: Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν καὶ διὰ τοῦτο δοκεῖ μηδὲν τῶν ἐνταῦθα ἀγαθῶν εἶναι πιστὸν τοῖς ἀνθρώποις, μηδὲ πολυχρόνιον, ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τοῦτο καλῶς τῷ τεχνίτῃ λόγῳ, καὶ τῇ πάντα νοῦν ὑπερεχούσῃ σοφίᾳ μεμηχανῆσθαι παίζεσθαι ἡμᾶς ἐν τοῖς ὁρωμένοις, ἄλλοτε ἄλλως μεταβαλλομένοις καὶ μεταβάλλουσι, καὶ ἄνω καὶ κάτω φερομένοις τε καὶ περιτρεπομένοις, καὶ πρὶν ληφθῆναι, ἀπιοῦσι καὶ φεύγουσιν. ἵνα τὸ ἐν τούτοις ἄστατον καὶ ἀνώμαλον γνωρίσαντες, πρὸς τὸ μέλλον μεθορμησώμεθα. *Ac mihi hæc quoq; causa esse videtur, cur nullum hujusce vitæ bonum mortalibus certum sit ac diuturnum, atq; hoc, ut si quid aliud sapienter & egregiè ab artifice verbo & sapientia illa mentem omnem superante factum esse, ut nos in his rebus, quæ aspectu sentiuntur, aliaque aliter mutant atq; mutantur, ac sursum deorsumque jactantur atq; volvuntur, ac priusquam manu teneantur, fugâ se proripiunt, eludamur: nimirum ut eorum incertitudinem varietatemque perspicientes ad futuræ*

Orat. ad Cives Nazian. p.129.

Rerum humanarũ levitas & inconstãtia cœlestium bonorum desiderium & amorem in nobis accendere debet.

Orat. de paup. amore.

vitæ portum contendamus. Huc spectat pium ejusdem consilium: Τὸ πᾶν ἄκουε, τὸν Θεὸν φοβοῦ· ἐνταῦθα τῆς ἀπορίας ἵσταται, καὶ τοῦτο μόνον τῆς ἐνταῦθα ζωῆς τὸ κέρδος, ὁδηγηθῆναι διὰ ταραχῆς τῶν ὁρωμένων καὶ σαλευομένων, ἐπὶ τὰ ἑστῶτα καὶ μὴ κινούμενα. *Omnia unô verbô audi, Deum time (hîc enim omni perplexitati finem imponit) atq; ex hac vita hoc duntaxat commodi cape, ut per earum rerum, quæ sub oculorum aspectum cadunt, perpetuoq; motu agitantur, confusionem, ad res fixas stabilesq; ducaris.* Saluberrimo huic consilio simile est, ita ut ex eo effictum videatur, Epigramma Billianum, quod adscribo:

Orat. in laudem Cæsaris p. 50.

l. 3. Anthol. S. 87.

Ancipitis vitæ qui vis superare labores,
Dilige, quod semper verus amator habet.
Instant terrenis infesta pericula rebus,
Fervent pro damnis prælia, proq; lucris,
Et nihil est inter carnalia vota quietum,
Nec pax sollicitis, nec modus est cupidis.
In solo est mens tuta Deo, quem linquere nolens
Nunquam erit æterno non opulenta bono.

Cælestis, porrò, dispensatio (pergit Cælius, alteram inconstantiæ caussam adferens) *sic divinô nutu dirigitur ac contemperatur, ut perpeti ac irrequietô corporum illorum motu & vertigine inenarrabili, quùm primum ad summum vel altitudinis, vel directionis pervenerint Planetæ, mox retrò abeant: Porrò ab sextili aspectu, vel trino, quos salutares arbitrantur, in quadratum, vel oppositum, qui habentur noxii, relabantur. Deindè, ipsius naturæ nutu ita Elementis ordo injungitur, dum præ rapido globorum cœlestium circumaguntur incessu, ut quùm calor aut frigus, siccitas vel humecta vis, ad summum naturæ suæ provecta fuerint, nec progredi altiùs, nec consistere omninò vel minimum permittantur: quia intenta qualitas remittitur, ac laxata resilit mox. Quam quidem relabendi vicissitudinem præcelerem, consequuntur & corporum nostrorum humores ac temperaturæ. Quod scienter ab Hippocrate significatum, ubi summam corporis valetudinem judicari fallacissimam pronunciavit.*

II. Utut autem mores & ingenium fortunæ mutare in nobis non sit: in nostrâ tamen situm est manu, assiduâ naturæ illius consideratione cavere, ne quicquam illi in nos juris sit, hoc est, ne vel levitate suâ nos offendat, vel inconstantiâ à virtutis & constantiæ gradu dejiciat. Quemadmodum enim plurimum refert,

In ipsa securitate anim' ad difficilia se præparet, & contra injurias fortu-

refert, in armorum congressu contorta in nos adversariorum tela prospicere (facilè enim ea vel declinatione corporis, vel clypei objectu depellimus) ita etiam ad vitanda fortunæ tela, quæ in nos quotidiè jaculatur, plurimùm refert, si ea prius mente concipiamus, & paratis antè animis excipiamus. Præcogitati enim mali, mollis ictus venit. Seneca: *Sapientes viri me jusserunt stare assiduè velut in præsidio positum, & omnes conatus fortunæ, & omnes impetus prospicere multò antè quàm incurrant. Illis gravis est, quibus est repentina: facile eam sustinet, qui semper expectat. Nam & hostium adventus eos prosternit, quos inopinatè occupavit. At qui futuro se bello, antè bellum paraverunt, compositi & aptati, primum, qui tumultuosissimus est, ictum, facile excipiunt.* Sic idem alibi: *Vos tanquam aliquis vobis æternam possessionem divitiarum promiserit, assuescitis illis & cohæretis: sapiens tunc maximè paupertatem meditatur, cum in mediis divitiis consistit. Nunquam Imperator ita paci credit, ut non se præparet bello: quod, etiamsi non geritur, indictum est.* Et rursus: *Quidquid fieri potest, quasi futurum prospiciendo, malorum omnium impetum sapiens molliet. Qui ad præparatos exspectantesque nihil afferent novi: securis, & beata tantùm spectantibus, graves eveniunt. In tantâ rerum sursum ac deorsum euntium versatione, si non quidquid fieri potest, pro futuro habes, das in te vires rebus adversis: quas infregit, quisquis prior vidit.* Sapienter & præclarè Heliodorus, *lib. 2. Æth. 24.* Τὰ δὲ ἐκ μοιρῶν ἄτρεπτα ὄντα προϊδεῖν μὲν δυνατὸν, ἐκφυγεῖν δὲ οὐκ ἐφικτόν. κέρδος δὲ ὡς ἐν τοῖς τοιούτοις ἡ πρόγνωσις, ἀμβλύνουσα τοῦ δεινοῦ τὸ φλεγμαῖνον. συμφορᾶς γὰρ, τὸ μὲν ἀπροσδόκητον, ἀφόρητον· τὸ δὲ προεγνωσμένον, ὑπόφορον. τὸ μὲν γὰρ ἡ διάνοια φόβῳ προληφθεῖσα κατέπληξε· τὸ δὲ ἡ συνήθεια τοῦ λογισμοῦ διῄτησε. *Fatorum decreta immutabilia providere quis potest, effugere verò non potest. Lucrum verò ut in talibus rebus prospicientia est, obtundens adversorum casuum aciem & ardorem. Calamitates enim quæ inopinatò adveniunt, sunt intolerabiles: at prævisæ, æquiore animo perferuntur. Illas enim animus metu occupatus reformidat, & ægrè fert: has autem consuetudo rationi familiares reddit.* Et alibi: *lib. 6. cap. 5.* ἔχει δέ τι φιλάνθρωπον ὀξεῖα δυστυχημάτων δήλωσις, τὴν ὁμόσε χώρησιν πρὸς τὸ δεινὸν τῇ ψυχῇ καὶ ταχεῖαν ἀπάλγησιν προξενιάζουσα. *Cum humanitate quadam conjunctum est, festinum adversæ fortunæ indicium, ut quod animum ad resistendum magnitudini mali præparet, & satietatem doloris citò afferat.* Socrates

ne, inter beneficia firmetur. Sen. Epist. 18.

Consol. ad Helv. 5.

De vit. beata 26.

De Tranquill. 11.

in hunc ſenſum pręclarè: ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες, καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα. οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίᾳ φρονοῦντες, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἑτοιμάζουσι βοηθήματα. *Sicut ii, qui in tranquillo & ſereno navigant, parata etiam inſtrumenta habent, quæ in tempeſtate ſunt uſui: ſic qui in bona fortuna ſapiunt, contra adverſam conſilia expediunt.* Inculcare hoc etiam voluit Æſopus Apologô de Apro & Vulpe, quem Gabriel Faërnus ſic expreſſit:

Dentes retuſos arbore exacuens aper
Satagebat: atq; hunc fortè præteriens viâ
Vulpes rogavit, cur ſine ulla prælii
Neceſſitate acuere dentes tenderet?
Non abs re ego, inquit ille, ſic facio, ô bona:
Nam cùm ingruit periculum, & adverſarius
Ad ſanguinis vitæq; diſcrimen vocat,
Haud ſanè acuere tum vacat dentes mihi.
Itaq; otii & ſecuritatis tempore,
Arma adparo ſtringenda, cùm uſus venerit.

Subjungitur tandem hæc ἐπιμύθιον:

Paratus animo contra iniqua caſuum
Aut vincet illa, aut fortius certè feret.

l. 6. Æneid. Et hinc Virgilius Æneæ ſuo, quem omnis virtutis exemplar eſſe voluit, ut cæteras laudes, ita hanc quoq; tribuit, cùm eum his verbis de ſe utentem fecit:

Non ulla laborum
O virgo mi facies inopinavé ſurgit,
Omnia præcepi, atq; animo mecum antè peregi.

l. 5. variar. lect. 12. Quod Mureto ex Æſchylo deſumptum videtur, apud quem Prometheus ita loquitur:

καὶ τοι τί φημι; πάντα προὐξεπίσταμαι
σκεθρῶς τὰ μέλλοντ', οὐδέ μοι ποταίνιον
πῆμ' οὐδὲν ἥξει.

Hoc eſt:

Sed quid hæc dico? Omnia prævideo
Accuratè quæ ſunt futura: nec mihi improviſum
Malum nullum eveniet.

Pror-

Prorsus ad hanc mentem Theagenes apud Heliodorum: *l.7.c.21.* εἰ πάσχειν τι δέοι, φέρειν τὰ προσπίπτοντα ἤδη με πολλάκις ἥ τε τύχη καὶ ἡ γνώμη παρεσκεύασε. *Si pati aliquid oportuerit, ad ferenda ea, quæ accidunt, sæpius jam me & fortuna, & animi constitutio præparavit.* Etenim: *J.Scalig.*

Prudens futuri & imminens periculis
Momenta lubrica & volubiles vices
Fortunæ inanis pertinere ad se negat:
Et omne, quò plebs semper amissò dolet,
Id commodatum credit, & precarium:
Suamquè reddit rem reposcenti Deo,
Nil tergiversans: Qui potestatem sui
Non fecit ullis casibus, casus potest
Ridere tutò. Sunt enim discrimina
Animis ad omne præparatis irrita.
Securitati sæva quod fieri potest,
Spera futurum. Nil repentinum ingruet,
Si, quidquid aliàs posse, nunc fieri putes.
Adversa rerum, nil mali expectantibus,
Novitate, quàm vi sæpius nocent suâ,
Sese instruenti ad cuncta, si non omnia
Ut voluit, ast ut cogitavit, accidunt.

III. His ampliùs adde, quòd in fortunæ bonis, quæ plerique omnes votis omnibus expetunt, sapientum animô, nihil veri boni insit, sed inania, & speciosô ac decepturô fucô circumlita inveniuntur, intra se nihil habentia fronti suæ simile. Id quod clarum facere promtum ac in proclivi. Nihil esse felicius illis, quos ad regni gubernacula fortuna evexit, vulgò persuasum esse, suprà dictum est. Sed si rem ad veritatis trutinam accuratiùs expendas, vanissimam esse illorum persuasionem liquidè deprehendes. Etenim:

Ut quibusdã quum foris in foro, aut in curia conspicui sint ac splendidi, domi morosa uxor contristat omnem domum: sic regno ac divitiis adjunt multa occulta mala.

Sustinet innumeros fulgens diadema labores,
Maximo & Imperio, maxima cura subest,
Si scires quanti plenum diadema pericli est,
Malles Sisyphii ponderis esse reus.

Hoc *Plutarch.*

Cic. 5. Tusc. Hor. l. 3. Od. Macrob. l. 1. c. 20.

Hoc ut Dionysius Damocli (qui Rege unquam beatiorem quemquam fuisse negabat) testaretur; collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo magnificis operibus picto, abacosq; complures ornavit argento auroque cælatô. Tum ad mensam eximiâ formâ pueros delectos jussit consistere, eosq; nutum illius intuenteis diligenter ministrare. Aderant unguenta, coronæ, incendebanturque odores: mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur: in hoc mediô apparatu, fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores aspiciebat, nec plenum artis argentum: nec manum porrigebat in mensam: Jam ipse defluebant coronæ: denique exoravit Tyrannum, ut abire liceret, quòd jam beatus nollet esse: Quô factô declarare volebat Dionysius, nihil ei esse beatum, cui semper aliquis terror impendeat. Idem agit Euripides:

Jon. v. 621.

Τυραννίδος δὲ τῆς μάτην αἰνουμένης
τὸ μὲν πρόσωπον ἡδύ, τἀν δόμοισι δὲ
λυπηρά· τίς γὰρ μακάριος, τίς εὐτυχής,
ὅστις δεδοικὼς, καὶ παραβλέπων βίαν
αἰῶνα τείνει; δημότης δ' ἂν εὐτυχὴς
ζῆν ἂν θέλοιμι μᾶλλον, ἢ τύραννος ὤν.

Regni autem, rei multis laudata perperam,
Facies quidem amœna, sed intra se tristia
Condit. Quis enim beatus, quis fœlix,
Qui semper metuit, vitamq; suspectam habens
Ævum exigit? privatus ego potius velim
Vivere beatus, quàm Rex esse.

Idem sedit Oedipo apud Senecam Tragicum:

Quisquam ne regno gaudet? ô fallax bonum:
Quantum malorum fronte quàm blandâ tegis,
Ut alta ventos semper excipiunt juga,
Rupemq; saxis vasta dirimentem freta
Quamvis quieti verberant fluctus maris:
Imperia sic excelsa fortuna objacent.

Et Aga-

Et Agamemnoni apud eundem: *Troad.*

Ego esse quicquam sceptra, nisi vanô putem
Fulgore tectum nomen? & falsò comam
Vinclô decentem? casus hæc rapiet brevis.

Graphicè etiam Regum ac Principum curas ac sollicitudines describit idem Seneca: *Agamemn.*

O Regnorum magnis fallax
Fortuna bonis, in præcipiti,
Dubioq; nimis excelsa locas.
Nunquam placidam sceptra quietem
Certumvé sui tenuere diem
Alia ex aliis cura fatigat,
Vexatq; animos nova tempestas,
Non sic Libycis sirtibus æquor
Furit alternos volvere fluctus,
Non Euxini turget ab imis
Commota vadis unda nivali
Vicina polo: ubi cæruleis
Immunis aquis, lucida versat
Plaustra Bootes:
Ut præcipites regum casus
Fortuna rotat: metui cupiunt
Metuiq; timent: non nox illis
Alma recessus præbet tutos:
Non curarum somnus domitor
Pectora solvit.

Atqué hinc Lucianus non minùs appositè quàm festivè, Reges similes esse ait prægrandibus illis colossis, qui foris multo nitebant ebore, multo fulgebant auro, variisq; coloribus arridebant. Prætereà Jovis aut Neptuni repræsentabant imaginem, fulmen aut tridentem dextrà tenentes, ut planè numen aliquod esse viderentur: cùm intus nihil appareret præter picē, araneas, & id genus sordes. Sed ipsum juvat Gallum cum herô suô Micyllô sutore confabulantem, eiq; Regii status conditionem, cùm & ipse aliquando, μετεμψυχώσεως beneficiô, Rex fuisset, exponentem, audire: Ἐγὼ δὲ inquit, εἰδὼς ὁπόσα με ἠνία, καὶ ἔστρεφεν, ἐκείνοις

Gallô.
Reges prægrandib colossis, aut deorum imaginibus scitè conferuntur

V u μὲν τῆς

μὲν τῆς ἀγνοίας συνεγίγνωσκον, ἐμαυτὸν δὲ ἠλέουν, ὅμοιον ὄντα τοῖς μεγάλοις ἐκείνοις Κολοσσοῖς, οἷος ἢ Φειδίας ἢ Μύρων ἢ Πραξιτέλης ἐποίησεν. ἐκείνων γὰρ ἕκαστος τὰ ἐκτὸς, ὁ μὲν Ποσειδῶν, ἢ Ζεύς ἐστι πάγκαλος, χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνειργασμένος, κεραυνὸν ἢ ἀστραπὴν, ἢ τρίαιναν ἔχων τῇ δεξιᾷ· ἢν δὲ ὑποκύψας ἴδῃς τὰ ἔνδοθεν, ὄψει μοχλούς τινας, καὶ γόμφους, καὶ ἥλους διαμπὰξ πεπερονημένους, καὶ κορμοὺς καὶ σφῆνας, καὶ πίτταν ὑπόπηλον, καὶ τοιαύτην τινὰ πολλὴν ἀμορφίαν ὑποικουροῦσαν. ἐῶ λέγειν μυῶν πλῆθος ἢ μυγαλῶν, ἐμπολιτευομένων αὐτοῖς ἐνίοτε. τοιοῦτόν τι καὶ βασιλεία ἐστίν. Μι. οὐδέπω ἔφησθα τὸν πηλὸν καὶ τοὺς γόμφους καὶ μοχλοὺς, οἵτινες εἶεν τῆς ἀρχῆς, οὐδὲ τὴν ἀμορφίαν ἐκείνην τὴν πολλὴν, ἥτις ἐστίν· ὡς τό γε ἐξελαύνειν ἀποβλεπόμενον, καὶ τοσούτων ἄρχοντα, καὶ προσκυνούμενον δαιμονίως, ἔοικεν οὕτως Κολοσσιαίῳ παραδείγματι· θεσπέσιον γάρ τι καὶ τοῦτο. σὺ δὲ καὶ τὰ ἔνδον ἤδη τοῦ Κολοσσοῦ λέγε. Αλ. τί πρῶτον, εἴπω σοι, ὦ Μίκυλλε, τοὺς φόβους, καὶ τὰ δείματα, καὶ ὑποψίας, καὶ μῖσος τὸ παρὰ τῶν συνόντων, καὶ ἐπιβουλάς, καὶ διὰ ταῦτα, ὕπνον δὲ ὀλίγον, ἐπιπόλαιον κἀκεῖνον, καὶ ταραχῆς μεστὰ ὀνείρατα, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους, καὶ ἐλπίδας ἀεὶ πονηράς, ἢ τὴν ἀσχολίαν, καὶ χρηματισμούς, καὶ δίκας ἐκστρατείας, καὶ προστάγματα, καὶ συνθήματα, καὶ λογισμούς; ὑφ' ὧν οὐδὲ ὄναρ ἀπολαῦσαί τινος ἡδέος ἐγγίγνεται, ἀλλὰ ἀνάγκη, ὑπὲρ ἁπάντων μόνον διασκοπεῖν, καὶ μυρία ἔχειν πράγματα, & quæ ibidem ſequuntur plura. Hoc eſt, Eraſmo interprete: *Ego inter hæc mihi conſcius, quanta me res diſcrutiarent, verſarentque: illos quidem propter inſcitiam venia dignos judicabam, at mei ipſius miſereſcebat, qui prægrandibus illis Coloſſis viderer perſimilis, quales vel Phidias, vel Myron, vel Praxiteles fabricatus eſt. Etenim illorum quisq;, quò ad ea, quæ foris apparent, Neptunus ipſe eſt, aut Jupiter, mirificè decorus, aurô eboreq; compactus: & aut fulmen, aut fulgur, aut tridentem fuſcinam dextra ſuſtinet: Cæterùm, ſi immiſſò capite, quæ ſunt intus, inſpicias, videbis vectes quoſdam, paxillos, & clavos introrſum prominentes, neq; non vimina, cuneoſq;, & picem ſublitam, & aliam item id genus deformitatem intrinſecus inhabitantem. Omitto recenſere muſcarum muſtelarumq; vim, quæ nonnunquam in eis manſitant. Hujuſmodi quædam res nimirum regnum quoq; videtur. MI. nondum explicuiſti lutum & clavos, & vectes, quinam fuerint in imperiô, neque fœditatem illam plurimam, quænam ſit: nam iſtam ad modum vectari, tàm multis imperare mortalibus, ac numinis inſtar adorari, hactenus quidem cum Coloſſi exemplo quadrat. Siquidem hoc quoq; divinum quiddam & admirandum. Nunc autem quæ ſunt intra Coloſſum, exponito. GA. Quid primô locô tibi referam, Micylle? utrum metus, curas mordaces*

daces, suspiciones, odium quô Regem prosequuntur ii, qui cum illo vivunt, insidias, atq; eas ob res somnium rarum & hunc ipsum perteunem, ac plena tumultus insomnia, cogitationes perplexas, spes semper improbas: an ocii penuriam, & occupationes, judicia, expeditiones, edicta, fœdera, consultationes? quibus rebus fit, ut ne per somnium quidem aliquâ re suavi frui liceat, verùm ut omnibus de rebus solus dispiciat necesse est, millequé negotia sustineat. Eandem incudem idem & alibi ferit: Charonte.

ἢν γοῦν τοὺς βασιλέας ἴδῃς αὐτῶν, οἵπερ εὐδαιμονέστατοι εἶναι δοκοῦσιν, ἔξω τοῦ ἀβεβαίου, καὶ ὡς φῄς, ἀμφιβόλου τῆς τύχης, πλείω τῶν ἡδέων τὰ ἀνιαρὰ εὑρήσεις προσόντα αὐτοῖς, φόβους καὶ ταραχὰς, καὶ μίση, καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ ὀργὰς, καὶ κολακείας· τούτοις γὰρ ἅπαντες ξύνεισιν. ἐῶ πένθη καὶ νόσους, καὶ πάθη, ἐξ ἰσοτιμίας δηλαδὴ ἄρχοντα αὐτῶν. ὅπου δὲ τὰ τούτων πονηρὰ, λογίζεσθαι καιρὸς οἷα τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἂν εἴη.

Quin etiam, si ipsorum Reges, quos vel omnium felicissimos esse apparet, introspiciat quispiam diligenter: nimirùm præterquam quòd instabili & ancipiti fortunæ ludò jactantur, invenerit illis inhærere tristia multò plura jucundis: tot timoribus, tot turbis, tot odiis, tot insidiis, tot iris tot adulationibus miseri illi involvuntur. Prætermitto & luctus, & morbos, tùm & affectus, qui ex æquo tùm vulgo & his dominantur, usq; adeò, ut non minoris fuerit & temporis & negocii, horum hîc recensere mala, quàm & privatorum. Ad splendidam hanc miseriam allusisse etiam videtur Romanus sapiens, cùm ait: *Mangones, quidquid est quod displiceat, aliquô lenocinió abscondunt. Itaq; ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt: sive crus alligatum, sive brachium adspiceres, nudari juberes, & ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythiæ Sarmatiæ vé Regem, insigni capitis decorum? si vis illũ æstimare, totumq; scire qualis sit, fasciam* (i.e. diadema insigne regni) *solve, multum mali sub illâ latet.* Quo cùm concordat Regis cuispiam dictum ad mulierculam admirantem: *O mulier, hunc pannum humi jacentẽ non tollas, si scias, quantũ mali sub eo lateat.* Et alterius cujusdam, cùm amplius Diadema expendisset: *O nobilem potius, quàm felicem pannum.* Quod cùm ita sit, non mirum Demosthenem dixisse, referente Plutarcho: Sen. Ep. 80. id est. diadema insigne regni. Cal. Rhodig. l. 4. c. 25.

ὡς εἰ δυοῖν προκειμένων ὁδοῖν ἀπ' ἀρχῆς, τῆς μὲν ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ τὴν ἐκκλησίαν, τῆς δ' ἄντικρυς εἰς τὸν ὄλεθρον, ἐτύγχανε δὲ προειδὼς τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν κακὰ, φόβους καὶ φθόνους, καὶ διαβολὰς, καὶ ἀγῶνας, ἐπὶ ταύτην ἂν ὁρμῆσαι τὴν εὐθὺ τοῦ θανάτου τείνουσαν.

Si duabus propositis ab initio viis, una quæ ad suggestum & concionem duceret, altera rectà ad perniciem; impendentia autem in Republicâ mala

providisset, terrores, invidias, calumnias, concertationes: in eam sese, quæ ad præsentem ferret pestem, præcipitaturum fuisse.

IV. Porrò, quis sanæ mentis Bonorum titulô illa dignaretur, ad quorum consecutionem vilissimis etiam & contemptissimis aditus patet, vel etiam per ludum ac jocum iisdem potiri contingit? Semiramis prodeat, ἀοίδιμον illud γύναιον, quæ vafrâ imprimis & astutâ ratione ad regnum, ex humili & abjectâ conditione, pervenisse dicitur. Memoriæ enim proditũ est, *eam initiô Vernæ cujusdam regii ancillam ac concubinam fuisse. In quam cùm aliquando incidisset Rex Ninus, formâ ipsius & lepôre captus, amare cœpit. Obsecuta Regi mulier, ita eũ sibi paulatim stupri consuetudine adstrinxit, ut nihil esset tantum, quod aut à Rege petere non auderet Semiramis, aut petenti Rex auderet negare: Ergò cum aliquando injecisset in sermone, quiddam se valde cupere, Rexq; eam, quidquid illud tandem esset, apertè ac liberè proferre jussisset: Cuperem, inquit, hoc mihi à te tribui, ut unum modò diem sedere mihi liceret in soliô tuô, & jus dicere: utq; omnes totô illô die, quemadmodum tibi faciunt, ita mihi obtemperarent. Risit Rex, & quod petebatur, concessit. Nec mora: Edicitur, ut certô quodam die omnes Semiramidi dictô audientes sint: Ita Regi placere, eam illô die regiô Imperio ac potestate præesse omnibus. Ubi ille advenit dies, mulier regiô cultu in soliô adsedit. Fit concursus maximus. Illa de principio experiendi caussâ, quædam haud magni momenti imperat, ubi seriò omnes sibi omnibus in rebus parêre videt, jubet satellitibus ac stipatoribus corporis Regii, ut Regem ipsum comprehendant: comprehenditur; ut vinciant, vincitur: ut interficiant, interficitur. Ita imperium ex diurnô diuturnum efficitur.*

Nullo modo magis potest Deus concupita traducere, quàm si illa ad turpissimos defert, ab optimis abigit.

en. V. Mur. l. 6. var. lect. 17.

Permultos etiam joculariter & levi negociô ad summas dignitates & regna effectos fuisse, ex historiis notum est. Unius & alterius hic meminisse sufficiat. De Regilliano narrat Trebellius Pollio, *cùm Ducatum in Illyrico gereret, milites quosdam secum in cœna haberet, adstitit Valerianus Tribunus, qui diceret: Regilliani nomen undè credimus dictum? Alius continuò: Credimus, quòd à Regno: tùm is, qui aderat, Scholasticus, cepit quasi grammaticaliter declinare, Rex, regis, regi, Regillianus: Milites, ut est hominum genus pronum ad ea, quæ cogitant, dixerunt: Ergò potest Rex esse? Item alius: Ergò potest nos regere: itemq; alius: Deus tibi Regis nomen imposuit. Quid multa? his dictis,*

V. Piccartũ Dec. 5. obs. c 7.

cùm

cùm aliâ die manè processisset, à Principibus Imperator est salutatus. Non absimili levitate militari Proculus ad Imperium evectus est: *Nam*, ut scribit Vopiscus, *ludô & jocô eò pervenit. Quum enim in quodam conviviô ad latrunculos luderetur, atq; ipse decies Imperator exiisset, quidam non ignobilis scurra, Ave, inquit, Auguste, allatâq; lanâ purpureâ, humeris ejus junxit, eumq; adoravit. Timor indè consciorum, atq; indè jam exercitus tentatio & Imperii.*

Sic opes quoq; & divitiæ sæpè contemptissimo cuiq; contingere ac turpissimo possunt, adeò, ut sic pecunia in quosdam, quemadmodum denarius in cloacam cadat, Fidem faciunt Chelidon, unus ex Cleopatræ mollibus, qui patrimonium grande possedit: & Natalis, tàm improbæ linguæ, quàm impuræ, in cujus ore fœminæ purgabantur, qui & multorum heres fuit, & multos habuit heredes, quod de utrisq; Seneca memoriæ tradidit. Undè Aristophanes: *Adi Kobierc. de Lux. Roman. l. 1. c. 2.* *Epist. 87.* *Pluto.*

Ὡς μὲν γὰρ νῦν ἡμῖν ὁ βίος τοῖς ἀνθρώποις διάκειται
Τίς ἂν οὐχ ἡγοῖτ' εἶναι μανίαν κακοδαιμονίαν τ' ἔτι μᾶλλον;
Πολλοὶ γὰρ μὲν τῶν ἀνθρώπων ὄντες πλουτοῦσι πονηροὶ
Ἀδίκως αὐτὰ ξυλλεξάμενοι.

Etenim si hominum vitam, ut nunc est, quis secum expenderit: annon
Quandam insaniam, & ut dicam veriùs, extremam reputabit,
Esse miseriam? Nam hodiè bona pars hominum prava & scelerata.
Divitiis per fas atq; nefas corrasis, affatim abundat.

Hujus loci videntur esse elegantissimi D. Gregorii versus, quos hîc adscribere precium operæ: *in carm. Nicobu. Tiliad. Patr.*

Τίς χάρις ἢν σὺ πίθηκον ἔχῃς, βροτοειδέα λώβην
χρυσείοισι βρόχοισι δέρην περιγυρωθέντα;
οὐ γὰρ κόσμος ἄμειψε γελοίιον εἶδος ἐλαφρόν
Τίς δὲ χάρις καύθωνι φέρειν χρυσοῖο τάλαντα;
Καύθων καὶ πολύχρυσος ἐὼν ἐγκείμενον ἀείδει.
οὐδὲ χάρις μολίβοιο πυρουμένα φάσγανα κεύθειν
ἀργυρέοις κολεοῖσι, τὰ μὴ πολέμοισιν ὄνειαρ
τοῖος γὰρ βροτός ἐστιν, ὅτ' ἔκτοθε μοῦνον ἀερθῇ.

Quæ solutô sermone sic reddit Billius: *Quæ tandem hæc tibi voluptas erit, si simiam, animal quidem homini simile, cæterùm turpe ac fœdum habeas, quamlibet alioquin aureis funibus redimitam? Nec enim tantùm ei afferre potest hic ornatus, ut ridiculam, levitatisq; plenam ipsius formam immutet. Quid gratiæ asino indè accedit, quòd maximum auri pondus ferat? Asinus quippè non ideò rudere, atq; ingratissimum sonum edere desinit, qui multiplici aurô exornetur. Quid deniq; attinet, plumbeos enses, quorum nullus in bello usus est, argenteis vaginis condere, atq; occultare? Nec enim his dissimilis est, qui externis duntaxat bonis effertur ac gloriatur.*

V.

Superbia bonorum pedissequa.

Ampliùs, si illa demùm Bona censeri debent, quæ petentes & possessores suos meliores reddunt: Fortuita ne nomine quidē Bonorū digna erunt. Animos enim inflant, superbiam pariunt, ad mala multa cupiditates nostras irritant, & ad omnem nequitiam stimulos addunt. Quotus enim quisq; est (lubet enim his nonnihil immorari) qui ex locô humili ad honores & dignitates evectus, non animum etiam efferat, adeò, ut præ fastu & insolenitâ, ex vulgi verbô, vix pedes suos norit. Pedissequa enim plerunq; novi honoris est arrogantia. Nulliq; faciliùs efferuntur, quàm quos inopinati honoris culmen extollit. Egregiè Latin. Pac. Derep. *Cum indiscreta feliciū pedissequa sit superbia, vix cuiquam contigit, & abundare fortunâ, & indigere arrogantiâ.* Et mox: *Denique ipsum illū Tarquiniū execratione postremâ hoc damnaverunt maledictô, & hominem libidine præcipitem, avaritiâ cæcum, immanem crudelitate, furore vecordem, vocaverunt superbū, & putaverunt sufficere convicium.* οὔτως, inquit scitè Plutarchus, οὔτε σώματος φαύλου ἐστὶ πολὺν ἄκρατον ἐνεγκεῖν, οὔτε διανοίας τῆς τυχούσης, ἐν εὐτυχήμασι μεγάλοις μὴ ἐκστῆναι τοῦ λογισμοῦ. *Adeò non est neq; cujusvis corporis multum vini ferre, neq; vulgaris animi in magnis successibus exire de potestate.* Ad quam etiam mentem Joh. Salisb. *Difficillimum est, ut gradus honoris tumorem non pariat in animo imprudentis.* Claudianus:

Salvi. Ep. 2. & 14. Zeno Veronens. ser. de Psal 130.

Panegyr. ad Theodos. Imper. V. Sava, in Sidon l. 4. Ep 14. Gruter. part. 2. Discurs. in Tacit. p. 18. & seqq Rittershus ad d. Salvian. & in Gunt. l. 1. v. 299.

in Lucull.

l. 4. Policr. 7.

in Paneg. Theodos.

Paneg. 2. Stilicon.

Nec quæ comitatur honores
Ausa tuum lenire tentare superbia mentem.

Idem: *nec prospera flatus*
Attollunt nimios, quin ipsa superbia longè
Discessit, vitium rebus solenne secundis.

Eodem

Eodem respexit Agathias: *L. 1. Anthol. tit. εἰς τύχην*

> Ἄν τις ἐκ πενίης πλούτου τύχοι, ἢ καὶ ἀρχῆς
> οὐκ ἔτι γινώσκει τίς γένετο πρότερον.
> *Imperium pauper si quis sit adeptus, opesque;*
> *Qua fuit, haut meminit, conditione prius.*

Venit hîc mihi in mentem Simon quidam apud Lucianum, cui ater panis, ut est in proverbiô, ex jure hesternô non suppetebat. Cùm autē mortuo consobrino suo, amplam & splendidam adiisset hæreditatem, animô adeò efferebatur, ut vicino ὁμοτέχνῳ, amico insuper & benefactori prius suo, salutem, quam ipsi precatus fuerat, reddere non sustinuerit. Sed hanc seu historiam, seu fabulam, unà cum ejusdē occasione, ab ipsomet Luciano audire juvat: ἄπι, inquit Micyllus ad Gallum confabulatorem suum, Τί ἂν σοι τὸ ἐπὶ τούτῳ τῷ λέγοιμι, ὅσας μὲν χρείας παρέχεται ὁ χρυσός, ὡς δὲ οἷς ἂν παρῇ, καλούς τε αὐτοὺς, καὶ σοφοὺς, καὶ ἰσχυροὺς ἀπεργάζεται, τιμὴν καὶ δόξαν συνάπτων, καὶ ἐξ ἀφανῶν καὶ ἀδόξων ἐνίοτε περιβλέπτους καὶ ἀοιδίμους ἐν βραχεῖ τίθησι; τὸν γείτονα γοῦν μοι τὸν Σίμωνα, οὐ πρὸ πολλοῦ δειπνήσαντα παρ' ἐμοὶ, ὅτε τὸ ἔτνος ἧψον τοῖς Κρονίοις, δύο τόμους τοῦ ἀλλάντος ἐμβαλών; Αλ. οἶδα, τὸν σιμὸν τὸν βραχὺν, ὃς τὸ κεραμεοῦν τρύβλιον ὑφελόμενος, ᾤχετο ὑπὸ μάλης ἔχων, μετὰ τὸ δεῖπνον, ὃ μόνον ὑμῖν ὑπῆρχεν· εἶδον γὰρ αὐτὸς, ὦ Μίκυλλε. Μι. οὐκοῦν ἐκεῖνος αὐτὸ κλέψας, εἶτα ἐπωμόσατο θεοὺς τοσούτους; ἀλλὰ τί οὐκ ἐμήνυες, καὶ ἐβόας τότε, ὦ ἀλεκτρυὼν, ληϊζομένους ἡμᾶς ὁρῶν; Αλ. ἐκόκκυζον, ὃ μόνον μοι τότε δυνατὸν ἦν. τί δ' οὖν Σίμων; ἐῴκεις γάρ τι περὶ αὐτοῦ ἐρεῖν. Μι. ἀνεψιὸς ἦν αὐτῷ, πλούσιος ἐς ὑπερβολὴν Δριμύλος τοὔνομα. οὗτος ζῶν μὲν οὐδὲ ὀβολὸν ἔδωκε τῷ Σίμωνι· πῶς γὰρ ὡς οὐδὲ αὐτὸς ἥπτετο τῶν χρημάτων; ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε πρῴην, ἅπαντα ἐκεῖνα, κατὰ τοὺς νόμους, Σίμων ὁ τὰ ῥάκια τὰ πιναρὰ, ὁ τὸ τρύβλιον περιλείχων ἄσμενος ἐξελαύνει, ἁλουργῆ καὶ ὑσγινοβαφῆ ἀμπεχόμενος, οἰκέτας καὶ ζεύγη, καὶ χρυσᾶ ἐκπώματα, καὶ ἐλεφαντόποδας τραπέζας ἔχων, ὑφ' ἁπάντων προσκυνούμενος, οὐδὲ προσβλέπων ἔτι ἡμᾶς ἔναγχος γοῦν ἐγὼ μὲν ἰδὼν προσιόντα· χαῖρε, ἔφην, ὦ Σίμων. ὁ δὲ ἀγανακτήσας, εἴπατε, ἔφη, τῷ πτωχῷ, μὴ κατασμικρύνειν μου τοὔνομα. οὐ γὰρ Σίμων, ἀλλὰ Σιμωνίδης ὀνομάζομαι. *Jam verò quid tibi commemorem, quàm multos usus præbeat aurum? & ut eos, quibus adfuerit, formosos & sapientes & potentes reddat, decus & gloriam illis concilians? utquè nonnunquam ex obscuris & infamibus claros ac celebres repentè efficiat? Nam nosti vicinum mihi & ejusdem artificii Simonem, qui paucis antè diebus, apud me cœ-*

me cœnarit, quum legumen conquerem Saturnalibus, duasque extorum casuras immitterem. GA. Novi Simonem illum brevem: qui fictilem ollulam, quæ nobis erat unica, suffuratus, peractâ cœnâ abiit sub alâ gestans. Nam ipse vidi Micylle. MI. Atqui quum eam sustulerit, tam multos ille Deos postea jurabat. Sed cur non prodebas, ac vociferabâre tùm, ô Galle, quum nos furto spoliari conspiceres? GA. Coccyzabam, quod mihi solum licebat id temporis. Verùm quid Simon ille? Nam videbare de illo dicturus nescio quid. MI. Et consobrinus erat vir suprà modum dives, nomine Drimylus. Is quoad vivebat, ne obulum quidem donaverat Simoni. Nam qui daret, quum ne ipse quidem pecunias attingeret? A. simulatq; mortuus est nuper universis illis opibus juxta leges Simon ille, qui coria putria, qui patellam circumligebat, gaudens, purpura ostroque circumtectus: famulosque & currus, & aurea pocula, & mensas eburnis innixas pedibus possidet: ab omnibus adoratur: jamque nos non aspicit quidem. Etenim nuper quum illum procedentem conspexissem: Salve, inquam, Simon. At ille indignè ferens. Edicite, inquit, mendico isti, ne nomen meum diminuat. Neque enim Simon, sed Simonides apellor.

Hujus & similium exempla imitantur hodieq; non pauci, qui, ubi paulum ex lutô emersêre, καθάπερ ὑπερβάλλοντες (verba sunt M. Basilii) τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, μόνον οὐκ ἐπὶ νεφέλων ἱδρῦσθαι νομίζουσι, πάτημα τοὺς ὑποκειμένους ἀνθρώπους ἡγούμενοι *velut humanam naturam excedentes, tantum non in nubibus se sedere putant, subjectos homines pulverem, qui pedibus conculcatur, ducentes.* In quam sententiam Rhianus vetus Poëta:

περὶ ταπεινοφρ. pag. 216.

Cotyn pungit Thracia Regem, de quo v. Ath. l. 12. cap. 8.

ὃς δέ κεν εὐοχθῇσι Θεὸς δ' ἐπὶ ὄλβον ὀπάζῃ
καὶ πολυκοιρανίην θνητοὶ δὲ οἱ εἰσὶ τοκῆες.
ἀλλ' ὑπεροπλίῃ καὶ ἀμαρτωλῇσι νόοιο.
ἶσα Διῒ βρέμει, κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει,
καίπερ ἐὼν ὀλίγος· μνᾶται δ' εὔπηχυν Ἀθήνην
ἠέ τιν' ἀτραπιτὸν τεκμαίρεται Οὔλυμπόνδε
Ὡς κε μετ' ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος εἰλαπινάζῃ.

Hoc est, ut Henricus Stephanus vertit:

At contrà superûm quem dextera larga bearit,
Cuiq; dedit latè dominari, haudjam memor ille est
Se calcare solum, mortalesq; esse parentes:

Trans-

Transversamq; rapit, vesana superbia mentem
Ut fremat aqua Jovi: quamvis & corpore parvus
Attollit cervice caput: tandemq; Minervæ
Fit procus, atq; viam sibi jam molitur ad ædes
Æthereas; ut ibi fiat conviva DEORUM.

Videas etiam non paucos, non tantùm omnes infrà se despicere, & non modò familiares & amicos veteres, sed & charitates, affectus, atq; necessitudines suas aversari.: quos tales Seneca suis & vivis coloribus depingit, cùm ait: *Parentes suos non amare, impietas est, non agnoscere, insania.* Nec minùs verè Augustinus: *Caninum est, parentes non agnoscere: & quem ille vereatur, aut revereatur, qui parentum nomen dedidiscit.* Paucis verbis omnia complexus est D.Gregor.Nazianz:

Novi honoris titillatio ac deliniment plerumq; veterum amicorū memoriam expungit.

3. Benef. 1.
l. de dec. plag.

Ῥεῖα κεν ἀρνήσαιτο Θεὸν μέγαν, ὃς γενετῆρας

Nempè Deum facilè abjuret, quicunq; parentes
Abnegat, unde hausit vitam animamq; suam.

Ase, inquit Chrysologus, *migrat, & totus ab homine in bestiam transit, paternæ pietatis immemor, & gratiæ genitoris oblitus.* Longè alia mens fuit M. Antonio Philosopho, qui adoptatus in aulicam domum, omnibus parentibus suis tantam reverentiam, quantam privatus exhibuit. Fastus autem & contemptus ille veterum amicorum in fortunâ prosperiore, ineptus est, & odiosus. *Fortuna*, inquit Philosophus, *mutare debet, quæ circum te, non ipsum te: neq; ista pugnant, Principem esse, & amicitiam cum amicis sartam tectam conservare.* Hinc jure Menelaus Agamemnonem increpat apud Euripidem:

J. Capitolin. in ejus vitâ.

κᾆτ' ἐπεὶ κατέσχες ἀρχὰς μεταβαλὼν ἄλλους τρόπους
τοῖς φίλοισιν οὐκέτ' ἦσθα τοῖς πρὶν ὡς πρόσθεν φίλος,
Δυσπρόσιτος, ἔσω τε κλήθρων σπάνιος· Ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν
τὸν ἀγαθὸν, πράσσοντα μεγάλα, τοὺς τρόπους μεθιστάναι.

Iphigen. in Aul. v. 343.

Deindè postquam potitus es imperio, mutans mores,
Amicis non amplius fuisti, sicut antè, amicus.
Difficilis aditu, & rarus intra claustra. Virum verò non decet
Probum, res magnas gerentem mores mutare.

Lubet hìc referre, quod de Benedictô Albiziô, juvene tàm nobilitate, quàm doctrinâ clarissimô, memoriæ proditum est. Is ami-

Casp. Ens. l. 1. Epidorp. p. 114.

Is amicum Cardinalitiâ nuper dignitate ornatum accesserat: Quùm verò superbus ille homo Albiziū se non agnoscere simularet, Albizius pro gratulatione talem orationem exorsus est: *Pro amicitiâ, quæ olim inter nos fuit, huc veni, ut de fortunâ tua, quæ ad tantum te honorem evexit, condolerem potiùs, quàm congratularer. Video enim, quamprimū vestrum aliquis ad tàm altum locum ascendit, malam quandā fortunam, & visum & auditū, & omnes ferè sensus vobis eripere: sic: ut non tantū pristinos amicos, verùm etiam vos ipsos agnoscere nequeatis.* Longè majorē Vitellio meretur laudem, quem Xiphilinus scribit, sæpè mentionem fecisse sodalium veterum, eosq; in honore etiam habuisse. Et addit Historicus: *Neq, enim turpe, aut se indignum putabat, si aliquem ex iis agnoscere videretur: quod plerig, faciunt, qui elati maximis & insperatis honoribus, oderunt eos, à quibus se norunt humiles anteà & abjectos cognitos fuisse.* Succurrit hîc Poëtæ cujusdam recentioris carmen non invenustum, ad quendam novis honoribus elatum & superbientem:

Dum te parva ratis, dum te levis aura ferebat,
Et bonus, & placidô pectore mitis eras.
Nunc ubi rostratâ veheris super æquora puppe
Turbida ventosus pectora fastus agit.
Pendula mens hominum, rebusq, elata secundis
Fallitur & vanâ crudelitate tumet.

l. 3. Epid. Proindè non immeritò J. C. Scaligeri:

Qui perdit amicos cum aditu ad Principis aures
Aut consilium cum re, animumvé cum secundis:
Nec se vegetus sustinet, aut roborat instans:
Dignè patitur, nec patitur satis malorum.

VI.

Collata improbis dignitas, non modò non efficit dignos, sed prodit potius & ostentat indignos. Boeth. l. 2. pr. 6. Confer Camer. Cent. 1. Embl. 45.

Verùm enimverò, qui mores cum honoribus mutant, næ illi honore, ad quem non virtutū meritis, sed amicorū fortè favore pertracti sunt, indignos se reddunt: ita ut quis sibi persuadeat, in illis evehendis, aut nullū, aut exiguum Tulliani illius rationem habitam fuisse: *Omnia virtutis & officii præmia sancta & casta esse oportet, neq, ea aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus promulgari.* Sed verendum, ne non momentanea futura sit hæc illorum felicitas; in quam extat elegans Alciati Emblema:

Aëream propter crevisse cucurbita pinum
Dicitur, & grandi luxuriasse comâ

Cùm

Cùm ramos complexa, ipsumq; egressa cacumen,
Se præstare aliis credidit arboribus,
Cui Pinus: Nimium brevis est hæc gloria: Nam te
Protinus adveniet, quæ malè perdet hyems.

Proindè notabiliter Livius: *Nihil secundis tuis rebus, in quemquam superbè ac violenter consulere decet, nec præsenti credere fortunæ, cùm, quod vesper ferat, incertus sis.* Et Q. Curtius: *Fortunam tuam pressis manibus tene. Lubrica est, nec invita teneri potest. Impone felicitati tuæ frenos, faciliùs illam reges.* Mantuanus: l. 15. L. 7.

Discite, quos sursum volvit rota, ponere fastum,
Drudet ab excelso vos mora parva locô.

Claudianus: 2. in Ruffin. v. 440.

Desinat elatis quisquam confidere rebus,
Instabilesq; Deos, ac lubrica numina discat.

Seneca: *quò fortuna altiùs* Troad.
Evexit, ac levavit humanas opes,
Hoc se magis supprimere felicem decet,
Variosq; casus tremere metuentem Deos
Nimium faventes, magna momentô obrui
Vincendo didici.

Nec alieni ab hoc loco videntur Galteri versus, quibus illud Curtii expressit: *Nihil tàm firmum est, cui non sit periculum etiam ab invalidô. Leo quoquè aliquando minimarum avium pabulum fit, & ferrum rubigo consumit. An ignoras, magnas arbores diu crescere, unâ horâ extirpari?* Sic autem eruditissimus Poëta: *lib. 8. v. 401.* l. 7.

An nescis, longô quod provocat æthera ramô,
Arboreum robur, firmâ radice superbum,
Quodq; diu crevit, unâ exstirpari er horâ?
Stultus, qui fructum dum suspicit arboris, altam
Non vult metiri. Videas, sublime cacumen
Prendere dum tendis, postquam comprenderis illud,
Cum ramis ne fortè cadas. Avium fuit esca
Parvarum quandoq; Leo, Rex antè ferarum.
Ferrum cuncta domans, atq; omni durius ære,
Consumit rubigo vorax. Sub cardine Phœbi

Tam solidum nihil est, cui non metus esse ruina
Possit ab invalido.

Attendite ô muslei fortunæ clientes.

Commodùm hic mihi in mentem venit elegantissimi Emblematis in vesicam, Nathanis Chytræi, quod cùm in vulgus non notum esse existimem, operæ pretium me facturum duxi, si in gratiam Lectoris adscriberem:

Membranam en turpem rugis, laceramq́ue, scabramq́ue,
Hæc vesica prius magna tumensq́ue fuit.
Hanc puer inflatis buccis repleverat aurâ, &
Sic, pellem præter, nil nisi ventus erat.
Mox tria pisa idem injecit, faucesq́ue ligavit,
Atque ita tractantu reddidit obstreperam.
Jamque illa impatiens tangi, & quasi nescia vinci,
Ludentem contra prosiliebat herum.
Quin tantos strepitus leviter quoque tacta ciebat,
Illorum impatiens, ut domus ampla foret.
Heu vento nimium fidens, flatuqué fugaci!
Heu pisis nimium facta proterva tribus!
Quod puer idem ipsam docuit: namque ille ferocem
Exilis leviter cuspite punxit acus,
Idque semel tantùm. Mox illa oblita tumoris
Et strepitus, subitò concidit exanimis:
Utque vides, hic flacca, silens, rugosa, putrescens,
Nullius ac post hac usibus apta jacet.
Sis humilis, celsasque miser non erige cristas,
Depressa exaltat, deprimit alta Deus.
Sis humilis subitoqué nimis ne fide tumori,
Mox minus est nihilo, qui modo summus erat.

Nemo confidat nimium secundis.

Fecit hoc Augustus urbis & orbis Dominus. Itaqué ut θεῶν νέμεσιν, &, ut loquebantur veteres, *Deûm invidiam*, evitaret, mendici personam semel in anno assumpsit: Vel, ut in ejus vita Suetonius ait, *stipem quotannis die certo emendicavit à populo, cavam manum asses porrigentibus præbens.* Nam, ut eleganter Lucianus:

Imagin. Iliad. 7.

οὐδεὶς ἂν φθονήσειε τοῦ ὑπερέχοντος, ἣν μετριάζοντα ἐπὶ τοῖς εὐτυχήμασιν αὐτὸν ὁρᾷ, καὶ μὴ κατὰ τὴν Ὁμήρου Ἄτην ἐκείνην, ἐπ' ἀνδρῶν κράατα βεβηκότα, καὶ τὸ ὑποδεέστερον πατοῦντα. ὅπερ οἱ ἀπαίδευτοι τὰς γνώμας πάσχουσιν ἀπειροκαλίᾳ τῆς τύχης, ἐπειδὰν αὐτοὺς ἡ τύχη

ἣ τύχη μηδὲν τοιοῦτον ἐλπίσαντας ἄφνω ἀναβιβάσῃ ἐς πτηνόν τι, καὶ μετέωρον ὄχημα, οὐ μένουσιν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων, οὐδ᾽ ἀφορῶσι κάτω, ἀλλ᾽ ἀεὶ πρὸς τὸ ἄναντες βιάζονται. τοιγαροῦν ὥσπερ ὁ Ἴκαρος, ταχέως αὐτοῖς τάχιστα τοῦ κηροῦ, καὶ τῶν πτερῶν περιῤῥυέντων, γέλωτα ὀφλισκάνουσιν, ἐπὶ κεφαλὴν, εἰς πελάγη καὶ κλύδωνα ἐμπίπτοντες. ὅσοι δὲ κατὰ τὸν Δαίδαλον ἐχρήσαντο τοῖς πτεροῖς, καὶ μὴ πάνυ ἐπήρθησαν, εἰδότες ὅτι ἐκ κηροῦ ἦν αὐτοῖς πεποιημένα· ἐταμιεύσαντο δὲ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον τὴν φορὰν, καὶ ἠγάπησαν ὑψηλότεροι μόνον τῶν κυμάτων ἐνεχθέντες, ὥστε μὲν τῇ νοτίζεσθαι αὐτοῖς ἀεὶ τὰ πτερὰ, καὶ μὴ παρέχειν αὐτὰ μόνῳ τῷ ἡλίῳ, οὗτοι δὲ ἀσφαλῶς τε ἅμα καὶ σωφρόνως διέπλησαν. ὅπερ καὶ τούτων αὖ τις μάλιστα ἐπαινέσειε.

Nemo facilè ei fortunato invidebit, quem prosperis rebus affluentibus moderato utentem animo conspexerit, neq; juxta Aten Homericam illam super hominum capita incedentem, ac inferiorem calcantem. Quod plerumq; evenire solet iis, qui humili atq; abjectô sunt animô, fortunæ arridentis procacitate intemperanter efferati. Posteà enim quàm à fortunâ nil tale sperantes, ex improviso sublimes in currum quendam volatilem invecti sunt: intra fortunæ mediocritatem consistere nequeunt: nequè deorsum elatos torquent oculos, sed semper nituntur in arduum. Quare non rarò veluti Icarus liquefactâ illis quàm celerrimè cerâ, ac alis defluentibus, per præceps in marinos fluctus devolvuntur, spectatoribus risum exhibentes. Quotquot autem instar Dædali alarum utuntur remigiô, nequè admodum in sublime elati volant, certè quòd alæ ex cerâ illis conglutinatæ sunt, rerum autem abundantiam ad humanæ vitæ societatem sublevandam expromunt: nequè non contenti sunt saltem ab undis paulò altiores inferri, adeò ut crebrò etiam alas volando humefaciant, nec Solis æstui & fervoribus easdem liquefaciendas exhibent; illi tutò juxtà ac moderatè volatu utuntur: quem cursum quispiam & in hac maximis efferre laudibus jure optimò possit. Et alibi iisdem penè verbis:

Τοιγαροῦν οἱ μὲν αὐτῶν, ὥσπερ ὁ Ἴκαρος, ἐπιπολὺ ἄραντες αὑτοὺς, καὶ πλησιάσαντες τῷ ἡλίῳ, οὐκ εἰδότες ὅτι κηρῷ ἥρμοστο αὐτοῖς ἡ πτέρωσις, μέγαν ἐνίοτε τὸν πάταγον ἐποίησαν, ἐπὶ κεφαλὴν ἐς πέλαγος ἐμπεσόντες. ὅσοι δὲ κατὰ τὸν Δαίδαλον, μὴ πάνυ μετέωρα, μηδὲ ὑψηλὰ ἐφρόνησαν, ἀλλὰ πρόσγεια, ὡς νοτίζεσθαι ἐνίοτε τῇ ἅλμῃ τὸν κηρὸν, ὡς τὸ πολὺ οὗτοι ἀσφαλῶς διέπλευσαν. Gallo. *Proindè quicunquè ex his Icari in morem (ut ferè faciunt) sese attollunt, propiusq; se Soli admovent, haud cogitantes quòd alas habeant cerâ agglutinatas, ingentem nonnunquam strepitum movent. Cæterùm qui Dædali exemplò non admodum sublimia neq; excelsa appetunt, verùm humilia, terraquè vicina, adeò ut cera non-*

nonnunquam salis aspergine madesceret, ij tutò plerunq; ac citra discrimen transvolarunt. Itaq; probè monitum ab Horatiô:

l.2.carm.3.

——— *benè ferre magnam*
disce fortunam. Et:
Æquam memento rebus in arduis
Servare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia. Et:

l.2. Ode. 10.

Rebus angustis, animosus atq;
Fortis appare. Sapienter idem
Contrahes ventô nimium secundô,
Turgida vela!

Fortunam tuam pressis manib. tene. Lubrica est, nec invita teneri potest. Impone felicitati tuæ frenos, faciliùs illam reges.

Hoc ipsum inculcat B.Basilius, cùm ait: οὗτος ἐστι νοήμων κυβερνήτης ὁ ἐστοχασμένος τῆς ὑποκειμένης φύσεως, μεταχειριζόμενος τὰ συμπίπτοντα, καὶ ὁμοίως ἀεὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ διαμένων, μήτε ἐπαιρόμενος ἐν ταῖς εὐημερίαις μήτε καταπίπτων ἐν ταῖς συμφοραῖς. *Ille demum prudens est gubernator, qui naturæ scopum, quò tendat, sibi proponens: ea quæ accidunt, moderatur, sibiqué semper similis, neq; prosperis extollitur, neq; adversis corruit.*

l.3.Ep.204.

Eleganter etiam S. Isidorus: χρὴ τοὺς τὴν ἀνθρωπίνην εὐγένειαν φυλάξαι προῃρημένους, τὴν τῆς φύσεως ἐπισκεπτομένους ὀξύρροπον μεταβολήν, καὶ τῆς χαρᾶς, τὴν ἀμετρίαν κολάζειν, καὶ μήτε λύπῃ σφοδρᾷ ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι, μήτε χαρᾷ. ἡ μὲν γὰρ εἰ μὴ κεραθείη λογισμῷ, καὶ χαλινωθείη φρονήσει, εἰς θάνατον παιδαγωγεῖ. ἡ δὲ, εἰ μὴ παραδοθείη ταῖς ἡνίαις τῆς προσδοκωμένης μεταβολῆς, ἐκτραχηλίσει, καὶ τοῦ πρέποντος ἐκπεσεῖν παρασκευάσει. *Qui humanam nobilitatem tueri atq; conservare constituunt, celerem mutationem naturæ animo volventes, immodicam tùm mæstitiam, tùm lætitiam coërcere debent, ac ne nimio mærori, nec gaudio sese dedere. Nam ille nisi ratione temperetur, ac prudentiæ frenô comprimatur, in mortem erudit: hoc contrà nisi impendentis mutationis habenis tradatur, præcipites nos aget, atq; ut ab officio & decore excidamus, efficiet.*

Disce modū servare, alienō disce periclō.

Non paucos enim fortuna, quos adversa non moverat, propitia perculit, multisq; contingere videmus, quod Tantalo contigisse ait Pindarus, quem ait nequiisse concoquere felicitatem suam.

Olymp. 1.

----- εἰ δὲ δή τιν' ἄν-
δρα θνατὸν ὀλύμπου, σκοποὶ ἐτίμα-
σαν ἦν Τάνταλος οὗτος. ἀλλὰ γὰρ κατα-
πέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυ-
νάσθη,

Quod

Quod si quisquam mortalium Diis in precio fuit, hic Tantalus fuit. Sed enim concoquere ingentem felicitatem non potuit: Hoc ne tibi quoqué contingat, quisquis es, Euripidea hæc imis animi tui recessibus memori digitô inscribe: *Medeâ.v. 122.*

Τὸ γὰρ εἰθίσθαι ζῆν ἐπ' ἴσοισι
Κρεῖσσον ἐμοὶ γ' οὖν, εἰ μὴ μεγάλως
Ὀχυρῶς τ' εἴη καταγηράσκειν.
Τῶν γὰρ μετρίων, πρῶτα μὲν εἰπεῖν,
Τοὔνομα νικᾷ. χρῆσθαί τε μακρῷ
Λῷστα βροτοῖσι, τὰ δ' ὑπερβάλλον-
τ', οὐδένα καιρὸν δύναται θνητοῖς.
Μείζους δ' ἄτας, ὅταν ὀργισθῇ
Δαίμων οἴκοισι ἀπέδωκεν.

Nam assuefactum esse ad vivendum moderatè
Melius mihi videtur, si non magnificè
Tutoq; liceat consenescere.
Nam, ut hoc primùm dicam, moderatè viventium
Nomen vincit, & uti eô, longè
Optimum est hominibus. Sed immoderata
Nullô tempore valent hominibus ad diuturnitatem,
Majores enim calamitates, quando irascitur
Deus, afferunt familiæ.

Non minus ac istud Pindari: *Pyth. 3.*

----- εἰ
δὲ νόῳ τις ἔχει
θνατῶν ἀλαθείας ὁδόν,
χρὴ πρὸς μακάρων.
τυγχάνοντ' εὖ πασχέμεν. ἄλ-
λοτε δ' ἀλλοῖαι πνοαὶ
ὑψιπετᾶν ἀνέμων.
ὄλβος δ' οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται
ὃς πολὺς, εὖτ' ἂν ἐπιβρίσαις ἕπηται,
σμικρὸς ἐν σμικροῖς μέγας ἐν μεγάλοις
ἔσσομαι. τὸν δ' ἀμφέποντ' αἰεὶ φρεσὶ
δαίμον' ἀσκήσω, κατ' ἐμὰν,
θεραπεύων μαχανάν.

Sin

Sin quis verò mortalium in mente suâ veritatis viam continet, decet illum à beatis acceptô beneficiô frui. Alii namq; aliàs aliè volantium ventorum flatus. Felicitas verò non diu apud hominem perseverat. Quæ si copiosa & pondere suô gravis me secuta fuerit, modicus apud modicos, magnus apud magnos, ero. Fortunam, porrò, me complectentem semper animo meditabor, meoq; in studio curabo. Quibus convenienter Ill. Scalig.

l. 4. Epid.

Vulgum bona res adveniens facit superbum
Adversa humilem. Nobilibusqué, ac generosis
Natura alia est. Nam simul ac Deos secundos
Habuere; animi compositi æquabilis aura est.
Adversa acuunt magnanimum, efferantqué fortem.
Medium sapiens elicit, obtinetq; semper.

VII. *Divitiæ maximam humanarum ærumnarum materiam præbent. V. Athen. l. 6 c. 4. & 5. Sen. Epist. 76 & 87. Tranquill. 7 Homil. πρὸς τοὺς πλουτοῦντας. p. 157.*

Ecquis, porrò, nesciat divitias multorũ malorum causas esse, deprimere animũ & labefactare, &, cùm videantur attollere, inflare, ac multâ vanitate deludere: & usq; eò animum alienare, ut fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet? Sunt enim incitamenta malorum, fomenta curarum, nutrimenta voluptatum, irritamenta superbię, arrogantiæ, ambitionisq; materia. S. Basil. ἕως πότε χρυσὸς, τῶν ψυχῶν ἡ ἀγχόνη. τὸ τοῦ θανάτου ἄγκιστρον. τὸ τῆς ἁμαρτίας δέλεαρ. ἕως πότε πλοῦτος ἡ τοῦ πολέμου ὑπόθεσις. δι' ὃ χαλκεύονται ὅπλα. δι' ὃν ἀκονᾶται ξίφη. Διὰ τοῦτον συγγενεῖς ἀγνοοῦσι τὴν φύσιν, ἀδελφοὶ καὶ ἀλλήλοις φονικὸν βλέπουσι. Διὰ τὸν πλοῦτον, αἱ ἐρημίαι τοὺς φονευτὰς τρέφουσιν. ἡ θάλασσα τοὺς καταποντιστὰς. αἱ πόλεις τοὺς συκοφάντας. Τίς ἐστιν ὁ ψεύδους πατὴρ. Τίς ὁ πλαστογραφίας δημιουργός. Τίς ὁ τὴν ἐπιορκίαν γεννήσας. οὐχ ὁ πλοῦτος; οὐχ ἡ περὶ τοῦτον σπουδή; Τί πάσχετε ἄνθρωποι. Τίς ὑμῖν τὰ ὑμέτερα εἰς τὴν καθ' ὑμῶν ἐπιβουλὴν περιέτρεψε. συνεργία πρὸς τὸ ζῆν. μὴ γὰρ ἐφόδια κακῶν ἐδόθη τὰ χρήματα; λύτρον ψυχῆς. μὴ γὰρ ἀφορμὴ ἀπωλείας. *Usquequò aurum animarum laqueum, mortis hamus, peccati inescatio? usquequò divitiæ belli causa, ob quas conflantur arma, ob quas acuuntur enses? Propter has cognati ignorant naturam, fratres se mutuò torvè intuentur, ac cædes spirant: propter opes solitudines alunt homicidas; mare piratas; Civitates sycophantas & calumniatores: Quis est mendacii pater? quis confictæ accusationis opifex? quis perjurii parens? nonnè divitiæ? nonnè opum studium? Quid facitis, ô homines? quis vobis vestra in insidias contrà vos convertit? in adjumentum vitæ non viaticum malorum pecuniæ data sunt: ad redimendam animam, non ad perdendi occasionem.*

Pror-

Prorſus in hunc ſenſum S. Iſidorus: Ἀλλ' εἰ χρὴ τὰς ψήφους ἀφεμένους αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ πράγματος κατασκέψασθαι, οὐδὲν εὑρεθήσεται ἐν τῷ βίῳ δεινόν, ὃ οὐ διὰ τῶν χρημάτων γίνεται ἔργον. διὰ ταῦτα ἔχθραι, καὶ μάχαι, καὶ πόλεμοι. διὰ ταῦτα φόνοι, καὶ λῃστεῖαι, καὶ συκοφαντίαι, διὰ ταῦτα οὐ πόλεις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔρημοι, καὶ ἡ οἰκουμένη, καὶ ἡ ἀοίκητος αἱμάτων πνεῖ καὶ φόνων. *At ſi omiſſis calculis ipſam rei naturam expendere oportet, nullum in humana vita ſcelus reperietur, quod non ob pecuniarum amorem perpetretur. Ob eas odia, & pugnæ, & bella. Ob eas cædes & latrocinia, & calumniæ. Ob eas non urbes duntaxat, ſed etiam ſolitudines, non ſolùm culta & habitata, ſed etiam inculta ac deſerta terræ cruore ac cædibus redolent.* l. 2. Ep. 146. Confer eundem lib. 3. Epiſt 209. & l. 4. Epiſt. 70.

Quæ quidem ſcripſiſſe videtur Iſidorus imitatione Magiſtri ſui D. Chryſoſtomi; cujus ſunt iſta, præſentibus ita genuina, ut non ovum ovo, nequé lac lacti ſit ſimilius: Ὥσπερ ἐξ ἀδηφαγίας μὲν γίνεται φλεγμονή, ἐκ δὲ φλεγμονῆς τίκτεται πυρετός· εἶτα θάνατος ἐπῆλθε πολλάκις, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ πλούτου ὑπερβολῆς ἀπόνοια γίνεται, εἶτα ἐξ ἀπονοίας ἐπιθυμία τῶν οὐ προσηκόντων ἐπεισελθεῖν εἴωθεν. *Ut ex edacitate naſcitur inflammatio, ex inflammatione febris, hanc verò ſæpè conſequitur mors: ſic à divitiarum exſuperantiâ amentia gignitur, ex amentiâ deindè cupiditas earum rerum, quæ non conveniunt, exſurgit.* Quæ verò iſta μὴ προσήκοντα ſint, aliô locô commemorat: ἐπιθυμίαι, inquit, τοῦ πλούτου ἐπιορκίαι, κλοπαί, ἁρπαγαί, πορνεῖαι, φθόνος, φόνος, μισαδελφία, πόλεμος, πλεονεξία, ὑπόκρισις, κολακεία. *Deſideria divitiarum ſunt: perjuria, furta, rapinæ, ſcortationes & libidines, invidia, cædes, odia fratrum, bella, avaritia, ſimulatio, adulatio.* Similiter & Seneca: *Circa pecuniam plurimum vociferationis eſt: hæc fora defatigat, patres liberosq́; committit, venena miſcet, gladios, tàm percuſſoribus, quàm legionibus tradit. Hæc eſt ſanguine noſtrô delibuta. Propter hanc uxorum maritorumq́; noctes ſtrepunt litibus, & tribunalia Magiſtratuum premit turba: Reges ſæviunt, rapiuntq́;, & civitates longô ſeculorum labore conſtructas evertunt, ut aurum argentumq́; in cinere urbium ſcrutentur.* Hinc Sophocles de Argentô: 3. de Ira c. 32

Τὸ δ' ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει φρένας
χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγμαθ' ἵστασθαι βροτῶν·
πανουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν
καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι.

Antigone.

Hoc illud eſt, quod mutat, & mentes docet
Ad fœda rerum, & prava ſe convertere.

Fraudes dolosq; suggerit mortalibus,
Et improbos, simulqué & impios facit.

Aristoph. Pluto. Eodem pertinet Pluti responsum ad Chremylum rogantem, ut sibi divitias largiretur, quòd vir esset sine pari optimus:

Ταὐτὰ λέγουσι πάντες· ἡνίκ' ἂν δέ μου
τύχωσ' ἀληθῶς, καὶ γένωνται πλούσιοι:
ἀτεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ.
Hoc pollicentur omnes: sed ubi me semel
Adepti fuerint, divitiisq; evaserint,
Planè à probitate deflectunt ad malitiam.

Timone. Sic idem Plutus apud Lucian. Ἐπειδάν τις ἐντυχὼν τούτῳ, ἀναπετάσας τὴν θύραν εἰσδέξηταί με, συμπαρεισέρχεται μετ' ἐμοῦ λαθὼν ὁ τῦφος, καὶ ἡ ἄνοια, καὶ ἡ μεγαλαυχία, καὶ ἡ μαλακία, καὶ ὕβρις, καὶ ἀπάτη, καὶ ἄλλα ἄττα μυρία. ὑπὸ δὴ τούτων πάντων καταληφθεὶς τὴν ψυχὴν, θαυμάζει τε τὰ οὐ θαυμαστὰ, καὶ ὀρέγεται τῶν φευκτῶν. κἀμὲ τὸν πάντων ἐκείνων πατέρα τῶν εἰσεληλυθότων κακῶν τέθηπε, δορυφορούμενον ὑπ' αὐτῶν. καὶ πάντα πρότερον πάθοι ἂν, ἢ ἐμὲ προέσθαι ὑπομείνειεν ἄν. *Simulatqué quis me primùm nactus est, apertis foribus exceperit, clanculum unà mecum introit elatio, vacordia, jactantia, mollities, violentia, dolus, atq; alia item innumerabilia: à quibus omnibus posteaquam est animus occupatus, jam admiratur, quæ neutiquam sunt admiranda, & appetit ea, quæ sunt fugienda, meque cunctorum illorum, quæ introierant, malorum patrem stupet, illorum satellitio vallatum: quidvis potius passurus, quàm uti me compellatur rejicere.*

Charonte. Nec alienum fuerit hìc referre, quæ apud eundem Lucianum super hâc re Charon & Mercurius inter se confabulantur, quorum ille conspecto, nec viso sibi prius aurô, sic ait: Ἐκεῖνο, inquit, ὁ χρυσὸς, τὸ λαμπρὸν, ὃ ἀποστίλβει τὸ ὕπωχρον μετ' ἐρυθήματος; νῦν γὰρ πρῶτον εἶδον, ἀκούων ἀεί. Ερ. ἐκεῖνο, ὦ Χάρων, τὸ ἀοίδιμον ὄνομα, καὶ περιμάχητον. Χα. καὶ μὴν οὐχ ὁρῶ ὅ, τι ἀγαθὸν αὐτῷ πρόσεστιν, εἰ μὴ ἄρα, τοῦτο μόνον, ὅτι βαρύνονται οἱ φέροντες αὐτό. Ερ. οὐ γὰρ οἶσθα, ὅσοι πόλεμοι διὰ τοῦτο, καὶ ἐπιβουλαὶ καὶ λῃστήρια, καὶ ἐπιορκίαι, καὶ φόνοι, καὶ δεσμοὶ, καὶ πλοῦς μακρὸς, καὶ ἐμπορίαι, καὶ δουλεῖαι. *Et illud est aurum splendidum scilicet, quodqué suppallidum refulget rubore? nunc enim, quùm antè jam sæpè de eô audierim, ipsum primùm video* MER. *Hoc celebre illud est nomen, cujus gratiâ tantoperè pugnatur.* CHA. *Atqui non video, quonam precio commendetur: nisi hoc*

hoc fortè ad rem pertinet, quod qui ferunt, eò gravantur. MER. *Non enim nosti, quot hujus gratia bella, quot insidiæ, quot latrocinia, quot perjuria, quot cædes, quot vincula, quamq; longinqua navigatio, quot mercaturæ, quot servitutes.* Et alibi: χρυσοῦ δὲ καὶ ἀργύρου μὴ δεηθείην, μήτ' οὖν ἐγώ, μήτε τῶν ἐμῶν φίλων μηδείς. πάντα γὰρ τὰ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τῆς τούτων ἐπιθυμίας φύονται, καὶ στάσεις, καὶ πόλεμοι, καὶ ἐπιβουλαί, καὶ σφαγαί. ταῦτα πάντα πηγὴν ἔχει τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πλείονος. *Aurum verò argentumq; ne desiderem unquam, neq; meorum amicorum quispiam. Omnia namq; mala inter homines ex harum cupiditate nascuntur: & seditiones, & bella, & insidiæ, & cædes. Hæc omnia fontem habent plus habendi cupidinem.* In hanc sententiam Propertius: Cynico.

Ergò sollicitæ tu causa pecunia vitæ es,
Per te immaturæ mortis adimus iter:
Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes
Semina curarum, de capite orta tuo.

Et alibi: l. 3.

At nunc desertis cessant sacraria lucis
Aurum omnes victâ jam pietate colunt.
Aurea nunc verè sunt sæcula, plurimus auro
Venit honos, aurô conciliatur amor.
Auro pulsa fides, auro venalia jura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Sic & Prudentius: Peristeph. Hym. 3. v. 197.

Pudor per aurum solvitur,
Violatur aurô integritas.
Pax occidit, fides perit;
Leges & ipsa intercidunt.

S. Columbanus: Car. 3. v. 50.

Juraqué legum,
Fasqué, fidesqué
Rumpitur aurô.

Judiciosè itaqué Timandrides Spartanus! Qui cùm post diutinam peregrinationem domum reversus, multis auctam partibus rem offendisset familiarem, graviter commotus: *Fieri*, inquit, *non potest, ô fili, quin & Deos & familiares, & hospites plurimos injuria tuam per avaritiam affeceris.*

Ad Valeriã. Hinc adeò *divitiis* secundùm quosdam, *à vitiis* nomen im-
4 de Avaritiã, ubi vide Rittersh. in Notis. positum. Quò alludere videtur Eucherius: *Adeò quædam societas penè est etiam nominis duabus his rebus, vitiis & divitiis.* Salvianus: *Sicut divitiis primi fuere, sic vitiis.* Et hinc illius elucet veritas, quod ex ore veritatis: εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. Quæ sic reddit Juvencus:

Math. 19. vers. 24. Luc. 18. v. 25.

Nam citius tenuis per acûs transire foramen
Deformis poterunt immanïa membra Cameli,
Quàm queat ut dives cœlestia regna videre.

l 3. oper. Paschal. v. 348 Sedulius:

Namq; foramen acûs sicut penetrare Camelus,
Membrorum præ mole nequit; sic dives opimâ
Fertilitate tumens, tenuem non possit adire
Cœlestis regni ducentem ad limina callem.

Nimirum:

Scalig. lib. 3. Epidorp.

Patiuntur opes stultitiam: canit Poëta.
Quin nos patimur nequitiam ex eis creatam.

Et hanc quidem ob caussam provida rerum natura, *quæ quidquid utile futurum nobis erat protulit, aurum & argentum defodit,*
7. Benef. 10. ut Seneca loquitur, *& mersit, & ut noxiis rebus ac malo gentium in mediũ producturis, totò pondere incubuit.* Et alibi ad eandem faciem:
Epist. 94. *Nihil quidem, quod avaritiam nostram irritaret, natura posuit in aperto: pedibus aurum & argentum subjecit, calcandumq; & premendum dedit, quidquid est, propter quod calcamur & premimur.* Et mox: *Hæc supra nos natura disponit: aurum quidem & argentum, & propter ista nunquam pacem agens ferrum, quasi malè nobis committerentur, abscondit. Nos in lucem, propter quæ pugnaremus, extulimus. Nos & caussas periculorum nostrorum, & instrumenta, disjectô terrarum pondere eruimus: nos fortunæ mala nostra tradimus, nec erubescimus summa apud nos haberi, quæ fuerant ima terrarum.* Gravis etiam huicque
Proœm. l. 33. assimilis est Plinii querela, cujus verba non piget adscribere: *Alibi divitiis foditur, quærente vita aurum, argentum, electrum, æs: alibi deliciis gemmas & parietum digitorumq; pigmenta: alibi temeritati ferrum auro etiam gratius inter bella cædesq;. Persequimur omnes ejus fibras, vivimusque super excavatam, mirantes dehiscere aliquando, aut intre-*

intremiscere illam, ceu verò non hoc etiam indignatione sacra parentis exprimi possit. Imus in viscera ejus, & in sede Manium opes quærimus. Tanquam parum benigna fertilique, quaqua calcatur. Inter hæc minimum remediorum gratiâ scrutamur. Quoto enim cuiqué fodiendi causa medicina est? quamquam & hac summa sui parte tribuit, ut minimè parca, facilisqué in omnibus, quæ prosunt. Illa nos premunt, illa nos ad inferos agunt, quæ occultavit atq; demersit, illa, quæ non nascuntur: ut repente mens ad inane evolans reputet, quæ deinde futura sit finis, seculis omnibus exhauriendi eam, quousq; penetret avaritia. Quàm innocens, quàm beata, imò verò & delicata esset vita, si nihil aliud, quàm supra terras, concupisceret, breviterqué, nisi quod secum est? Eruitur aurum & chrysocolla juxta, ut pretiosior videatur nomen ex auro custodiens. Parum enim erat unam vitæ invenisse pestem, nisi in pretio esset auri etiam sanies, &c.

Hoc itaq; cùm nollent priscæ sapientiæ Consulti, certum divitiarum modum, ac veluti cancellos esse voluerunt, intra quos se auri fames, habendiqué libido continere deberet. Arbitrabantur autem metiendas esse divitias ad Naturæ lancem, quæ exiguum desiderat, cuiq; parum etiam satis est. Athenæus apud Diog. Laërt.

VIII. *Quod satis est, cui contingit, nil amplius optet.* Sen. Epist. 16 Consolat. ad Helv. 11. vit. Beat. 13. L. 10. p. 388.

Τῆς φύσεως ὁ πλοῦτος ὅρῳ λιτῷ βαιῷ ἐστιν.

Copia naturæ contenta est limite parvo.

Vel, ut Prosper Aquitanicus reddidit:

Mortalis vitæ brevitas non multa requirit,
Paucorum exigui temporis usus eget. Epigr. 104. v. 3.

Ad quam mentem Seneca: *Nihil monuisse te malim, quàm hoc, quod nemo monetur satis: ut omnia naturalib. desideriis metiaris, quibus aut gratis satisfiat, aut parvo.* Et Apulejus eleganter: *Possum quidem tibi & ipsius nominis controversiam facere; neminem nostrum pauperem esse, qui supervacanea nolit, poscit necessaria, quæ natura oppido pauca sunt. Namq; is plurimum habebit, qui minimum desiderabit. Habebit enim quantum volet, qui volet minimum.* Epist. 119. Apol.

Ad hanc divitiarum moderationem respiciens Epictetus, modum opum statuit corpus esse, sicut pedem calcei. Ut hic non debet major esse: ita non ille amplior naturalibus corporis desideriis. μέτρον, inquit, κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ πούς ὑποδήματος. Enchir. c. 54 & post eum Cl. Alexandrin. l. 3. Pædag. c. 7. Omnibus ad vitæ munia utēdū, quidquid aptam moderationē nō pōū superpradi-

ἂν μὲν οὖν ἐπὶ τούτου στῇς, φυλάξεις τὸ μέτριον. ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κατὰ κρημνοῦ λοιπὸν ἀνάγκη φέρεσθαι. τοῦ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον ὅρος οὐδείς ἐστιν. *Modus possessionis unicuique corpus est, velut pes calcei. Si in hoc ergò consistas, modum servabis: sin, & excedas, in præceps feraris, necesse est. Nullus enim terminus est, ubi modum semel excesseris.* Ad cujus sensum allusit Horatius, cùm ait:

tur, oneri potius, quàm usui exuberat.

l. 1. Epist. 10.

Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus, atq;
Serviet æternum, qui parvo nesciet uti.
Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, subvertet; si minor, uret.

Fortuna, velut tunica, magis concinna, quã longa probatur.

Orat. περὶ πλεονεξίας.

A vestitu quoq; modum divitiis eleganter petiit Damocrates: αἱ μὲν, inquit, ποδήρεις ἐσθῆτες τὸ σῶμα, αἱ δὲ ὑπέρμετροι οὐσίαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσι. *Longæ vestes ad pedes usq; demissæ, corpora; & immodicæ divitiæ animum impediunt.* Undè fortassis & illa sententia D. Chrysostomo notata, qua dicit: Καὶ ἐσθῆτα μὲν οὐδεὶς βούλεται μείζω τοῦ σώματος ἔχειν, ὡς δυσχερὲς ὄν· οὐσίαν δὲ τῷ παντὶ μείζω τῆς χρείας ἐπιθυμοῦσιν ἅπαντες ἔχειν, οὐκ εἰδότες, ὅτι τοῦτο ἐκείνου χαλεπώτερον. *Vestem quidem nemo velit habere majorem corpore: tanquam incommodum quiddam. Rem familiarem autem omni ex parte majorem, quàm usus & necessitas postulet, cupiunt omnes habere: non intelligentes, hoc illò longè esse incommodius ac molestius.*

Epist. 11.

Epist. 119.

Eandem sententiam Seneca plurimis locis inculcat: unum hic laudasse sufficiat. *Quis sit divitiarum modus quæris? primus habere quod necesse est: proximus, quod sat est.* Quæ verba (simul & ista: *Nunquam parum est, quod satis est: nunquam multum est, quod satis non est*) Joseph. Scaliger his Jambis inclusit:

Quis modus opum sit quæritis? primus modus
Quod est necesse: proximus, quod est satis.
Parum est avaro. Quod sat est, non est parum.

Contentum suis rebus esse, maxima sunt, certissimaq; divitiæ.

Olymp.

Ad eundem collineant scopum, qui opes ac divitias τῆς αὐταρκείας hoc est, *sufficientiæ* limitibus includunt. Inter quos merito suo ordinem ducat Pindarus, præclarâ hac sententiâ: ὑγίεντα δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ ματεύσῃ Θεὸς γενέσθαι. Id est: *Sanam autem si quis opulentiam irriget, contentus iis, quæ conquisivit, laudemq; adjungens, ne quærat Deus fieri, vel ultra humanam sortem sese extollere.* Huic subjungi meretur Alpheus Mitylenæus:

l. 1. Anthol. εἰς αὐτάρκειαν

Οὐ στέργω βαθυληΐους ἀρούρας
οὐκ ὄλβον πολύχρυσον οἷα Γύγης.
Αὐτάρκους, ἔραμαι βίου Μακρῖνε
τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.

Non

Non ego mihi latifundia opto
Non Gygis peto, non Midæ talenta:
Contentam propriâ sed opto sorte
Vitam. Nam mihi semper ille vellit
Aurem, nil nimium cui probatum est.

Hoc μηδὲν ἄγαν, *nil nimium*, antè oculos habuit J.C. Scaliger:

Contra fortunam nullus sit firmior agger,
Nullus obex, nullus castrensis ericius, atq;
Nil nimium velle, & modicis assuescere. Horsũ collineat

Lucret. *Quod si quis vera vitam ratione gubernet,*
Divitiæ grandes hominis sunt vivere parcè
Æquo animo, neq; enim est unquam penuria parvi.

Hinc Socrates Æschinem, cùm premeretur inopiâ, monere solebat, *ut à seipso sumeret mutuum sine usura*, hoc est, *parcè viveret.* Nam secundùm Claudiani illud:

Vivitur exiguo melius: Natura beatis 1. Ruffin.
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti. 215.

Hinc etiam Philosophorum quidam, ultimũ hominis bonum ἐν τῇ αὐταρκείᾳ positum esse statuerunt. Undè Turpilius:

Profectò ut quis minimo contentus fuit,
Ita fortunatam vitam vixit maximè,
Ut Philosophi ajunt: isti, quidvis est satis.

Quò etiam allusisse videtur Columbanus:

O nimium felix, parcus cui sufficit usus Carm. 2. ad
Corporis ut curam moderamine temperet æquô. Sethũ. v. 43.

In hac scholâ Scythas olim enutritos fuisse, ex illorum ad Alexandrum M. verbis colligere est, apud Galterum: l. 8. v. 419.

Libera gens Scythiæ nil appetit ulterius, quàm
Prima parens Natura dedit: de munere cujus
Nec cuiquam servire potest: nec, ut imperet, optat.
Esse sui juris hominem, sua, seq; tueri;
Contentum esse suis; alienum nolle: beatum
Efficiunt. Igitur si quid quæsiveris ultrà
Excedunt tua vota modum, finemq; beati.

Habuit hæc fortassis antè oculos Pompon. Gauric. Poëta Italus:

Quid mihi divitiæ valeant mortalia vota,
Quæ semper magni causa fuere mali.

Talia

Talia quis demens optarit habere frequenter,
Quæ domino fiunt perniciosa suo?
Sat dives, quisquis Naturæ munere parvo
Contentus vitam, quo tueatur, habet.
Ah curvum genus, & veri corda inscia! fœces
Terrenas summô creditis esse locô.
Quàm melius Scythicæ gentes, quæ talia spernunt,
Quæ sat habent plaustris posse manere suis, &c.

Proverb. 30. vers. 7. Et hinc sapientissimus mortalium Salomo, à DEO omnis boni fonte uberrimô, in suis ad eum precibus, ut extremam paupertatem, ita & nimium divitiarum affluxum deprecatur. Præclarè nimirum secum actum iri existimans, si ea tantùm suppeterent, quæ quotidiano victui parando necessaria futura essent. Sed juvat ἐν ἀρχετύπῳ audire ipsummet:

Sunt duo, præcipuè quæ te rogo, quæq; roganda
Te, Pater, in vita dùm retinebor erunt:
Ne super his, ne quæso velis me fundere vota
Irrita; sed facili numine utrumq; dato.
Nil mendax nostris, nil vanum in moribus insit:
Absit ab ingenio fraus q; dolusq; meo.
Nec peto, quas hominum levitas dirusq; cupido
Immodicô affectu sæpè petivit, opes.
Sed neq; paupertas inopem me dira molestet:
Paupertas homini durum opus atq; grave.
Luxuriare solent rebus plerumque secundis
Pectora, quaq; rapit prava libido sequi:
At quem paupertas urget malesuada premitqué,
Quæ prohibet pietas, plurima sæpè facit.
Me quoq; communi prognatum lege, vel illa
Ducere damnato calle vel ista queat.
Nil itaq; ulterius peto, quàm quod sufficit, hic dum
Naturæ ad leges hæc mihi vita fluit.
His ubi divitiis fuero te dante potitus,
Tunc ego nec Crœso ditior esse velim.

IX. *Spectetur virtus, virtus spectetur ubiq;.*

Quæ omnia cùm ita se habeant, omnes, quibuscunqué de lutô meliore præcordia finxit Titan, summâ ope niti decet, ne exter-

externis & perituris divitiis, sed internis potiùs & mori nesciis abundent. Hoc est, Animi & Mentis cumulent bona. Illa enim majorem noxam, quàm utilitatem suis possessoribus præbent, secundùm illud Luciani:

Cætera mortali conditione manent. *l. 1. Anthol. 1. 67.*

> πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς: πλοῦτος μόνος ἐστὶν ἀληθής.
> τἆλλα δ' ἔχει ἄτην πλείονα τῶν κτεάνων.
>
> *Vera in mente sita est opulentia. Nam bona vulgi*
> *Sunt nugæ & dominis noxia sæpè suis.*

Hæc verò longissimè omnibus antistant externis opibus, adeoque omni quod sub terra, & quod supra terram est auro. Fidem fecerit Aristippus Philosophus Socraticus, de quo lubet audire Vitruvium: *Aristippus*, inquit, *Philosophus Socraticus, naufragiô cùm ejectus ad Rhodiensium litus, animadvertisset Geometrica schemata descripta, exclamavisse ad comites ita dicitur: Benè speremus: hominum enim vestigia video. Statimq; in oppidum Rhodum contendit, & rectà in Gymnasium devenit, ibiq; de Philosophia disputans, muneribus est donatus, ut non tantùm se ornaret, sed etiam eis, qui unà fuerant, vestitum, & cætera, quæ opus essent, ad victum præstaret. Cùm autem ejus comites in patriam reverti voluissent, interrogarentq; eum, quidnam domi vellet renunciari: tunc ità mandavit dicere: Ejusmodi possessiones & viatica liberis oportere parari, quæ etiam naufragio unà possent enatare. Namq; ea vera sunt præsidia vitæ, quibus neq; fortunæ tempestas iniqua, neq; publicarum rerum mutatio, neq; belli vastatio potest nocere. Non minus* (pergit Architectus) *eam augendo Theophrastus hortando doctos potiùs esse, quàm pecuniæ confidentes, ita ponit: Doctum ex omnibus solum, neq; in alienis locis peregrinum, neq; amissis familiaribus & necessariis inopem amicorum; sed in omni civitate esse civem, difficilesque fortunæ sinè timore posse despicere casus. At qui non doctrinarum, sed felicitatis præsidiis putaret se esse vallatum, labidis itineribus vadentem, non stabili, sed infirmâ conflictari vitâ.* Et mox: *Pauca sapientibus fortunam tribuere, quæ autem maxima & necessaria sunt, animi mentisq; cogitationibus gubernari.* Et rursum: *Omnia enim munera fortunæ cùm dantur, ab eâ facillimè adimuntur. Disciplinæ verò conjunctæ cum animis nullò tempore deficiunt, sed permanent stabiliter ad summum exitum vitæ.*

Proœm. l. 6. de Architect.

Præclarũ nõ est, ex arte parare divitias, sed talẽ potius artem scire, quæ fractâ navi simul cum domino enatet. Gal.

Cum Aristippi historiâ ferè convenit, quod de Simonide narrat Phœdrus:

lib. 4.

Simonides, qui scripsit egregium melos
Quò paupertatem sustineret facilius,
Circumire cœpit urbes Asiæ nobiles,
Mercede accepta laudem victorum canens.
Hoc genere quæstus, postquam locuples factus est,
Venire in patriam voluit cursu pelagi,
Ascendit navem: quam tempestas horrida
Simul & vetustas medio dissolvit mari.
Hi zonas; illi res preciosas colligunt,
Subsidium vitæ. Quidam curiosior
Simonide, tu ex opibus nihil sumis tuis?
Mecum, inquit, mea sunt cuncta. Tunc pauci enatant,
Quia plures onere degravati perierant.
Prædones adsunt, rapiunt quod quisq; extulit;
Nudos relinquunt. Fortè Clazomenæ propè
Antiqua fuit urbs, quam petierunt naufragi,
Hic literarum quidam studio deditus
Simonidis, qui sæpè versus legerat
Eratq; absentis admirator maximus,
Sermone ab ipso cognitum, cupidissimè
Ad se recepit, veste, nummis, familiâ
Hominem exornavit: Cæteri tabulam suam
Porrigunt, rogantes victum, quos casu obvius
Simonides, ut vidit: dixi, inquit, mea
Mecum esse cuncta, vos quod rapuistis, periit.

Scitè in hanc rem D. Gregorius:

In Iamb. Tetrastich. l. 2.

Ἔφησε τις που τῶν φιλοχρύσων ὧδε
Θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον·
Πρὸς ὃν τις ἀντέφησε τῶν φιλοσόφων
Ῥανίς φρενῶν μοι μᾶλλον, ἢ βυθὸς τύχης.

Quum sic avarus diceret: sortis bonæ
Stillam vel antefero cado mentis bonæ:
Hunc doctus adversum inquit: At mentis bonæ
Guttam profundo præfero sortis bonæ.

Eadem

Eadẽ quoq; Themistocli mens fuit, qui cùm consuleretur, *Utrũ bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret: Ego*, inquit, *malo virũ, qui pecuniâ egeat, quàm pecuniã, quæ virô.* Cui illud Marci Imp. (quod obiter addo) non absimile factũ apud Herodianum: Τὰς θυγατέρας ἐν ὥρᾳ γενομένας ἐξέδωκεν ἀνδράσι τῆς συγκλήτου βουλῆς τοῖς ἀρίστοις, οὐ τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς εὐπατρίδας, οὐδὲ τοὺς πλούτου περιβολαῖς, λαμπροὺς, κοσμίους δὲ τὸν τρόπον καὶ σώφρονας τὸν βίον, γαμβροὺς αὐτῷ γενέσθαι θέλων. ταῦτα γὰρ μόνα ψυχῆς, ἴδια καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα. *Filias*, (uti convertit Angel. Politianus) *cùm adolevissent, optimis ex ordine senatoriô viris nuptum collocavit: neq; enim qui longam generis seriem præferrent, ac ostentarent opes nimias: sed qui morum probitate atq; modestiâ vitæque innocentiâ præcellerent, eos sibi generos deligendos putabat. Hæc enim sola animi bona certa esse, stabiliaque ducebat.* Solonis Epigramma hîc locum habet:

l. 1. Anthol. Plutarch. in ejus vitâ, & l. de accipienda ex hostib. util. Soloni etiã tribuit Basil. in Or. πρὸς νέους. Idem Epigr. legás apud Teognid. v. 315.

Πολλοὶ μὲν πλουτοῦσι κακοὶ ἀγαθοὶ δὲ πένονται,
    ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμείψομεθα
τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον, ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον ἐστ'
    χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

Divitiis auget multos fortuna scelestos,
    Atq; bonos nullâ commoditate juvat.
Nos tamen haud dicemus, opes virtute priores,
    Hæc est certa; illa sors regit instabilis.

Vel:

Rem sceleratus habet, comes est virtutis egestas,
    Tu tamen hanc opibus, si sapis, anteferes.
Scilicet in virtute bonum est firmumq; manensq;,
    Casus opes fallax instabilisq; rotat.

Lubet hîc etiam adscribere Stephani Paschasii Poëtæ elegantissimi carmen, ad Aulum:

Tu nec opes, nec fortunæ ludibria crede,
    Ullam animo requiem posse parare tuo.
Sis licet, Aule, Mida, vel Crœso ditior ipso,
    Regum etiam si Rex, at miser esse potes.
Nulla quies nobis externâ quæritur arte:
    Quicquid id est, nostrô manat ab ingeniô.

Senec. Octavia.

Non tantùm autem:

——— *sola perpetuò manent*
Subjecta nulli, mentis atq; animi bona.

Sed etiam comitem & associam indivisam habent gloriam; cujus omnibus bonis plus quàm divitiarum esse oportere, ex parente suo, aliisque sanctis viris se accepisse, Marius testatur apud Salustium. Quam in sententiam pulcherrimè Qu. Smyrnæus:

Bell. Jugur. l.14.

Ἀνέρι γὰρ πινυτῷ καὶ ἐπίφρονι πολλὸν ἀμείνων
κῦδος καὶ χρυσοῖο καὶ ὄλβου, ὃ δὲ καὶ ἄλλων
ἐσθλῶν ὁππόσα ἐστὶ καὶ ἔσσεται ἀνθρώποισι.

Gloria quippè viro prudenti plurimùm & aurò
Et domus & cunctis, quæ homini contingere possunt
Antistare bonis, ac pensior una putanda est.

Pindarus quoquè:

εἰ γάρ τις ἀνθρώπων δαπάνᾳ τε χαρεὶς
καὶ πόνῳ πράσσει θεοδμάτους ἀρετὰς
σύν τέ οἱ δαίμων φυτεύει
δόξαν ἐπήρατον ἐσχατιαῖς,
ἤδη πρὸς ὄλβον βάλλετ' ἀγκυ-
ραν θεότιμος ἐών.

Isthm.6.
Cætera sunt hominũ variò pendentia casu.
Quæ venit ex factis gloria, vera venit.

Sin quisquam sumptu laboreq́; adjutus, divinas perficit virtutes, ac illi juxta Deus amabilem gloriam parat, is ad summam certè felicitatem anchoram jacit, divinò honore adauctus. Quibus affinia sunt ista Theocritica:

In Idyll. cui titulus χάριτες.

Αὐτὰρ ἐγὼ τιμάν τε καὶ ἀνθρώπων φιλότητα
πολλῶν ἡμιόνων τε καὶ ἵππων πρόσθεν ἑλοίμαν.

Est mihi gloria pluris amicitiaq́; bonorum
Plurima quàm mulorum & equorum armenta tenere.

Gemina his est gravissima Pindari sententia, quam Coronidis locô adscribo:

Pyth.11.

ξυνᾶισι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς
τέταμαι. φθονεροὶ δ' ἀμύνονται ἄτᾳ.
εἴ τις ἄκρον ἑλὼν, ἡσυχίᾳ τε
νεμόμενος, αἰνὰν ὕβριν

ἀπέφυ

ἀντίφυγεν. μέλανος δ' ἂν ἐσχατιὰν
καλλίονα θάνατον ἔσχεν,
γλυκυτάτᾳ γενεᾷ
εὐώνυμον κτεάνων.
κρατίσταν χάριν πορών.

Equidem circa communes virtutes occupatus sum. Invidi enim suâ ipsorum noxâ puniuntur. Sin quisquam vitæ suæ summam decerpserit, & in tranquillitate transegerit, ita ut gravem semper declinarit injuriam, meliorem is tandem, nigri Ditis sortem & mortem adeptus est: quippè qui sapientissimæ posteritati suæ, optimam præ divitiis gratiam, bonam nempe famam reliquit.

Ad quam mentem idem alibi: Nem. od. 8.

εἴη μή ποτέ μοι τοι-
οῦτον ἦθος Ζεῦ πάτερ. ἀλλὰ κελεύθοις
ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν. θανὼν ὡς
παισὶ κλέος. μὴ τὸ δύσφαμον προσάψω
χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεροι,
ἀπέραντον. ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἁδὼν, καὶ
χθονὶ γυῖα καλύψαι-
μ' αἰνέων αἰνητὰ, μομ-
φὰν δ' ἐπισπείρων ἀλιτροῖς

Ejusmodi mihi nunquam oro contingat Jupiter pater, verùm simplicibus vitæ semitis ingrediar, uti mortuus liberis meis celebritatem, nimirum non pessimam famam relinquam. Alii auri sibi copiam, alii infinitos agros exoptant. Ego verò civibus placens, in terram corpus meum occuluerim honesta laudans, injustos verò rebus condemnationem adjiciens. In eandem prorsus sententiam Sanctus Isidorus: *l. 3. Ep. 392.*

Ἀρετῆς σημεῖον οὐ μικρὸν, ὦ ἄριστε, ἀλλ' ὡς δυνατὸν καὶ μέγιστον ἐκφέρεις προηρημένος δόξαν καλὴν κτήσασθαι μᾶλλον ἢ πλοῦτον μέγαν συναγαγεῖν. ὥστε εἰ ἐμμείνῃς ταύτῃ τῇ γνώμῃ, οὐκ ἀπορήσεις τῶν ἐγκωμιασομένων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν σὴν φρόνησιν ἀγγέλων.

Non parvum, vir optime, verùm quantum maximum edi potest virtutis indicium exhibes, qui bonam potiùs famam colligere, quàm ingentes opes cumulare, in animum induxeris. Quamobrem, si in hac sententia persliteris, non defuturi sunt, qui te laudibus vehant, ac prudentiam tuam ad omnes mortales perferant.

Hæc fortassis antè oculos habuit Hieronymus Balbus Poëta Italus:

Desine divitias natis cumulare superbas,
Divitia parvo tempore namq; fluunt.
Non ita præcipites alternô vertice cymbas
Versat arenoso Scylla proterva mari:
Nec sic incerto agitantur fluctibus undæ,
Ut sors instabiles impia versat opes
Munera nulla valent natis majora parentes
Linquere, quàm laudis nomina clara suæ.

Quadrat huc etiam non ineptè, meô animô, Rabbi Schimeonis Apophthegma, quod adscribere, eademq; operâ illa, quæ adhuc dicta sunt, obsignare animus est:

שְׁלֹשָׁה כְּתָרִים הֵם כֶּתֶר תּוֹרָה
וְכֶתֶר כְּהֻנָּה וְכֶתֶר מַלְכוּת
וְכֶתֶר שֵׁם טוֹב עֹלֶה עַל גַּבֵּיהֶן׃

Hoc est:

Tres sunt coronæ, Corona legis,
Corona Sacerdotii, & Corona Regni.
Corona autem boni nominis ascendit supra omnes.

CAPUT XVII.

Opes ac divitias usu [1] commendari. Easdem non esse debere fomenta fastûs [2] & insolentiæ. Neque Luxuriæ [3] quam tandem, postquam Animum quoque [4] fœdâ contagione contaminarit ac corruperit, rerum omnium sequatur inopia [5] & turpis egestas. Verum [6] divitiarum usum in beneficentiâ consistere. Quam ob causam pauperum cura [7] curæ nobis præcipuè esse debeat.

CÆterùm, non eô hæc dicuntur animô, quòd abjicienda aut abnuenda censeamus influentis fortunæ dona. Nam, ut Homericus ait Alexander:

Iliad. ζ.

οὔ τι

ὄ τι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικύδεα δῶρα

ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο.

Hoc est, interprete Apulejô : *Munera Deûm gloriosissima nequaquam aspernanda: quæ tamen ab ipsis tribui sueta, multis volentibus non obtingunt.* A Deo autem perenni omnium bonorum fonte divitias quoq; provenire, vel Pindarus testis est: Apol. 1. Pyth. 8.

εἰ δέ τις ἐσλὰ πέπαται

μὴ σὺν μακρῷ πόνῳ, πολλοῖς σοφὸς

δοκεῖ πεδ' ἀφρόνων

βίον κορυσσέμεν ὀρθοβούλοι-

σι μαχαναῖς, τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται

δαίμων δὲ παρίσχει.

ἄλλοτ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων

ἄλλον δ' ὑπὸ χερῶν

μέτρῳ καταβαίνει.

Ubi quisquam citra diuturnum laborem opulentus est, is multis insipientium sapiens, videtur facultates illas rectorum consiliorum artibus peperisse. At hae in humanis viribus non sunt. Deus verò hae præbet, qui aliàs alium extollens, alium potentiâ suâ, pro modô tamen, dejicit.

Adde quod virtutibus junctæ opes maximarum sint virium, eodem, attestante. Olymp. 2.

ὁ μὲν πλοῦτος ἀρεταῖς

δεδαιδαλμένος,

φέρει τῶν τε, καὶ τῶν

καιρόν. βαθεῖαν ὑπέχων

μέριμναν ἀγροτέραν.

ἀστὴρ ἀρίζηλος. ἀλαθινὸν

ἀνδρὶ φέγγος.

Divitiæ virtutibus exornatæ, variarum rerum opportunitatem adferunt, non modicam, sed arduam atq; adeò severam solicitudinem suppeditantes. Quin & clara hujusmodi divitiæ stella, & verum homini lumen sunt.

τὸ πλου-

τεῖν σὺν τύχᾳ πότμου

σοφίας, ἄριστον. Pyth. 2.

Divi-

Divitiæ ubi sapientiæ sorti conjunctæ fuerint, præstantissimæ sunt. Quod ipsum repetit alibi:

Pyth. 5.

ὁ πλοῦτος εὐρυσθενὴς
ὅταν τις ἀρετᾷ κεκρα-
μένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ
πότμου παραδόντος αὐτὸν ἀνάγῃ
πολύφιλον ἑπέταν.

Magnarum sunt virium divitiæ, quum eas purâ virtute mixtas, mortalium quisquam, fortunâ dante, amicorum frequentia comites protulerit.

de vit. beat. 21.

Et hinc vir sapiens, ut est apud Senecam, non indignum se ullis muneribus fortuitis putat. *Non amat divitias, sed mavult: non in animum illas, sed in domum recipit: nec respuit possessas, sed continet, & majorem virtuti suæ materiam subministrari vult.* Non eô, inquam, hæc dicuntur animô. Quis enim fortunæ benignitatem à se submoveat? Sed ut moneamur, in divitiarum possessione & usu, cautione ac prudentiâ singulari opus esse. Id quod post alios monet Paulus Silentiarius eleganti Epigrammate, quod adscribo:

Sen. Thyest.

ἢ τῇ τὴν χαρίεσσαν ἔχει φύσιν, ἀλλὰ τὸ ῥῖψαι
φροντίδας ἐκ στέρνων τὰς πολιοκροτάφους.
πλοῦτον ἔχειν ἐθέλω τὸν ἐπάρκιον. ἡ δὲ περισσὴ
θυμὸν ἀεὶ κατέδει χρυσομανὴς μελέτη.
Ἔνθεν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρείονα πολλάκι δήεις
καὶ πενίην πλούτου, καὶ θάνατον βιότου.
Ταῦτα σὺ γιγνώσκων, κραδίης ἰθυνε κελεύθους.
εἰς μίαν εἰσορόων ἐλπίδα, τὴν σοφίην.

Ni quis ab immodicis animum subduxerit omnem
Curis, jam vitæ gratus abibit honos.
Quod satis est cupio: mihi porrò displicet auri
Sævus amor, mentem lædere namq; solet.
Divitiisq; ferè (nimium peccatur utrimq;)
Pauperies, vitâ morsque petenda magis.
Propterea, quocunq; demum fortuna vocarit.
Consiliô prudens res moderare tuas.

Non

Non is enim ex Luciani mente verè dives dici potest, qui ad calculos semper sedens, opes alias super alias, apũ instar in alveolis mella constipantium, ad aliorũ magis, quàm proprios usus, coacervat: sed is potiùs, qui facultatibus suis rectè uti novit:

Is dives censendus, non qui abundat, sed rectè utitur divitiis.

l. 1. Anthol. t. 67. Confer Theocr. Idyll. 17.

Τὸν δὲ πολυκτέανον, καὶ πλούσιον ἐστὶ δίκαιον
κλήζειν, ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.
εἰ δέ τις ἐν ψήφοις κατατήκεται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
σωρεύειν αἰεὶ πλοῦτον ἐπειγόμενος,
ἶσος ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σίμβλοις
μοχθήσει, ἑτέρων δρεψαμένων τὸ μέλι.

Hic audet locuples meritò, qui noverit uti
Divitiis, arca nec malè damnat opes;
Qui subducendâ semper ratione macrescit,
Et festinat opes accumulare opibus:
Cui geminum hunc dicam? nisi, quæ mortalium in usum.
Haud sibi, in alveolis mella recondit, api.

Huic adfine est & illud incerti auctoris:

l. 2. Anthol. εἰς φειδωλούς.

Πλουτεῖν φασί σε πάντες, ἐγὼ δέ σε φημὶ πένεσθαι·
χρῆσις γὰρ πλούτου μάρτυς, Ἀπολλόφανες.
ἂν μετέχῃς αὐτῶν σύ, σὰ γίγνεται· ἂν δὲ φυλάττῃς
κληρονόμοις, ἀπὸ νῦν γίγνεται ἀλλότρια.

Sis aliis dives, mihi semper habebere pauper:
Divitem, Apollophanes, nam facit usus opum.
Tùm demùm tua sunt bona, cum tu pasceris illis:
Cùm servas aliis, tunc jam aliena facis.

Sic Socratis dictum Basilius laudat, qui de divite, opibus superbè se efferente, negaverit, antè sibi admirationi eum fore, quàm experimentum cepisset, quomodò illis uti sciat: Τὸ τοῦ Σωκράτους, inquit, εὖ ἔχει, ὃς μέγα φρονοῦντος πλουσίου ἀνδρὸς ἐπὶ τοῖς χρήμασιν, οὐ πρότερον αὐτὸν θαυμάσειν ἔφη, πρὶν ἂν καὶ ὅτι χρῆσθαι τούτοις ἐπίσταται πειραθῆναι. Et multis locis D. Chrysostomus hoc inculcat, divitias apud Græcos ab utendo nomen accepisse: διὰ τοῦτο (inquit aureum illud Orationis flumen) χρήματα λέγεται, ἵνα χρώμεθα εἰς δέον: οὐχ ἵνα φυλάττωμεν. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστι κεκτῆσθαι, ἀλλὰ κληθῆναι. *Inde* χρήματα *dicta opes, ut illis utamur ad necessitatem: non ut defodiamus: hoc enim non est possidere opes, sed possideri.* Et alibi: Τὰ χρήματα δεῖ κεκτῆσθαι ἐν τάξει δεσποτῶν, καὶ μὴ

Οὐ βαρύποτμον ἄνδρα γενέσθαι.

Nemi-

Neminem sine diis dico beatum,
Neq; miserum hominem esse.

Item:

Androm. v. 851.

——— συμφορὰ θεήλατος
πᾶσι βροτοῖσιν ἢ τότ' ἦλθεν ἢ τότε.

Calamitates divinitùs
Omnibus hominibus veniunt, aut tunc, aut tunc.

Sophocles:

Ajac. flagellif.

Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ταῦτα, καὶ τὰ πάντ' ἀεὶ
Φάσκοιμ' ἂν ἀνθρώποισι μηχανᾶν θεούς.
Ego verò ista, & alia prorsus omnia
Permittere atq; immittere autumo Deos.

Theognis, multis locis:

Θεοῖς εὔχου, οἷς ἐστὶ μέγα κράτος. οὔτοι ἄτερ θεῶν
γίνεται ἀνθρώποις, οὔτ' ἀγαθ' οὔτε κακά.
Orabis superos, solis quibus alta potestas,
Eveniunt nobis quæ placuere Deo.
Οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' ὄλβιος, οὔτε πενιχρὸς
οὔτε κακὸς νόσφιν δαίμονος, οὔτ' ἀγαθός.
Nemo hominum felix miser aut sine numine Divum
Non vitium aut virtus, ni Deus annuerit.
Ἄνθρωποι δὲ μάταια νομίζομεν, εἰδότες οὐδέν.
θεοὶ δὲ κατὰ σφέτερον πάντα τελοῦσι νόον.
Vana homines ratio circumfert undiq;, Cyrne,
Eveniunt superis quæ placuere diis.
Οὐδεὶς Κύρν' ἄτης καὶ κέρδεος αἴτιος αὐτὸς
ἀλλὰ θεοὶ τούτων δώτορες ἀμφοτέρων.
Fortunæ auctorem nullus se dixerit unquam
Juppiter est, qui dat, quiq; carere sinit.

II. Quod cùm ita sit:

Stat. lib. 6. Theb.

——— *Quid Numina contra*
Tendere fas homini?

Aut:

——— *contrà quis ferat arma Deos?*

Pati nos oportet, quod illi faciant, cujus potestas plus potest. Plaut.

Οὐ γὰρ

Οὐ γὰρ ἴσον μακάρων ὀργαῖς, θράσος ἐστὶ μερόπων, ut Lucianus alicubi: *Neq; enim par est Beatorum potentiæ confidentia hominum*; Hinc eleganter Theognis:

> Οὐκ ἔστι θνητοῖσι πρὸς ἀθανάτους μαχέσασθαι
> Οὐδὲ δίκην εἰπεῖν οὐδενὶ τοῦτο θέμις.
>
> *Nulli cum superis homini contendere fas est,*
> *Pro jure hanc litem nemo probare volet.*

Homero hoc sedit:

> οὐκ ἂν ἔγω γ' ἐθέλοιμι Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι.
>
> *Non quidem ego velim cum Jove Saturnio pugnare.*

Τίς γὰρ Θεοῦ σοφώτερος; (Nicetæ Choniatæ verba sunt) ἢ τίς μετεκλίνευσε νοῦν Κυρίου, καὶ μεταμείψει τὰ ἐκείνου κρίματα, ὑφελὼν ἢ προσθεὶς λόγοις διδόμενος; σφαλεραὶ μὲν γὰρ αἱ τῶν ἀνθρώπων ἐπίνοιαι, ἡ δὲ τοῦ Κυρίου βουλὴ ἀνεπίτριπτός τε καὶ ἀμετάπτωτος. *Quis enim est Deô sapientior? aut quis Domini animum explorabit? ejusque judicia vel addendo, vel detrahendo mutabit? Nam hominum quidem cogitationes lubricæ sunt: Dei verò consilium non est irritum nec mutabile.* Idem & Gamalielis, & ipsius etiam D. Pauli monitum; μὴ θεομαχεῖν: quod sequenti carmini fundum præbuit: Ann. p. 22.

> *Viribus annixus licet omnibus, haud tamen unquam* Act. 5. v. 31. & c. 23. v. 9.
> *Efficies, quod noluerit divina voluntas.*
> *Omnibus intensis nervis quoq;, non tamen unquam*
> *Impedies, quod constituit divina voluntas.*
> *Quare ne quicquam superis contendere noli:*
> *Ut probibent cœlo bellum fecisse Gigantes,*
> *Impositum quum obstupuit sibi Pelion ossa:*
> *Quin te humilem potius validæ Domini abjice dextræ:*
> *Ut quum ipsi visum fuerit, te sublevet olim.*
> *Durum namq;, pedem stimulo objectare petulco.*

Nec abludit illud Scaligeri:

> *Turgente salô hoc turbida jactatio si quem* l. 4. Epid.
> *Ita succutit, ut protinus haud ferre potis sit,*
> *Nec quas metuit nausea fluctuationes:*
> *Incendat is ægrotumq; animum, ac Deos querelis*
> *Expostulet? obtundat inaniter quiritans?*
> *Aufer. Nihil hic proficis. Haud tibi est ab illis*

Malitia ea, tua ferocia at exprobr et utilis
Si debita constantia non potest locari.

III. Hinc igitur ii, quibus fortuna minùs prospera à Deo assignata est, ita apud animum suum philosophantur: *Optimum esse pati, quod emendare non possis: & Deum, quô auctore cuncta proveniunt, sine murmuratione comitari.* Quam in sententiam perillustris est locus apud Oppianum:

Placeat homini, quicquid Deo placuit. Senec. Epist. 107.

l. 2. Ἁλιευτ. v. 4.

------- Τί γὰρ μερόπεσσιν ἀνυστὸν
Νόσφι θεῶν; οὐδ' ὅσσον ὑπ' ἐκ ποδὸς ἴχνος ἀεῖραι
Οὐδ' ὅσσον ἀμπτύξαι βλεφάρων περιφαία κύκλα.
Ἀλλ' αὐτοὶ κραίνουσι, καὶ ἰθύνουσιν ἕκαστα
πλησίον ἐγγὺς ἐόντες. ἀναγκαίη δ' ἀλίαστος
πείθεσθαι. τὴν δ' οὔ τι πέλει σθένος. οὐδέ τις ἀλκὴ
ἀρχαίης γενύεσσιν ὑπερφιάλως ἐρύσασθαι
ἐκφυγέειν, ἅ τε πῶλον ἀπειλήσαντα χαλινῶν.
Ἀλλ' αἰεὶ μάκαρες πανυπέρτατοι ἡνία πάντῃ
κλίνουσ', ᾗ κ' ἐθέλωσιν, ὁ δ' ἕπεται ὅς κε σαόφρων,
πρὶν χαλεπῇ μάστιγι καὶ οὐκ ἐθέλων ἐλάεσθαι.

Quos versus ita in Latinum transtulit Rittershusius:

Absq; Deo quid enim facilè est mortalibus ægris?
Qui non ulla queant per se vestigia plantæ
Tollere, non orbes valeant aperire oculorum:
Sed superi omnibus imperitant: hi cuncta gubernant
Comminus atq; procul. Lex autem immota statuta est.
Obsequium præstare Deo. Hac non viribus ullis
Robore non ullo quisquam se abruperit unquam.
Indomitus quamvis ceu pullus frena reluctans
Mordeat. Æternas superi moderantur habenas
Flectentes quocunq; velint. Hos sponte sequetur
Cui sapiet pectus, durô ne fortè flagellô
Sectus, invitus, fatum quò torquet, agatur.

Iph. in Aul.

Idem sibi vult illud Euripideum:

οὐκ ἐπὶ πᾶσι σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,
Ἀγαμέμνον ἀτρεύς.
Δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι.

Omnibus

Θνητὸς γὰρ ἔφυς. κἂν μή σὺ θέλῃς.
Τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται.
Non te sevit ad omnia læta
Agamemnon Atreus.
Gaudere atq; dolere necesse est:
Mortalis enim es. Sin tu nolis
Tamen eveniet: sic diis placitum.

Nihilque ferè aliud totô Enchiridiô suô agit Epictetus, quàm ut hanc sententiam nobis inculcet probè. Ac in fine tanquam in Epitomen hanc contrahit:

Ἐπὶ προχείρου πάντως ἑκτέον τάδε
Ἄγε δή με, ὦ Ζεῦ, καὶ σύ ἡ πεπρωμένη
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος.
Ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος. ἢν δέ γε μὴ θέλω
Κακὸς γενόμενος, οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.
Ὅστις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκεν καλῶς
Σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖ' ἐπίσταται.
Optanda sunt hæc quicquid acceptaveris:
Tu Jupiter me ducito, & Fatalitas,
Quocunq; vobis destinatus ipse sum.
Sequar lubens & alacer. At si non sequar
Et improbus fiam, & tamen cogar sequi.
Necessitati qui probè se accommodat
Sapit, Dei negotiorum conscius.

Ad horum versuum mentem non invenustè Palladas: *l. 1. Anthol.*

εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρου. εἰ δ' ἀγανακτεῖς
καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.
Si ducunt te fata, feras: dolor additur omni
Invito, & collò non minus illa trahunt.

A cujus Epigrammatis sententiâ, quæ Biantis esse fertur, non abhorret hoc: *V. Lucian. in dial. Menip. & Cerb.*

εἰ μὲν μαθεῖν ἃ δεῖ παθεῖν
καὶ μὴ παθεῖν. καλὸν μὲν μαθεῖν.
εἰ δεῖ παθεῖν ἃ δεῖ μαθεῖν
Τί δεῖ μαθεῖν; χρὴ γὰρ παθεῖν.

Scire scilicet, quæ debes subire,
Et non subire: pulchrum sit scire:
Sed si subire oportet, quæ licet scire,
Quorsum scire? nam debes subire.

Vel:

Si posset casus quisquam præscire futuros,
Et vitare simul: scire suave foret.
Sin patienda tibi prorsus quæ scire requiris,
Quid præscisse juvat? namq; necesse pati.

Lucianus.

Allusit huc festivè Demonax, qui cùm aliquando augurem publicitùs mercedis gratiâ vaticinantem conspexisset: *Non video*, inquit, *quam ob rem mercedem exigas. Etenim si hoc nomine exigis, quasi queas ea, quæ à Parcis immobili consilio decreta sunt, depellere, modicum postulas, quantumcunquè tandem postulaveris. Sin omnia quemadmodum DEO visum est eventura sunt, quid tua præstare potest vaticinatio?* Græca, si quis malit, hæc sunt: οὐχ ὁρῶ, ἔφη, ἐφ' ὅτῳ τὸν μισθὸν ἀπαιτεῖς. εἰ μὲν γὰρ, ὡς ἀλλάξαι τι δυνάμενος τῶν ἐπικεκλωσμένων ὀλίγον αἰτεῖς, ὁπόσον ἂν αἰτῇς· εἰ δὲ ὡς δέδοκται τῷ Θεῷ πάντα ἔσται, τί σου δύναται ἡ μαντική.

Epictet. apud Arrian l. 1. c. 1.

Porrò, de eodem negotiô sapientissimus senex, cujus paulò antè facta mentio, ita philosophatur: Τί οὖν δεῖ; τὰ ἐφ' ἡμῖν βέλτιστα κατασκευάζειν. τοῖς δ' ἄλλοις χρῆσθαι ὡς πέφυκε. πῶς οὖν πέφυκεν; ὡς ἂν ὁ Θεὸς θέλῃ. *Quid ergò nobis opus est factô? Nempè ut ea, quæ nostra sunt in potestate, quàm rectissimè adornemus: reliquis autem rebus utamur, pro ut dant sese. Sed quô pactô sese dent, rogas? Eô nimirum, quô visum fuerit Deo.* Hinc ejusdem monitum: τῷ Θεῷ πειθώμεν ἵνα μὴ θεοχόλωτοι ὦμεν. *Pareamus Deo, ut ne in vindictam incidamus divinam.*

l. 3. c. 1.

Animus æquus optimũ est ærumnæ condimentũ.

Amplius idem monet, ut res & rationes nostras ita instituamus, quò animô exporrectô & infractô, sublatis in cœlum oculis, Deum ita alloqui queamus: εἰς χρῶμαι λοιπὸν εἰς ὃ ἂν θέλῃς. ὁμογνωμονῶ σοι ἴσος εἰμί. οὐδὲν παραιτοῦμαι τῶν σοι δοκούντων ὅπου θέλεις ἄγε· ἣν θέλῃς ἐσθῆτα περίθες. ἄρχειν με θέλεις, ἰδιωτεύειν, μένειν, φεύγειν, πένεσθαι, πλουτεῖν, ἐγώ σοι ὑπὲρ ἁπάντων τούτων πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀπολογήσομαι. δείξω τὴν ἑκάστου φύσιν οἵα ἐστίν. *De reliquo utere me, quacunq; in re voles, non dissentiam à te, & ex æquô paratus sum: nihil recuso eorum, quæcunq; tibi visa fuerint, quò voles, duci-*

ducito, quâ libuerit veste me induito, sivè gubernare me voles, sivè privatam viam agere, manere, exulare, pauperem esse, abundare: ego super his omnibus apud homines causam tuam tueri volo, planumquè faciam qualis cujusq; rei sit natura. Hoc ipsum alibi repetit elegantissimis verbis, quæ temperare mihi non possum quin adscribam:

Μή τι παρέβην σου τὰς ἐντολάς; μή τι πρὸς ἄλλα ἐχρησάμην ταῖς ἀφορμαῖς ἃς ἔδωκας; μή τι ταῖς αἰσθήσεσιν ἄλλως; μή τι ταῖς προλήψεσι; μή τι σοί ποτ' ἐνεκάλεσα; μή τι ἐμεμψάμην σου τὴν διοίκησιν; ἐνόσησα ὅτε ἠθέλησας. καὶ οἱ ἄλλοι. ἀλλ' ἐγὼ ἑκών. πένης ἐγενόμην σοῦ θέλοντος, ἀλλὰ χαίρων. οὐκ ἦρξα, ὅτι σὺ οὐκ ἠθέλησας. οὐδέποτ' ἐπεθύμησα ἀρχῆς, μή τί με τούτου ἕνεκα στυγνότερον εἶδες; μὴ οὐ προσῆλθόν σοι ποτὲ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, ἕτοιμος εἴ τι ἐπιτάσσεις, εἴ τι σημαίνεις; νῦν με θέλεις ἀπελθεῖν ἐκ τῆς πανηγύρεως; ἄπειμι· χάριν σοι ἔχω πᾶσαν, ὅτι ἠξίωσάς με συμπανηγυρίσαι σοι, καὶ ἰδεῖν ἔργα τὰ σὰ, καὶ τῇ διοικήσει σου συμπαρακολουθῆσαι σοι. ταῦτά με ἐνθυμούμενον, ταῦτα γράφοντα, ταῦτα ἀναγινώσκοντα καταλάβοι ὁ θάνατος. lib. 2. cap. 5. lib. 4. c. 3.

Num tua præcepta prætergressus sum, ô Deus? num appetitionibus, quas à te habeo, ad alia obtinenda sum usus? num sensibus aliter? num anticipatis notionibus? aliquando ne accusavi te? aut reprehendi tuam dispensationem? Ægrotavi, quum ita tibi visum fuit. Sed & alii: at ego patienter. Inops factus sum, cùm ita velles tu: sed gaudebam. Non præfui gubernando aut gessi Magistratum, quia noluisti: ideò ne expetivi quidem, nec vidisti hanc ob causam me tristiorem. An occurri tibi aliquando parum læto vultu? semper paratus, si quid mihi mandes, si quid significes. Nunc & conventu illo, si vis me decedere, decedam. Gratias verò ago tibi, quod me tuum conventum celebrare permiseris, atquè inspicere opera tua, ac voluntati tuæ in omnibus obediendum effeceris. O utinam hæc cogitantem, hæc scribentem, hæc legentem, mors opprimat!

Hisce omnibus germana & adfinia tradit Seneca multis locis: *Philosophandum est*, inquit, *sive nos inexorabili lege fata constringunt, sivè arbiter Deus universi cuncta disponit, sivè casus res humanas sine ordine impellit & jactat, Philosophia non tueri debet. Hæc adhortabitur, ut Deo libenter pareamus, ut fortunæ contumaciter resistamus: hæc docebit, ut Deum sequaris, feras casum.* Et alibi: *Virum bonum concedas necesse est, summæ pietatis erga Deos esse: itaquè quicquid illi acciderit, æquo animo sustinebit: sciet enim id accidisse lege divinâ, qua universa procedunt.* Et rursus: *Si quid credis mihi, intimos affectus* Epist. 16. Epist. 76. Epist. 96.

meos tibi cùm maximè detego: in omnibus, quæ adversa videntur & dura, sic formatus sum: Non pareo Deo, sed assentior: ex animo illum, non quia necesse est, sequor. Nihil unquam mihi incidet, quod tristis excipiam, quod malo vultu. Item: *Quicquid ex universi constitutione patiendum est, magno excipiatur animo. Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia; nec perturbari his, quæ vitare nostræ potestatis non est. In regno nati sumus: Deo parere libertas est.*

De vit beat. 15.

IV. Cui aureo dicto Philo consonat de regnô: Θεῷ δουλεύειν, οὐκ ἐλευθερίας μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλείας ἄμεινον. *Deo parere, non libertate solùm, sed regno præstantius est.* Respexit huc J. Billius:

Sola salus servire Deo, sunt cætera fraudes.

l. 3. Antholog. 73.

Libertas nulla est melior majorq́; potestas
Quàm servire Deo, cui benè servit amor.
Absq́; jugô posita est ditionis amica voluntas
Quæ viget affectu, non gemit imperiô.

In hac sapientiæ humanæ schola enutritus fuit Thymarides Tarentinus Pythagoricus, qui (ut Jamblich. memoriæ tradidit) navē conscensurus, adclamanti cuidam ex amicis, & adprecanti: *Contingant tibi, ô Thymarides, Deûm munere, quæcunque volueris!* Dii meliora respondit: *Velim potiùs, quæcunq́; à Diis eventura sunt.* Jamblichum audire, si lubet, licet: Ἀποπλέοντι τοῦ Θυμαρίδα καὶ χωριζομένου διὰ τινα περίστασιν, περιέστησαν οἱ ἑταῖροι ἀσπαζόμενοί τε καὶ προπέμποντες ἀποτασσόμενοι. καί τις ἤδη ἐπιβάντα τοῦ πλοίου εἶπεν, ὅσα βούλει παρὰ τῶν θεῶν, ὦ Θυμαρίδα. καὶ ὅς, εὐφήμει· ἀλλὰ βουλοίμην μᾶλλον ὅσα μοι παρὰ τῶν θεῶν γίνηται. Addit .a. Jamblich. suam de hoc Apophthegmate ἐπίκρισιν: Ἐπιστημονικὸν γὰρ τοῦτο ἡγεῖτο μᾶλλον καὶ ἔννομον, τὸ μὴ ἀντιτείνειν, καὶ συναρεσκεῖν τῇ θείᾳ προνοίᾳ. Ex hoc fundo depromtum videtur illud Scaligeri:

l. 3. Epidorp.

Ne quære tibi res fieri, ut velis, & optes.
Optes potiùs, res tibi velle quomodo sunt.
Non illa movebis: nec ea ipsa te movebunt.

Idem animi & Socrati fuisse fuisse videtur, cujus noti sunt versus commendati apud Platonem:

Alcibiad.

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδου· τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις.
Da bona, sive rogêre, Deus, seu nulla rogere:
At mala pelle procul, nobisq́; petentibus aufer.

In

In quam sententiam Belgius quoque precari solebat hôc suô tetrastichô: *V. Ant. Guevarr. l. 1 Ep. Aur. Ritter. Not. in Isid. l. 3. Ep. 171.*

> *Si tibi, summe Pater, tibi si res ista probatur,*
> *Quam peto, propositi sit rata summa mei.*
> *Sin minus, eventu careant mea vota; sed illud*
> *Fiat, quod fieri mens tua sancta jubet.*

Sic itaq; qui apud animum suum statuunt, hoc est, voluntatem suam ad sapientissimam DEI providentiam componunt, minimè verò petunt, ut divina providentia suis cupiditatibus subserviat: cuivis fortunæ se accommodant, eaq; decenter utuntur: quæ sunt adversa dissimulantes. Undè Scaliger in hac arte exercitatissimus: V. *Miseriæ optimè ferunt qui abscondant.* *l. 4. Epidorp.*

> *Si quid tibi Sors fecerit inimica sinistri*
> *Prudens tege: ne certa sit hostibus voluptas.*

Quod, ni fallor, antè oculos habuit Meibomius:

> *Si tibi sors aliquid facit invidiosa sinistri:*
> *Esse dies & si fortè noverca volet:*
> *Providus & prudens tege singula, ne qua voluptas*
> *Hostibus exsurgat certior indè tuis.*

Non tantùm autem (quod hic addere lubet) inimicis nostris, si quæ nobis contingunt mala, voluptatem pariunt; sed curiosioribus plerisq; τῆς ἐπιχαιρεκακίας morbô laborantibus: queis res aliorum adversas, occultasq; mala, non tàm investigare, quàm aliis etiam, plura sæpè illis adjiciendo, detegere, cumprimis gratum ac volupe est. ὡς γὰρ αἱ σικύαι, inquit eleganter Plutarchus, τὸ χείριστον ἐκ τῆς σαρκὸς ἕλκουσιν, οὕτω τὰ τῶν πολυπραγμόνων ὦτα τοὺς φαυλοτάτους λόγους ἐπισπᾶται· μᾶλλον δὲ ὥσπερ αἱ πόλεις ἔχουσί τινας πύλας ἀποφράδας καὶ σκυθρωπὰς δι' ὧν ἐξάγουσι τοὺς θανατουμένους, καὶ τὰ λύματα καὶ τοὺς καθαρμοὺς ἐκβάλλουσιν, ἐναγὲς δ' οὐδὲν οὐδ' ἱερὸν εἴσεισι καὶ διέξεισι δι' αὐτῶν· οὕτω καὶ τὰ τῶν πολυπραγμόνων ὦτα χρηστὸν οὐδὲν οὐδ' ἀστεῖον, ἀλλ' οἱ φονικοὶ λόγοι διέρχονται καὶ περαίνουσιν, ἐναγῆ καὶ μιαρὰ διηγήματα πορθμεύοντες. ἀεὶ δ' ἀοιδῶν μοῦσ' ἐν στέγαις ἐμαῖς κωκυτὸς ἐμπέπληκεν. αὕτη τοῖς πολυπράγμοσι μοῦσα καὶ σειρὴν μία, τοῦτ' ἥδιστον ἀκουσμάτων αὐτοῖς. *περὶ πολυπραγμοσύνης.* *Sicut enim cucurbitulæ pessimum à carne humorem educunt, sic aures curiosorum pessimos sermones ad se trahunt. Immò, sicut quibusdam in urbibus sunt portæ quædam nefastæ & tristes, per quas educuntur, qui à carnifice necandi sunt, & sordes atquè piacula, nihil autem sacrum per eas intrat aut exit: sic etiam curiosorum aures bonum nihil aut elegans, sed*

sed tantùm de cædibus sermones, ac piaculares ac impunæ narrationes personant atque atterunt:

> *Semperque soliis curiosi in ædibus*
> *Auditur ejulatus.* —

Hæc est unica id genus hominum Siren, hæc Musa, hæc illi omnium auditionum est suavissima. Et paucis interjectis: ὡς γὰρ οἱ μάγειροι φορὰν εὔχονται βοσκημάτων, οἱ δὲ ἁλιεῖς ἰχθύων, οὕτως οἱ πολυπράγμονες εὔχονται φορὰν κακῶν, καὶ πλῆθος πραγμάτων, καὶ καινότητας καὶ μεταβολάς, ἵνα ἀεί τι θηρεύειν καὶ κατακόπτειν ἔχωσι. *Nam sicut coqui pecudum, piscatores piscium uberem proventum: ita curiosi multorum malorum exoptant exortum, multorumque negotiorum, & res novas ac mutationes: ut semper venari aliquid & mactari possit.* Proindè prudenter modò laudatus Scaliger:

l. 3. Epist.

> *Si me coquat injuria fortuna lacescens:*
> *Me, illamque vicissim excoquam: & imminebo utrique.*
> *Irascitur? ita fruar: & dissimulabo.*
> *Ringetur ita, & cedet: & audacia vincet.*

Memor suiipsius præcepti:

> *Nec plausu bona, nec mala jactare querelis.*
> *Aut dissimula: aut te simula dissimulare.*

Quod ipsum etiam eleganter innuit magis, quàm dicit Pindarus:

Pyth. 3.

> ------- Τὰ μὲν ὦν
> οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν
> ἀλλ' ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.

Res adversas nesciunt moderatè ferre stulti: at sciunt sapientes, quæ pulcra sunt foràs, & in publicum vertentes. Ad quam mentem Seneca: *Ad utrosque casus aptus est: bonorum rector, & malorum victor. Sic, inquam, se exercuit, ut virtutem tàm in secundis, quàm in adversis exhibeat: nec materiam ejus, sed ipsam intueatur. Itaquè nec paupertas illum, nec dolor, nec quidquam aliud quod imperitos avertit, & præcipites agit, prohibet. Tu illum premi putas malis? utitur. Non ex ebore tantùm Phidias sciebat facere simulacra, faciebat ex ære: si marmor illi, si adhuc viliorem materiam obtulisses, fecisset quale ex illâ fieri optimum posset. Sic sapiens virtutem, si licebit, in divitiis explicabit; si minùs, in pauper-*

Epist. 81.

paupertate: si poterit, in patria; si minùs, in exsiliô: si poterit, imperator; si minùs, miles: si poterit, integer; si minùs, debilis. Quamcunq; fortunā acceperit, aliquid ex illâ memorabile efficit. Etenim, ut prǽclarè Heliodor. l.7.21.
συνετῶν γέ ἐστι καὶ τὰ δυστυχήματα ἐκ τῶν ἐνόντων πρὸς τὸ βέλτιον διατίθεσθαι. *Prudentium est, etiam parùm prosperos casus, quatenus fieri potest, in melius convertere.* Ad eandem faciem Teles Pythagoricus: Δεῖ ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ὑποκριτὴν, ὅ, τι ἂν ὁ ποιητὴς περιθῇ πρόσωπον, τοῦτο ἀγωνίζεσθαι καλῶς. οὕτω καὶ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, ὅ, τι ἂν περιθῇ ἡ τύχη. καὶ γὰρ αὕτη, φησὶν ὁ Βίων, ὥσπερ ποιήτρια, ὅτε μὲν πρωτολόγου, ὅτε ὑστερολόγου περιτίθησι πρόσωπον, καὶ ὅτε μὲν βασιλέως ὅτε δὲ ἀλήτου. *Oportet, sicut bonum histrionem, quamcunqué personam Poëta imposuerit, eam decorè exsequi & sustinere: sic & bonum virum, quamcunqué Fortuna dederit. Nam & hac, ait Bion, velut Poëtria, aliquando primi, aliquando ultimi actoris personam imponit: est etiam cum Regis, & aliàs mendici.* Zenoni eadem mens apud Laërtium: εἶναι γὰρ ὅμοιον τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ τὸν σοφόν· ὃς ἄν τε Θερσίτου, ἄν τε Ἀγαμέμνονος πρόσωπον ἀναλάβῃ, ἑκάτερον ὑποκρίνεται προσηκόντως. *Esse bono histrioni similem sapientem: qui sive Thersitæ, sive Agamemnonis personam acceperit, utramqué decenter exprimit & imitatur.* Venustè autem Epictetus, eos, qui fortunæ adversæ ictus molliùs ferunt, infantibus confert, qui ab uberibus & lacte remoti, plorant, nec prius cessant, quàm id, quod volunt, obtineant. Græca, si quis requirat, hæc sunt: Ap. Arrian. l.2.c.16.
Τί δ᾽ ὁ νόμος ὁ θεῖος; τὰ ἴδια τηρεῖν, τῶν ἀλλοτρίων μὴ ἀντιποιεῖσθαι ἀλλὰ διδομένοις μὲν χρῆσθαι, μὴ διδόμενα δὲ μὴ ποθεῖν. ἀφαιρουμένων δέ τινος, ἀποδιδόναι εὐλύτως. καὶ αὐτόθεν χάριν εἰδότα ἧς ἐχρήσατο χρόνου, εἰ θέλεις μὴ κλαίειν τὴν τίτθην καὶ μάμμην. *Sed quanam est lex illa divina? propria conservare, de alienis & externis non esse sollicitum: sed his datis & concessis uti, negata verò non requirere ac desiderare. Et si quis ista tibi eripiat, reddere tanquam non tua non gravatè: gratias agentem, quòd uti te his aliquanto tempore permiserit. Hæc facienda tibi sunt, si nolis instar puerorum mammas atqué tutthas implorare.*

Venit hic mihi in mentem Agrippinus ille, cui cùm pransuro denunciatum esset exilium, quô multatus esset à Nerone: singulari animi æquitate & præsentiâ: *Benè*, inquit, *habet, Ariciam ergò migremus, & ibi prandeamus.* In hunc Agrippinum tale fecit Epigramma M. Bergius: *V. Epict. ap. Arrian. l. 1. Stob. serm. 7.*

Sors Agrippino vitæ placet omnis, & ut res
Fersq; tulére, exin mentem animumq; gerit:
Tostus febre jecur, suâ febri encomia cantat:
Probra ferens, probris monstrat inesse decus.
Paupertate gravi presso, penuria laudes
Dictat, in hacq; stylum solvis & ora viri.
Denique pransurum, patria Nero privat. Ibi ille:
Rectè. In Aricinâ pascimur ergò casâ.

Nimirũ spontè fecerat Agrippinus quod coactus facere debuerat:

O quàm aurea, quàm plurima sunt dicta vetusta.
Ast illud erit fulmineæ severitatis
Ultrò facias, quod facere est tibi necesse.

Patientiæ effigies. Omni itaq; laude digna est animi in adversis moderatio & Patientia, cujus virtutis effigiem & habitum, ex Tertulliano Patrum antiquissimo hisce subjicere lubet: *Vultus*, inquit, *illi tranquillus & placidus, frons pura, nullâ mœroris aut iræ rugositate contracta: remissa aquè in lætũ modum supercilia, oculis humilitate, non infelicitate dejectis. Os taciturnitatis honore signatũ. Color, qualis securis & innoxiis. Motus frequens capitis in diabolum, & minax risus. Cæterùm amictus circum pectora candidus, & corpori impressus; ut qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedet in thronô spiritus mitissimi & mansuetissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilô livet, sed est teneræ serenitatis, apertus & simplex, &c.* Succinctè Saresberiens. *Sine patientiâ aut nullũ, aut rarum opus virtutis.* Unde venustè Granatensis scribit, id esse patientiam ad virtutẽ, quod panis ad vitam, qui ad cibos omnes, quibus vita ipsa alitur & sustentatur, necessarius est. *Si enim pomis vescaris, panis adhibendus est; si carnibus, si piscibus, si oleribus, si deniq; quovis alio cibo, panis necessarius est, sine quo omnis cibus non modò insuavis ad gustandum, sed ad vitam etiam parum sanus ac sufficiens est. Talis ergò est fortitudinis & patientiæ natura, sine quâ actiones suas virtus explicare nequit.*

l.3. c.14.
T.3. pag.29. & seq.

VI.
Odiô nõ fieri, si Deus V. B. fortunã, cum qua exerceatur, assignet: sed arcanâ quadã causâ quam curiosè percontari nefas.

Cæterùm, licet ex jam dictis constet, divinitùs nobis contingere, quæcunq; contingunt: non proindè tamen est, quòd falsa animum tuum teneat opinio, continuò exosos esse Deo, quos in hac vitæ scenâ cum maximis calamitatibus & ærumnis colluctari videas, adeò ut illud Mantuani usurpare possint:

Flu-

Fluctus ut insequitur fluctum: sic tempora volvit
Nostra catenatus sors inimica malis.

Sunt .n. arcanæ divini hujus judicii causæ, ad quas, ut Agellius loquitur, paucorũ potuit pervenire curiositas. Graviter Isidor. Τὸ εὐημερεῖν, inquit, τὸν πονηρὸν, καὶ τὸ ἐν τοῖς ἄκροις χαλεποῖς γίνεσθαι τὸν ἐπιεικῆ, καὶ τὸν εἰς λῆξιν ἥκοντα τῶν ἐπαίνων ἔμπαλιν, δυσόπαστόν ἐστιν ἀληθῶς καὶ δυσέφικτον, καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπότητος μετρίαν ἐπίνοιάν τε καὶ ὑπερβαίνοντα. Θείοις γὰρ κρίμασι παραχωρεῖν ἀναγκαῖον. *Quod improbus homo secunda omnia habeat, ac contra vir probus atq; omnibus laudibus, quæ in hominem cadere possent, cumulatus, in acerbissimis malis versetur, res profectò est conjectu atque comprehensu difficilis, atque humanæ naturæ modulum quàm longissimè excedens. Id enim divinis judiciis permittere necesse est.* Hoc innuunt Hebræorum filii, cùm dicunt: l. 2. c. 18. & ex eo Macr. l. 1. Satur. 11. l. 1. Ep. 137.

אֵין בְּיָדֵינוּ מִשַּׁלְוַת רְשָׁעִים וְאַף לֹא מִיִּסּוּרֵי הַצַּדִּיקִים׃

Hoc est: *Non est in manu nostrâ, neq; prosperitas impiorum, neq; castigationes justorum.* Videtur huc allusisse Ill. Scaliger: lib. 3. Epid.

Patitur sine culpa bonus, at non sine causa.
Quis facta, Deus quæ probat, improbabit amens?
Qui solus agit, solus & ille scit, quod egit.

Et rursus: lib. 5.

Frustra quereris, ringeris ejulasq; frustra:
Pravis quòd benè sit penitus, bonisq; pravè.
Non regna Dei socia hic. atq; regna mundi.

Nec malè de hoc negotiô Plutarchus: Πλεῖον ἐστὶ τοῦ περὶ μουσικῶν, ἀμούσους καὶ πολεμικῶν ἀστρατεύτους διαλέγεσθαι, τὸ τὰ θεῖα καὶ δαιμόνια πράγματα διασκοπεῖν, ἀνθρώπους ὄντας. οἷον ἀτέχνους τεχνιτῶν διάνοιαν ἀπὸ δόξης καὶ ὑπονοίας κατὰ τὸ εἰκὸς μετιόντας. *Gravius est, quàm de rebus Musicis, imperitum Musices; aut de bellicis, militiæ rudem verba facere, Res Deorum & geniorum velle perspicere, eum, qui sit homo: & tanquam artificis sententiam, artis ignarum opinionibus & probabilibus conjecturis investigare. Ne itaque progrediamur* (verba sunt D. Chrysostomi) *ultrà quàm fert mensura nostræ tenuitas, nevè curiosiùs, quæ suprà nos sunt, indagemus: id quod veritatis hostibus evenit, qui voluerunt propriis rationibus universa expendere, non cogitantes, quòd impossibile sit humanæ naturæ, Dei opificium penitus ediscere. Quid, inquam, Dei opificium? cùm* l. de his, qui serò, &c. Homil. 2. in Genes.

neque hominis, qui nobis naturâ cognatus est, artes undiquaque disquiri possint.

lib. 1. de Gub. Dei. Non possum autem hîc, nec licet, silentiô præterire gravissima Salviani verba, de hoc ipsô negotiô ad hunc modum philosophantis: *Quâ causâ Deus hæc, de quibus loquimur, ita faciat,* " *nolo à me requiras. Homo sum, non intelligo secreta Dei, investigare non* " *audeo, & ideò temeritatis est, si plus scire cupias, quàm sinaris. Sufficiat* " *tibi, quod Deus à se agi & dispensari cuncta testatur. Quid me interrogas, quare alter major sit, alter minor: alter miser, alter beatus: alter fortis, alter infirmus? Quâ causâ quidem hoc Deus faciat, non intelligo: sed ad plenissimam rationem abundè sufficit, quòd à Deo agi, ita demonstro.* " *Sicut enim plus est Deus quàm omnis humana ratio, sic plus mihi debet* " *esse, quàm ratio, quòd à Deo agi cuncta, cognosco. Nihil ergò in hac re* " *opus est, novum aliquid audire. Satis sit pro universis rationibus author* " *Deus: nec licet, ut de his, quæ divinô aguntur arbitriô, aliud dicas justum,* " *aliud injustum: quia quicquid à Deo agi vides atq; convinceris, necesse* " *est plus quàm justum esse fatearis.*

VII. *Explorant adversa virum.* Nihilo tamen minus humanæ mentis curiositas, in hujus rei indagatione, magnô quidem, non infelici tamen ausu, eò progressa est, ut mirum illi non videatur, si Deus ille bonorum Sen. Provid. 1. amantissimus, qui illos quàm optimos esse atq; excellentissimos vult, fortunam illis, cum quâ exerceantur, assignat. Comperit enim, *mollem & delicatam vitam Deum suis non promittere, neq;* Epist. 95. *in deliciis* (ut Seneca alicubi) *habere hominem sibi dilectum: sed illum explorare rebus adversis, exercere, durare, sibi ipsum præparare: idque inde usq; à primâ ætate in suis peragere.* Hôc autem modô DEUM omnes sanctos suos tractasse, ex sacrâ notum est Historiâ. Sic Deus ipsum etiam unigenitum Filium suum, quem ardentissimô amoris igne prosequebatur, gravissimas exsulii ærumnas, etiam adhuc infantem, experiri voluit. De quô Christi infantis exsulio, lubet adscribere elegantissimum Hieron. Meibomii carmen:

Exsulium & ærumnæ.

A teneris Christus patitur, fugit, exsulat, horret,
Consilia Herodis sanguinolenta feri.
Vis puero comes ire? cruci te subjice, & hospes
Crede peregrinos hic superesse lares.

Tuta

Tuta tamen statio est media inter flabra minasq́;
Vis Satanæ metis clauditur arcta suis.
Exsulia & lacrymas infinitosq́; labores
Sollicitis Christus computat articulis.
Ille pilos capitum numeravit providus, ille
Inscripsit dextra nomina nostra sua:
Ille redux patriô redivivos limine sistet.
O majora brevi præmia militiâ!

Sic (ut sexcentos alios taceam) Davidem duxit inde usq́; à primâ pueritiâ:

Vincenda cui mox prælia, & hostium
Frangenda mille monstra furentium
Sperare jam primis in annis
Ursa dabat cadens & leæna.

Vel:

Qui necem imbelli pecori minantem
Ursum, & audacem superans leonem,
Signa virtutis puer & futuri
Roboris edit.

Quicunq; autem non tantùm horum aliorumq́; exempla, quæ, fastidio parcens, enumerare supersedeo, diligentiùs intuetur; sed & illa, quæ antè pedes sunt, & nullô non tempore illis, quos tu meliore fortunâ dignos censeas, eveniunt, attentiùs considerat: proprias, ni fallit animus, ærumnas æquiore animô feret & exequetur. Quis enim ignorat communione miseriarum suas levari. Ut namq́; labor cum pluribus communicatus levior fit: sic item dolor. παραμυθίαν φέρει, inquit D. Chrysostomus, τὸ κοινωνοὺς εἶναι τῶν συμφορῶν. Et alibi: τὸ κοινωνοὺς εὑρέσθαι τῆς οἰκείας κακώσεως πολλὴν φέρει τοῖς ὀδυνωμένοις παράκλησιν. Quib. penè verbis & Lucianus utitur: φέρει δὲ παραμυθίαν καὶ ἡ κοινωνία τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ μὴ μόνον αὐτὸν πεπονθέναι. *Solatium affert societas rerum, nec solum cum malis conflictari.* Unde effictum illud vulgò notum:

Adversa cũ pluribus perferre, habent aliquod de societate solatium Symmach. lib. 2. Epist. 27.
Lips. 2 const. c. 26.
Homil 10. in 1. ad Tim.
Apanthism. tit. 13.
Non tu solus

Solamen misero est socios habuisse malorum.

Troad. v. 1008.

Quâ de consolatione, quæ à societate mali petitur, appositissimè Seneca Tragicus:

Dulce mœrenti populus dolentum,

Dulce lamentis resonare gentes.
Lentius luctus, lachrymæq; mordent,
Turba quas fletu simili frequentant.
Semper ah semper dolor ipse magnus
Gaudet in multos sua fata mitti,
Seq; non solùm patuisse pœnæ.
Ferre, quam sortem patiuntur omnes
Nemo recusat.
Nemo se credit miserum, licet sit:
Tolle felices, removeto multo
Divites auro, removeto centum
Rura qui scindant opulenta bobus
Pauperi surgent animi jacentes.
Est miser nemo nisi comparatus.
Dulce in immensis posito ruinis,
Neminem lætos habuisse vultus.
Ille deplorat, queriturq; fatum
Qui secans fluctum rate singulari
Nudus in portus cecidit petitos.
Æquior casum tulit, & procellas
Mille qui ponto pariter carinas
Obrui vidit, tabulaq; littus
Naufraga spargi, mare cum coactis
Fluctibus chorus prohibet reverti, &c.

Allusit huc Ludovicus Bigus venustô Epigrammate ad Gallum:

Cùm sit cunctarum mors, Galle, gravissima rerum
Communem velit hanc cur Deus esse petis.
Forsitan ut summam sors omnibus æqua ruinam
Soletur, plures quod premit, est levius.

Hinc idem aurei oris Doctor suprà laudatus, hoc dat consilium: ut in rebus nostris adversis aliorum cogitemus ærumnas graviores nostris. Ita fore, ut nostras feramus æquiore animô, & indè non parum solatii percipiamus. ἐννόησον, inquit, τὰ τούτων χείρω, ὅταν τι δεινὸν πάθῃς, καὶ ἱκανὴν ἕξεις παραμυθίαν· καὶ λογίζου τὸ δεῖ, εἰ ἐν πολέμῳ πεπτώκοις; τὸ δὲ εἰ ἐν πυρί; καὶ ἂν ἐὰν πάθωμεν, τὰ δεινότερα ἐννοῶ-

δυνοῦμεν, καὶ ἴσομεν ἀρκοῦσαν παραμυθίαν. καὶ τὰς τῶν ἀξιοτέρων πεπονθότων ἀεὶ ἀνασκοποῦμεν, καὶ εἰ αὐτοὶ βαρύτερα ἐπάθομεν πολύ.

Eadem, ni fallor, mens est Divo Gregorio Theologo, cùm in injuriis ferendis passionis Christi τοῦ σωτῆρος nos meminisse jubet: *l. 1. sent.*

Ἤν ποτ' ὕβρις ἐκκαίῃ τὴν σὴν φρένα,
Μνήσθητι Χριστοῦ, τῶν ἐκείνου τραυμάτων·
πόση τις μοῖρα τοῦτο τῶν τοῦ δεσπότου;
ὡς δ' αὖ τὸ λυποῦν ὥσπερ ὕδατι σβέσεις.

Si quando mentem injuria incendat tuam,
Christi memento, ejus memento vulnerum.
Quota namq; pars injuriarum heri tua est?
His omnis extinguetur imbribus dolor.

Sed ut ceptam anteà telam de calamitatibus & ærumnis Bonorum, pertexam, ad Senecam, à quo paulò antè digressus fui, redeundum. Sic autem ille: *Vir bonus Dei est discipulus, æmulator, & vera progenies, quem parens ille magnificus, virtutum non levis exactor, sicut severi patres, duriùs educat. Itaq; cùm videris bonos viros, acceptosqué diis, laborare, sudare, per arduum ascendere: malos autem lascivire, & voluptatibus fluere: cogita filiorum nos modestiâ delectari, vernularũ licentiâ: illos disciplinâ tristiori contineri, horum ali audaciam.* Et paulò post: *Patrium habet Deus adversus bonos viros animum, & illos fortiter amat, operibusqué, doloribus ac damnis exagitat, ut verum colligant robur.* Quâ loquendi formâ (quod velut in transitu notare libet) utitur etiam D. Gregorius: ὄντως κινδυνεύει ῥᾷον εἶναι δυσπραγίαν ἐνεγκεῖν, ἢ εὐπραγίαν διασώσασθαι, ὁπότε καὶ ἡμεῖς ἡνίκα ἐπολεμούμεθα τοῖς διωγμοῖς ῥωσθέντες καὶ συναχθέντες, ἡνίκα συνήχθημεν, διελύθημεν. Hoc est: *Profectò facilius esse videtur adversam fortunam ferre, quàm secundam conservare: quippe cùm nos etiam, qui, cùm bellô premeremur, ex persecutionibus robur comparavimus, atq; in unũ collecti sumus: idem posteaquam collecti sumus, diffluximus ac dilapsi sumus.* Geminus huic locus est apud eundem, quem notasse fors fuerit pretium operæ: *de Provid. 2.* *Orat. 3. de pace.* *Orat. 1 adv. Julian.*

ἡμεῖς γοῦν ὑψωθέντες ἐπὶ ἡμῖν ἐπιεικῶς τε καὶ μετρίως, καὶ κατὰ μικρὸν αὐξηθέντες, ὡς εἰς τοῦτο τὸ σχῆμα καὶ πλῆθος σὺν χειραγωγίᾳ Θεοῦ προελθεῖν, ἡνίκα ἐπλατύνθημεν ἐστενοχωρήθημεν, καὶ ἣν ἐν τοῖς διωγμοῖς, καὶ ταῖς θλίψεσι συνελεξάμεθα δόξαν καὶ δύναμιν, ταύτην εὖ πράττοντες κατελύσαμεν. Hoc est:

Nam

Nam cùm probi & moderati essemus, in altum sublati, eoq; paulatim provecti, ut in hanc rerum speciem hominumq; multitudinem Dei ope & favore perveneritmus, posteaquam dilatati fuimus, in arctum redacti sumus: quamq; in persecutionibus & calamitatibus gloriam potentiamq; collegeramus, eam in secundis rebus delevimus. Ad Senecam revertor denuò, qui venustè alicubi: *Hanc rationem*, inquit, *Dii sequuntur in bonis viris, quàm in discipulis suis Praeceptores, qui plus laboris ab his exigunt, in quibus certior spes.* Quâ comparatione etiam D. Hieronymus utitur, cùm ait: *Quem diligit Dominus, corripit, & castigat omnem filium, quem recipit. Non erudit pater, nisi quem amat. Non corripit magister discipulum, nisi eum, quem ardentioris cernit ingenii. Medicus, si cessaverit curare, desperat.* Et alibi: *Ità nos à Domino agi regiq; credamus, ut à Praeceptoribus ludorum reguntur discipuli: eis plurimum laboris ingerunt & imponunt, quos viderint solertibus ingeniis caeteris eminere.* Elegantia quoq; sunt D. Ambrosii verba: *Ita haec sunt*, ait, *ut Paedagogi parvulis amari videntur, acerbi & molesti, formidabiles verbere; libertatem lasciviendi negant; necessitatem disciplinae exigunt, pueriles animos, ne luxu diffluant, terrore constringunt: ideoq; austeritate frugi evadunt, sobrii, continentes, laudi magis quàm ludo dediti.* Et prorsus ad divinorum eloquiorum auctoritatem idem Seneca: *Hos Deus, quos probat, quos amat; durat, recognoscit, exercet. Eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcere: molles venturis malis servat.* Vel, ut Lactantius allegat: *Deus homines pro liberis habet: sed corruptos & vitiosos, luxuriosè ac delicatè patitur vivere: quia non putat emendatione suâ dignos. Bonos autem, quos diligit, castigat saepiùs, & assiduis laboribus ad usum virtutis exercet, nec eos caducis & mortalibus bonis corrumpi & depravari sinit.* Nimirum, hic est calix ille crucis, quem Deus iis, quos amat, quos probat, propinare consuevit. De quô sanè quàm eruditè & eleganter Cremcovius ita canit:

l. de Prov. 4. — Epist. 33. — T. 3. Epist. 6. — l. 6. Hexaëm. c. 6. — l. 5. c. 3.

Saepius adversa pressatur pondere sortis,
Si quis amat totô credere corde Deo.
Quàm qui perversâ Pietati mente remisit
Nuncia, non ullum qui renuitq; nefas.
Mos est iste Dei; peracerba absynthia myrrha
Temperat, ingustum datq; probanda Piis.

Heu

Heu mihi! quàm multi, cùm vertitur ordine crater
Horrescunt animis propter amara meri.
State Viri; tandem supra caput hostibus instat,
Jampridem meriti flammea pœna foci.
Turba crucis flores libat pia; reproba faces
Hauriet irarum, per stygis antra, Dei.

Convenienter his Divus Gregorius Nazianzenus: ὃν μὲν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει. καὶ πατρικὸν τὸ τῆς ἐπιτιμήσεως. ψυχὴ δὲ πᾶσα ἀνουθέτητος, ἀθεράπευτος. οὔκουν ὂ πληγῶναι χαλεπὸν, ἀλλὰ μὴ σωφρονισθῶναι τῇ πληγῇ χαλεπώτερον. *Quem enim amat Dominus, castigat, paternaq; benevolentiæ argumentum est objurgatio. Contrà omnis anima, quæ admonitionis est expers, incurabilis manet. Quocirca nequaquam grave est, plagis affici, sed plagâ meliorem non fieri gravius & acerbius est.* Huic causæ idem eloquentissimus Vir aliô locô duas adjicit alias, cùm inquit: καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ κακοπαθοῦσι καὶ ἅγιοι; εἴτε εἰς κάθαρσιν, καὶ τῆς μικρᾶς ἰλύος· εἴτε εἰς βάσανον ἀρετῆς, καὶ πεῖραν φιλοσοφίας, εἴτε εἰς παίδευσιν τῶν ἀσθενεστέρων ἐν ἐκείνοις μανθανόντων τὸ καρτερεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐκκακεῖν τοῖς πάθεσι. *Quid autem mirandum, si pii quoq; viri calamitatibus vexentur, sive ad exiguæ limi purgationem, sive ad virtutis explorationē experimentumq; patientiæ, sive denique ad imbecillorum eruditionem, qui in illis fortiter adversa perferre condiscunt, afflictionibusq; minimè frangi ac debilitari.* Aliena siquidem, piorum præcipuè hominum, pericula, tàm in ferendis, quàm declinandis malis cautos nos facere debent. Δεῖ χρηστοὺς εἶναι, inquit rursus idem alibi. τοῖς προπεσοῦσι, καὶ τῷ ἐλέῳ κερδᾶναι τὸν ἔλεον. ὀλολύζειν πίτυν, ὅτι πέπτωκε κέδρος· καὶ νουθετεῖσθαι τῇ τῶν πλησίον πληγῇ, καὶ διὰ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν τὰ οἰκεῖα εὖ θέσθαι, τοσοῦτον πλέον ἔχοντας τῶν προειληφότων, ὅσον ἡμᾶς δι' ἐκείνων σωθῆναι, ἀλλὰ μὴ δι' ἡμῶν ἑτέρους σωφρονισθῆναι. Hoc est: *Oportet, ut eos, qui priores in calamitatem inciderunt, benignitate complectamur, ac misericordiâ misericordiam nobis conciliemus: oportet, inquam, abietem ululare, quia cecidit cedrus, ac vicinorum plagâ erudiri, atq; per aliena mala rebus suis probè consulere, ut qui hoc utiquè nomine potiores simus quàm ii, qui præcesserunt, quòd ipsi per alios salutem consecuti simus, non autem alii per nostra mala fuerint eruditi.* In eandem autem cum prioribus sententiam it Felix Papa: *Quicquid justis adversitatum vel malorum irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examen, & sicut aurum quantò plus excoquitur, tantò melius*

Orat in plag. Grand. p. 62.

Te de aliis, quàm alios de te suaviùs fieri doctos. Pl.

Paterno Epist.

Hhh effici-

efficitur: sic justus, quantò plus tribulatur (si ipsam tribulationem patienter portaverit) multò purior & clarior Deo redditur. Quô quid aliud dicit, quàm quod Seneca? *Nunquam virtutis molle documentum est. verberat nos, & lacerat fortuna, patiamur. Non est sævitia; certamen est: quò sæpius adierimus, fortiores erimus.* Calamitas virtutis occasio est, cujus, ut Seneca Tragicus:

l. de Prov. 4.

Herc. Oeth.

per ipsas fulget ærumnas decor.

Hoc ipsum passim inculcat Pindarus:

Olymp. 5.

Apes ideò pungũt, quia ubicunq; dulce est, ibi & acidũ invenies. Petron.

Αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα-
τε μάρναται, πρὸς ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον.
Circa virtutes & labor & sumptus perpetuò depugnant,
Ut opus discrimine obtectum adsequare.

Olymp. 6.

Idem:

Ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ οὔτε παρ' ἀνδράσιν
Οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις τίμιαι· πολλοὶ
Δὲ μέμνανται, καλὸν εἴ τι ποναθῇ.

Quæ his versibus, qui scazontes appellantur, reddidit Fabricius;

Sudoris expers & periculi virtus,
Nec à viris, nec in triremibus famam
Meretur: At quod cum labore perfectum est,
Ejus viget perenne & inclitum nomen.

in Orpheo.

Sic Euripides:

ἀρετὴ, βαίνει διὰ μόχθων.

Hoc est, ut Cassius Parmensis interpretari videtur:

Non levis ascensus si quis petit ardua: sudor
Plurimus hunc tollit.

l. 4. Strom. p. mihi 3.0.

Quod expressum mihi videtur ex illo Simonidis dicto, relato à Cl. Alxandrinô: ἐστί τις λόγος, τὰν ἀρετὰν ναίειν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις· νῦν δέ μιν θοὰν χῶρον ἁγνὸν ἀμφέπειν· οὐδὲ πάντων βλεφάροις θνατῶν ἔσοπτος, ᾧ μὴ δακέθυμος ἱδρὼς ἔνδοθεν μόλῃ, ἵκηται εἰς ἄκρον ἀνδρείας. *Fertur virtus habitare in rupibus aditu difficilibus, nunc autem eam celerem castum locum tenere, & quæ nec aspici possit omnium mortalium ciliis, sed ab eò demum, quem sudor mordens animum intus penetraverit, & processerit ad summam animi magnitudinem.*

Quæ

Quæ omnia manasse videntur ex celeberrimâ illâ Hesiodi sententiâ:

τὴν μὲν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως· ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι, μακρός τε καὶ ὄρθιος οἶμος ἐφ' αὐτὴν
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

Omninò vitium facile est contingere cuivis.
Est via ad id brevis, & vicina in sede moratur.
Contra virtutem sudoribus undiq; divi
Præsepsere, & longus ad hanc perq; ardua callis,
Asper & est primum: sed ubi alta cacumina victor
Contigeris, jam fit facilis, licet ardua dudum.

Ad eundem scopum Poëtæ Latini certatim collineant. Lucanus: *l. 6.*

——— *Serpens, sitis, ardor, arena*
Dulcia virtuti: gaudet patientia duris.
Lætius est, quoties magno sibi constat honestum.

Claudianus:

Vile decus quod non erexit pravius horror,
Ingentes geminant discrimina magna triumphos.

Arator. *l. 2.*

——— *fit laurea justis*
Ex pretiô, quod terror agit, mansuraq; virtus
Crescit in adversis.

Silius: *l. 4. v. 605.*

Explorant adversa viros, perq; aspera durô
Nititur ad laudem virtus interrita clivô.

Venant-Fortunat.

Durum iter ad laudes; gravior via ducit in altum
Quò labor est potior, gloria major erit.

VIII. *Animus. V. B. diuturnâ assuetudine ad fortunæ injurias occallescit.*

Adde quòd res adversæ viro bono non tantùm materiam virtutis præbeant, sed ejusdem etiam animum assiduâ vexatione ita obfirment & indurent, ut earum insultus non magis curet, quàm vel annosa silex ventorum minas, vel marina saxa iratos unda-

undarũ ſtrepitus. Petunt enim eum tantùm, non tangunt; pungunt, non perforant. In quam ſententiam eleganter D. Gregor.

Orat. in Maxim. Ἔστι τι μύθῳ φυτὸν, ὃ θάλλει τεμνόμενον, καὶ πρὸς τὸν σίδηρον ἀγωνίζεται. καὶ εἰ δεῖ παράδοξον εἰπεῖν περὶ παραδόξου πράγματος, θανάτῳ ζῇ, καὶ τομῇ φύεται, καὶ αὔξεται δαπανώμενον. τοῦτο μὲν ὁ μῦθος καὶ αὐτονομία πλάσματος. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ σαφῶς τοιοῦτον εἶναί τι ὁ φιλόσοφος. ἐνευδοκιμεῖ τοῖς πάθεσι, καὶ ὕλην ἀρετῆς ποιεῖται τὰ λυπηρὰ, καὶ τοῖς ἐναντίοις ἐγκαλλωπίζεται μήτε τοῖς δεξιοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης αἰρόμενος, μήτε τοῖς ἀριστεροῖς καμπτόμενος, ἀλλ᾽ ὁ αὐτὸς ὢν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ διαμένων, ἢ καὶ δοκιμώτερος, ὥσπερ ἐν καμίνῳ χρυσὸς ἐλεγχόμενος. *Eſt quædam in fabulis planta, quæ exciſa floret, & adverſum ferrum certat, & ſi de re nova fidemqué excedente novo more loquendum eſt, morte vivit, & ſectione pullulat, & cùm abſumitur, creſcit. Habetis fabulam jure ſuô quidvis liberè confingentem. Mihi verò hujuſmodi quiddam videtur eſſe philoſophicâ mente præditus. Afflictionibus enim inclareſcit, ac vitæ moleſtias virtutis ſegetem exiſtimat, contrariiſqué rebus ornatur: ſic nimirum ſe comparans, ut nec dextris juſtitiæ armis efferatur, nec ſiniſtris inflectatur: ſed in diverſis rebus idem ſemper, ſuiq; ſimilis permaneat, atq; adeò probatior tanquam aurum in fornace reperiatur.*

Hoc ſi malis Senecæ verbis, hæc accipe: *Marcet ſine adverſa-rio virtus.*
Conſol. ad Helv. 2. de Provid. c. 2. *Tunc apparet, quanta ſit, quantum valeat, polleatqué, cùm quid poſſit, patientiâ oſtendit. Non fert ullum ictum illæſa felicitas. At ubi aſſidua fuit cum incommodis ſuis rixa, callum per injurias ducit, nec ulli malo cedit: ſed, etiamſi ceciderit, de genu pugnat. Unum habet aſſidua infelicitas boni, quòd quos ſæpè vexat, noviſſimè indurat.* Nam, inquit
de Tranq. 10 idem alibi: *Nullô melius nomine de nobis natura meruit, quàm quòd cùm ſciret, quibus ærumnis naſceremur, calamitatum mollimentum conſuetudinem invênit, citò in familiaritatem graviſſima adducens. Nemo duraret, ſi rerum adverſarum eandem vim aſſiduitas haberet,*
Herc. Fur. v. 1290. *quam primus ictus.* Huc facit illud Euripidis:

Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ
αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν. ᾧ δ᾽ ἀεὶ κακῶς
ἔς᾽ οὐδὲν ἀλγεῖ, συγγενῶς δύστηνος ὤν.
At viro qui aliquando dicebatur beatus,
Acerba eſt mutatio. At cui ſemper malè
Eſt, nihil dolet, quia miſerias habet cognatas.

Convc-

Convenienter hisce J. C. Scaliger: *l. 2. Epidorp.*

Præsenti animô compositus perfer, & insta
Assuesce malis, quo domites necessitates.
Non te mala lædent: nisi te ea lædere dicas.
Adversa acuunt magnanimum: prospera mollem,
Labor ipse laborem abdicat, & dolor dolorem.

Et ad eundem sensum:

A se omnia, & à temporis impetrabit ævo:
Invito etiam pleraq; tum extorta parabit:
Rerum qui animus validô concalluit usu.

Quemadmodum autem *minora lumina claritas Solis obscurat:* *Sen. Ep. 66.* *sic dolores, molestias, injurias, virtus magnitudine sua elidit atq; opprimit: & quocunq; affulsit, ibi quidquid sine illâ apparet, extinguitur: nec magis ullam portionem habent incommoda, cùm in virtutem inciderint, quàm in mari nimbus.* Quem etiam ad modum, *tot amnes, tantùm supernè* *id. de prov. c.* *dejectorum imbrium, tanta medicatorum vis fontium, non mutant saporem maris, nec remittunt quidem: ita adversarum impetus rerum, viri fortis non vertit animum. Manet in statu, & quicquid evenit, in colorem suum trahit.* Imò, *animus, qui adversus sævissimos casus se extollit,* *Consol. ad Helv. 3.* *& ea mala, quibus alii opprimuntur, evertit; ipsas miserias insularum locô habet: quando ita affecti sumus, ut nihil æquè magnam apud nos admirationem habeat, quàm homo fortiter miser.* Hinc illa Demetrii Cynici vox: *Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil unquam evenit adversi.* Simili argutiâ Bias ἀτυχῆ ἔλεγε τὸν ἀτυχίαν μὴ φέροντα, *infelicem, dixit, qui infelicitatem non ferret.* Ad quam faciem Seneca: *de Provid. 4.* *Miserum te judico, quod nunquam fuisti miser: Et illos meritò quis dixerit miseros, qui nimiâ felicitate torpescunt, quos veluti in mari lentô tranquillitas iners detinet.*

Meritò igitur Ludovicus Vives Mariæ Angliæ Reginæ *Satell. c. 56.* Apophthegma (quod commodùm hic succurrit) commendat, quô dicebat: *Se temperatam & mediam quandam fortunam malle, quàm vel asperrimam, vel lenissimam: alterutrum autem optandum si esset, electuram citiùs tristissimam, quàm blandissimam: infelicibus non deesse consolationem, fortunatissimis deesse mentem.* Quod regium Reginæ dictum Jac. Billius sequenti Epigrammate illustrius *l. 1. Anth. 54* reddidit:

Optio si detur sortis mihi (fœmina princeps
Dicebat) mediâ vivere sorte velim.
Si nequeam mediâ, tùm durâ vivere malim
Quàm nimiâ rerum prosperitate frui.
Egregium sanè dictum : ratioq; perinde
Egregia, & clarâ principe digna fuit.
Non desunt miseris solatia, dixit : at illum
Qui nimis est felix, mens bona sæpè fugit.

IX. Tandem, licet fortè cuiquam adversa fortuna Virum Bonum pertinaciter & sine fine premere videatur, non statim tamen ille abjectâ parmâ, nuncium constantiæ extremum remittit; aut valedicens patientiæ, manus præsentibus porrigit malis. Nec cum Tyndarô lamentatur apud Comicorum Principem : (Captiv. A. 3. S. 3.)

Nunc illud est, cùm me fuisse quàm esse nimio mavelim:
Nunc spes, opes, auxiliaq; à me segregant spernuntq; se :
Hic ille est dies, cùm nulla vita mea salus sperabilis est.

Vel cum Trachalione apud eundem : (Rud. A. 3. S. 3.)

Nunc id est, cùm omnium copiarum atq; opum
Auxilii, præsidii, viduitas nos tenet :
Nec ulla specula est, quæ salutem afferat,
Nec scimus, quam in partem ingredi persequamur.

Novit enim illud Apollodori apud Stobæum :

Οὐδὲ ποτ' ἀθυμεῖν τὸν κακῶς πράττοντα δεῖ
Ἄνδρες, τὰ βελτίω δὲ προσδοκᾶν ἀεί.

Nunquam oportet animum despondere hominẽ infortunatum,
O viri, meliora verò semper expectare.

Itemq; hoc D. Gregorii Nazianzeni :

Μὴ σφόδρα θαῤῥεῖν, μηδ' ἀπελπίζειν ἄγαν·
τὸ μὲν γὰρ ἐκλύει, τὸ δ' αὖ ἀνατρέπει·
τὸ μὲν κολάζων, τῷ δ' ἔχων, τῷ δ' οὐ φθόνῳ
ἔχ' ὡς ὁδὸν τὸ λοιπὸν ἀσφαλεῖ πόνον.

Ne fide multum, nevè despera nimis ;
Illud solutos efficit ; pessundat hoc.
Hoc corrigens, illud tenens, reliquam sinè
Livore rectiùs peragrabis viam.

Ad quam

Ad quam cynosuram respiciens idem gravissimus Orator alibi sic philosophatur: Διὰ τοῦτο ἄνω νεύωμεν ἀδελφοὶ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ περιστάσει πάσῃ περιβαλώμεθα τὴν καλὴν ἐλπίδα, μήτε ἐν ταῖς εὐθυμίαις ἀποβάλλωμεν τὸν φόβον, μήτε ἐν τοῖς λυπηροῖς τὸ εὔελπι. μνησθῶμεν καὶ ἐν εὐδίᾳ τῆς ζάλης καὶ ἐν χειμῶνι τοῦ κυβερνήτου. ἀλλὰ μὴ ταῖς θλίψεσιν ἐκκακήσωμεν μηδὲ γενώμεθα δοῦλοι κακοὶ, ἀγαθύνοντα μὲν ἐξομολογούμενοι τῷ δεσπότῃ, παιδεύοντα δὲ μὴ προσιέμενοι, καί τοι ποτὲ κρεῖσσον ὑγιείας πόνος, καὶ ὑπομονὴ ἀνέσεως, καὶ ἐπίσκεψις ἀμελείας, καὶ ἐπιστροφὴ συγχωρήσεως. εἰπεῖν συντόμως, μήτε διὰ τὰς συμφορὰς πίπτωμεν μήτε διὰ τὸν κόρον ὑβρίζωμεν. *Quocirca, fratres, oculos in cælum erectos habeamus, omni tempore rerumq; statu bonam spem præferamus, neq; vel in prosperis rebus timorē, vel in adversis spem abjiciamus. Memores simus tùm in tranquillitate tempestatis, tùm in tempestate naucleri: nec turpiter ac fœdè in afflictionibus deficiamus, aut improbos servos imitemur, qui benè merentem quidem de se dominum laudibus celebrant, verùm eidem corripienti nequaquam pari studiò & voluntate adjunguntur, cùm tamen interdum accidat, ut dolor sanitate & submonitio remissione atq; indulgentiâ, & visitatio neglectu, & castigatio veniâ melior sit & præstabilior. Atq; ut rem in pauca conferam, sic nos instituamus, ut nec pro calamitatibus conservemur, nec propter satietatem omniumqué rerum copiam insolentiâ efferamur.* Recordatur porrò etiam illius Euripidei: Orat. ad civ. Nazianz.

Herc. Fur. v. 101.

Κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ συμφοραὶ
καὶ πνεύματ' ἀνέμων, οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει.
Οἵ τ' εὐτυχοῦντες, διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς
ἐξίσταται γὰρ πάντ' ἀπ' ἀλλήλων δίχα.
Οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος. ὅς τις ἐλπίσι
πέποιθεν ἀεί. τὸ δ' ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῦ.

Laborant enim etiam ipsæ mortalium calamitates
Et flatus ventorum non semper robur habent,
Et qui feciles sunt; non sunt perpetuò felices,
Omnia enim à se invicem distant bifariam
Ille autem optimus est vir, qui spei
Semper confidit, at desperare hominis est mali.

Nec eum fugit, quod idem Philosophus Scenicus ad calcem Medeæ, Alcestidis, Androm. & Helenæ:

Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ.

Vel:

Vel:

> Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων
> Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί,
> καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη.
> τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.

τοῖς δ' ἀδοκήτοις. Lucian. Tragœd.

Quam egregiam sententiam liberiore paulò paraphrasi sic reddidit Piccartus:

Non ita, non tenui pendent rerum omnia filo,
Ne cæcâ credas omnia sorte regi.
Est Deus in cœlô rerum arbiter & moderator,
Hic nutu, quod fit, dirigit omne suô.
Non illum patuli tantillum cura fatigat
Orbis, non mundi frangitur imperiô.
Quamquam multa simul, quamquam diversa gubernet:
Attamen hæc dextrô numine cuncta gerit.
Hic spes humanas variat, luditq; supernè
Consilia & nostri proposita ingenii.
Hic, quæ non speres, fieri facit (haud grave quidquam
Illi est) quippe velit, mox tibi facta dabit,
Contra idem nolit, nil nostrum velle juvabit,
Humanæq; spei non locus ullus erit.
Quare non speres, quæ non sperare JEHOVAH
Te velit, aut metam hanc figere disce spei.
Ne quoq; desperes, si spem fors plura retardent,
Ecquid enim possit difficile esse Deo?
Ille scit implicitos omnes evolvere casus,
Ille omnes tricas explicuisse valet.
Quod si exempla petas, evolvas acta dierum,
Deficietq; dies te magè quàm numerus.

Pressiùs paulò ac rotundiùs C. Rittershusius:

Quàm variæ versant mortalia pectora sortes!
Sæpe quod instituit rectrix prudentia frustra est.
Atrursum arbitriô nunquam sperata Deorum
Eveniunt, latos successus nacta, viamque
Inveniunt Superi, sibi quam promittere nemo
Ausus erat.

Ita.

Itaquè licet Viro Bono omnia fortuna auferat, Spem tamen X.
relinquit, quæ ultima est rerum adversarum solatium, earundemq; semper patientiam suadet, & in tuto est. Μεγίστη γὰρ ἐπικουρία, inquit D. Gregorius, τοῖς ἀτυχοῦσι, μεταβολῆς ἐλπὶς, καὶ τὸ κρεῖττον ἐν ὀφθαλμοῖς κείμενον. *Spes enim mutationis, meliorq; fortuna antè oculos posita, maximam opem afflictis hominibus adferre solet.* Et, ut Græcorum habet Senarius:

Bona spes cũ omniũ rerũ desperatione cõfligit. Cic. Sen. 5. Contrev. 1. Symmach. l. 2. Ep. 37. Orat. 1. de pace. 1. Pont. 7.

Ἀνὴρ ἀτυχῶν σώζεται ταῖς ἐλπίσι.

Quod explicatiùs Ovidius dixit:

Spes facit, ut vivat fossor quoq; compede vinctus,
Liberaq; à ferrò crura futura putet.
Hæc facit, ut videat, cùm terras undiq; nullas
Naufragus, è mediis brachia jactet aquis.
Sæpè aliquem solers Medicorum cura reliquit,
Nec spes huic venâ deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem,
Atq; aliquis pendens in cruce vota facit.
Hæc dea quàm multos laqueô sua colla ligantes
Non est propositâ passa perire nece, &c.

Ejusdem commoda eleganter quoq; describit Tibullus: *l. 2. Eleg. ult.*

Finirent multi leto mala: credula vitam
Spes fovet, & meliùs cras fore semper ait.
Spes alit agricolas: spes sulcis credit aratris
Semina, quæ magnô fænore reddat ager.
Hæc laqueô volucres, hæc captat arundine pisces,
Cùm tenues hamos abdidit antè cibus.
Spes etiam validâ solatur compede vinctum,
Crura sonant ferrô, sed canit inter opus.
Spes facilem Nemesin spondet mihi, &c.

Et festivum omninò carmen est, quod de Spe extat in Catalectis Scaligeri, ex quô pauca lubet transcribere:

f. 232. V. elegantem spei descriptionem per dialogismum apud Alciat. Embl. 22.

Naufragus hac cogente natat per fata procellis
Æquora: cùm mersas viderit antè rates.
Captivus duras illâ sonante catenas
Perferet: & victos vincere posse putat.

Noxius infami districtus stipite membra
Sperat, & à fixâ posse redire cruce.
Spem recipit carcer foribus præclusus ahenis:
Spes & in horrendo robore parva manet.
Sperat, qui curvô sulcos perrumpit aratrô
Sperat, qui ventis vela ferenda dedit.
Spes hamis pisces, laqueo captare volucres
Erudit, &c.

Privatim autem de piorum hominum Spe ita canit Billius:

lib. 1. Anthol. 52.

Spes mala cuncta levat, vinumq́; educit ab undis
Mollaq́; de rigidâ pinguia rupe trahit.
Spes quoq; sancta piis est ignea nocte columna,
Incus, quæ nullis frangitur icta malis.
Christicolæ ô fortem populi bis terq; beatam
Rebus in adversis cui datur ista comes!
Hac duce nam quivis lætâ subit aspera mente,
Vivit & in mediis ut Salamandra rogis.

Item:

lib eod. Epigram. 30.

Sudores licet is varios, quicunq́; Tonantis
Legibus obsequitur, duraq́; multa ferat:
Sudori spes læta tamen præponderat omni,
Certa comes vitæ quæ solet esse piæ.
Sic minor est longè dolor hic, quem fœmina sentit,
Nixibus in mediis sit licet ille gravis:
Intima demulcens quàm blandè corda voluptas
Ob natum in lucem quem dabit ipsa brevi.

XI. Nec metuit vir piè cordatus, & cordatè pius, ne fors vigilantis somnium aut vana irritavé sit spes sua, quod Humilitati oggerit Superbia apud Prudentium:

Ita spē Plato definit, ut est apud Aelian. l. 13. Variar. histor.

Nimirum vacuæ creduntur frivola famæ,
Quæ miseros optare jubent, quandoq; futuri
Spem fortassè boni, læta ut solatia mollem
Desidiam pigrô rerum meditamine palpent.

Psichomach. 231.

Hoc enim Gregorianum illi sedet: Ἕν ἐστιν ἐν τοῖς οὖσι τὸ μόνιμον, ἡ πρὸς θεὸν ἐλπίς· τὰ δ᾽ ἄλλα παίγνια, οὐχί ἐστι τῇ φύσει, ἀλλὰ νομίζεται.

Unum

Unum est in rebus stabile ac firmum, Spes videlicet in Deum: reliqua verò cuncta haud natura subsistunt, sed opinione.

Undè effecta sequentia duo disticha:

Ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποις ὅτ' ὄλωλε πράγμασι πᾶσιν
Συμμαχίας θείας ἐκκρέμαται στεῤῥή.

Omnis in humanis cùm spes est inrita rebus,
A solò pendet numine firma Dei.

Alterum:

Πράγμασιν ἐλπωρὴ βροτέοις ὅτε οἴχεθ' ἁπάσαις
κεῖται ὅμως μονίμη ἔγγι Θεοῦ παλάμῃ.

Omnis in externis cùm spes est perdita rebus,
Unâ in cœlesti salva ea restat ope.

Etenim:

Neminem IHOVÆ *pietas relinquit,*
Dura sint crebrò subeunda quamvis
Casuum; tandem feret expetitum.
Spes rata finem.

Celebratur etiam hac in re Philonis dissertissimi viri sententia: qui cùm Imperatorem Cajum (ad quem legatus à Judæis missus erat) contra suos acriter iratum & infensum invenisset, ad socios conversus, *Bonò*, inquit, *animò estote, socii, quibus Cajus iratus est: quia necesse est adesse divinum, ubi humanum cessat auxilium.* Tandem enim: *V. Euseb l. 2. Hist. Eccles. cap. 5.*

——— *miseris cœlestia numina parcunt*
Nec semper læsos & sine fine premunt. *Ovid. 3. Pont. 6.*

Christiana prorsus est Pindari sententia: *Pyth. 12. Confer Heliodor. l. 6. Æth. 10.*

εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀν-
θρώποισιν, ἄνευ καμάτου
οὐ φαίνεται. ἐκ δὲ τελευ-
τάσει νιν, ἤτοι σάμερον
δαίμων. τό γε μόρσιμον, οὐ παρ-
φυκτόν. ἀλλὰ ἔσται χρόνος
οὗτος, ὃ καί τιν' ἀελπτίᾳ βαλὼν,
ἔμπαλιν γνώμας, τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' οὔπω.

Quod si qua felicitas absq; labore non apparet, ipse tamen Deus, vel hodiè vel paulò post consummabit. Fatum enim nemo unquam effugere potest.

efficitur: sic justus, quantò plus tribulatur (si ipsam tribulationem patienter portaverit) multò purior & clarior Deo redditur. Quô quid aliud
l. de Prov. 4. dicit, quàm quod Seneca? *Nunquam virtutis molle documentum est. verberat nos, & lacerat fortuna, patiamur. Non est sævitia; certamen est: quò sæpius adierimus, fortiores erimus.* Calamitas virtutis occa-
Herc. Oet. sio est, cujus, ut Seneca Tragicus:

per ipsas fulget ærumnas decor.

Olymp. 5. Hoc ipsum passim inculcat Pindarus:

Αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα-
τε μάρναται, πρὸς ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον.
Circa virtutes & labor & sumptus perpetuò depugnant,
Ut opus discrimine obtectum adsequare.

Apes ideò pungũt, quia ubicunq; dulce est, ibi & acidũ invenies. Petron.

Olymp. 6. Idem:

Ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ οὔτε παρ' ἀνδράσιν
Οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις τίμιαι πολλοὶ
Δὲ μέμνανται, καλὸν εἴ τι ποναθῇ.

Quæ his versibus, qui scazontes appellantur, reddidit Fabricius;

Sudoris expers & periculi virtus,
Nec à viris, nec in triremibus famam
Meretur: At quod cum labore perfectum est,
Ejus viget perenne & inclitum nomen.

in Orpheo. Sic Euripides:

ἀρετὴ, βαίνει διὰ μόχθων.

Hoc est, ut Cassius Parmensis interpretari videtur:

Non levis ascensus si quis petit ardua: sudor
Plurimus hunc tollit.

l. 4. Strom. p. mihi 3.0. Quod expressum mihi videtur ex illo Simonidis dicto, relato à Cl. Alxandrinô: ἐστί τις λόγος, τὰν ἀρετὰν ναίειν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις· νῦν δέ μιν θοὰν χῶρον ἁγνὸν ἀμφέπειν· οὐδὲ πάντων βλεφάροις θνατῶν ἔσοπτος, ᾧ μὴ δακέθυμος ἱδρὼς ἔνδοθεν μόλῃ, ἵκητ' ἐς ἄκρον ἀνδρείας. *Fertur virtus habitare in rupibus aditu difficilibus, nunc autem eam celerem castum locum tenere, & quæ nec aspici possit omnium mortalium ciliis, sed ab eô demum, quem sudor mordens animum intus penetraverit, & processerit ad summam animi magnitudinem.*

Quæ omnia manasse videntur ex celeberrimâ illâ Hesiodi sententiâ:

τὴν μὲν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως· ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι, μακρὸς τε καὶ ὄρθιος οἶμος ἐφ' αὐτὴν
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

Omninò vitium facile est contingere cuivis.
Est via ad id brevis, & vicina in sede moratur.
Contra virtutem sudoribus undiq; divi
Præsepsere, & longus ad hanc perq; ardua callis,
Asper & est primum: sed ubi alta cacumina victor
Contigeris, jam fit facilis, licet ardua dudum.

Ad eundem scopum Poëtæ Latini certatim collineant. *l. 6.*
Lucanus:

——— Serpens, sitis, ardor, arena
Dulcia virtuti: gaudet patientia duris.
Lætius est, quoties magno sibi constat honestum.

Claudianus:

Vile decus quod non erexit pravius horror,
Ingentes geminant discrimina magna triumphos.

Arator. *l. 2.*

——— fit laurea justis
Ex pretiô, quod terror agit, mansuraq; virtus
Crescit in adversis.

Silius: *l. 4. v. 605.*

Explorant adversa viros, perq; aspera durô
Nititur ad laudem virtus interrita clivô.

Venant-Fortunat.

Durum iter ad laudes; gravior via ducit in altum
Quò labor est potior, gloria major erit.

VIII. *Animus. V. B. diuturnâ assuetudine ad fortunæ injurias occallescit.*

Adde quòd res adversæ viro bono non tantùm materiam virtutis prębeant, sed ejusdem etiam animum assiduâ vexatione ita obfirment & indurent, ut earum insultus non magis curet, quàm vel annosa silex ventorum minas, vel marina saxa iratos unda-

Convenienter hisce J. C. Scaliger: *l. 2. Epidorp.*

Præsenti animô compositus perfer, & insta
Assuesce malis, quo domites necessitates.
Non te mala lædent: nisi te ea lædere dicas.
Adversa acuunt magnanimum: prospera mollem,
Labor ipse laborem abdicat, & dolor dolorem.

Et ad eundem sensum:

Ase omnia, & à temporis impetrabit ævo:
Invito etiam pleraq; tum extorta parabit:
Rerum qui animus validô concalluit usu.

Quemadmodum autem *minora lumina claritas Solis obscurat: sic dolores, molestias, injurias, virtus magnitudine suâ elidit atq; opprimit: & quocunq; affulsit, ibi quidquid sine illa apparet, extinguitur: nec magis ullam portionem habent incommoda, cùm in virtutem inciderint, quàm in mari nimbus.* Quem etiam ad modum, *tot amnes, tantùm supernè dejectorum imbrium, tanta medicatorum vis fontium, non mutant saporem maris, nec remittunt quidem: ita adversarum impetus rerum, viri fortis non vertit animum. Manet in statu, & quicquid evenit, in colorem suum trahit.* Imò, *animus, qui adversus sævissimos casus se extollit, & ea mala, quibus alii opprimuntur, evertit; ipsas miserias infularum locô habet: quando ita affecti sumus, ut nihil æquè magnam apud nos admirationem habeat, quàm homo fortiter miser.* Hinc illa Demetrii Cynici vox: *Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil unquam evenit adversi.* Simili argutiâ Bias ἀτυχῆ ἔλεγε τὸν ἀτυχίαν μὴ φέροντα, *infelicem, dixit, qui infelicitatem non ferret.* Ad quam faciem Seneca: *Miserum te judico, quod nunquam fuisti miser: Et illos meritò quis dixerit miseros, qui nimiâ felicitate torpescunt, quos veluti in mari lentô tranquillitas iners detinet.* *Sen. Ep. 66.* *id. de prov. c.* *Consol. ad Helv. 3.* *de Provid. 4.*

Meritò igitur Ludovicus Vives Mariæ Angliæ Reginæ Apophthegma (quod commodùm hic succurrit) commendat, quô dicebat: *Se temperatam & mediam quandam fortunam malle, quàm vel asperrimam, vel lenissimam: alterutrum autem optandum si esset, electuram citiùs tristissimam, quàm blandissimam: infelicibus non deesse consolationem, fortunatissimis deesse mentem.* Quod regium Reginæ dictum Jac. Billius sequenti Epigrammate illustrius reddidit: *Satell. c. 56.* *l. 1. Anth. 14*

Optio si detur fortis mihi (fœmina princeps
Dicebat) mediâ vivere sorte velim.
Si nequeam mediâ, tùm durâ vivere malim
Quàm nimiâ rerum prosperitate frui.
Egregium sanè dictum: ratioq; perinde
Egregia, & clarâ principe digna fuit.
Non desunt miseris solatia, dixit: at illum
Qui nimis est felix, mens bona sæpè fugit.

IX. Tandem, licet fortè cuiquam adversa fortuna Virum Bonum pertinaciter & sine fine premere videatur, non statim tamen ille abjectâ parmâ, nuncium constantiæ extremum remittit; aut valedicens patientiæ, manus præsentibus porrigit malis. Nec cum Tyndarô lamentatur apud Comicorum Principem: *Captiv. A. 3. S. 3.*

Nunc illud est, cùm me fuisse quàm esse nimio mavelim:
Nunc spes, opes, auxiliaq; à me segregant spernuntq; se:
Hic ille est dies, cùm nulla vita mea salus sperabilis est.

Vel cum Trachalione apud eundem: *Rud. A. 3. S. 3.*

Nunc id est, cùm omnium copiarum atq; opum
Auxilii, præsidii, viduitas nos tenet:
Nec ulla specula est, quæ salutem afferat,
Nec scimus, quam in partem ingredi persequamur.

Novit enim illud Apollodori apud Stobæum:

Οὐδὲ ποτ᾽ ἀθυμεῖν τὸν κακῶς πράττοντα δεῖ
Ἄνδρες, τὰ βελτίω δὲ προσδοκᾶν ἀεί.

Nunquam oportet animum despondere hominẽ infortunatum,
O viri, meliora verò semper expectare.

Itemq; hoc D. Gregorii Nazianzeni:

Μὴ σφόδρα θαῤῥεῖν, μηδ᾽ ἀπελπίζειν ἄγαν·
τὸ μὲν γὰρ ἐκλύει, τὸ δ᾽ ἀνατρέπει·
τὸ μὲν κόλαζε, τοῦ δ᾽ ἔχου, τοῦ δ᾽ οὐ φθόνος
ἐχ ὡς ὁδοῦ τὸ λοιπὸν ἀνύσεις πόνον.

Ne fide multum, nevè desperа nimis;
Illud solutos efficit; pessundat hoc.
Hoc corrigens, illud tenens, reliquam sinè
Livore rectiùs peragrabis viam.

Ad quam

Ad quam cynosuram respiciens idem gravissimus Orator alibi sic philosophatur: Διὰ τοῦτο οὖν γινώμεθα ἀδελφοὶ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ περιστάσει πάσῃ περιβαλώμεθα τὴν καλὴν ἐλπίδα, μήτε ἐν ταῖς εὐθυμίαις ἀποβάλλωμεν τὸν φόβον, μήτε ἐν τοῖς λυπηροῖς τὸ εὔελπι. μνησθῶμεν καὶ ἐν εὐδίᾳ τῆς ζάλης καὶ ἐν χειμῶνι τοῦ κυβερνήτου. ἀλλὰ μὴ ταῖς θλίψεσιν ἐναποκάμωμεν μηδὲ γενώμεθα δοῦλοι κακοὶ, ἀγαθύνοντι μὲν ἐξομολογούμενοι τῷ δεσπότῃ, παιδεύοντι δὲ μὴ προστιθέμενοι, καὶ ὅτι ποτὲ κρείσσων ὑγιείας πόνος, καὶ ὑπομονὴ ἀνέσεως, καὶ ἐπίσκεψις ἀμελείας, καὶ ἐπιστροφὴ συγχωρήσεως. οὕτω σωθῶμεν, μήτε διὰ τὰς συμφορὰς πίπτωμεν μήτε διὰ τὸν κόρον ὑβρίζωμεν. *Quocirca, fratres, oculos in cælum erectos habeamus, omni tempore rerumq; statu bonam spem præferamus, neq; vel in prosperis rebus timorẽ, vel in adversis spem abjiciamus. Memores simus tùm in tranquillitate tempestatis; tùm in tempestate naucleri: nec turpiter ac fœdè in afflictionibus deficiamus, aut improbos servos imitemur, qui benè merentem quidem de se dominum laudibus celebrant; verùm eidem corripienti nequaquam pari studiô & voluntate adjunguntur, cùm tamen interdum accidat, ut dolor sanitate & submonitio remissione atq; indulgentiâ, & visitatio neglectu, & castigatio veniâ melior sit & præstabilior. Atq; ut rem in pauca conferam, sic nos instituamus, ut nec pro calamitatibus conservemur, nec propter satietatem omniumquè rerum copiam insolentiâ efferamur.* Recordatur porrô etiam illius Euripidei: Orat. ad civ. Nazianz.

Herc. Fur. v. 101.

Κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ συμφοραὶ
καὶ πνεύματ' ἀνέμων, οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει.
Οἵ τ' εὐτυχοῦντες, διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς
ἐξίστανται γὰρ πάντ' ἀπ' ἀλλήλων δίχα.
Οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος. ὅς τις ἐλπίσιν
πέποιθεν ἀεί. τὸ δ' ἀπορεῖν. ἀνδρὸς κακοῦ.

Laborant enim etiam ipsæ mortalium calamitates
Et flatus ventorum non semper robur habent,
Et qui fœlices sunt; non sunt perpetuò felices.
Omnia enim à se invicem distant bifariam
Ille autem optimus est vir, qui spei
Semper confidit, at desperare hominis est mali.

Nec eum fugit, quod idem Philosophus Scenicus ad calcem Medeæ, Alcestidis, Androm. & Helenæ:

Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ.

Vel:

Vel:

> Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων
> Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί
> καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη.
> τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.

τοῖς δ' ἀδοκήτοις. Lucian. Tragœd.

Quam egregiam sententiam liberiore paulò paraphrasi sic reddidit Piccartus:

Non ita, non tenui pendent rerum omnia filo,
Ne cœcà credas omnia sorte regi.
Est Deus in cœlô rerum arbiter & moderator,
Hic nutu, quod fit, dirigit omne suô.
Non illum patuli tantillum cura fatigat
Orbis, non mundi frangitur imperiô.
Quamquam multa simul, quamquam diversa gubernet:
Attamen hæc dextrô numine cuncta gerit.
Hic spes humanas variat, luditq́, supernè
Consilia & nostri proposita ingenii.
Hic, quæ non speres, fieri facit (haud grave quidquam
Illi est) quippe velit, mox tibi facta dabit,
Contra idem nolit, nil nostrum velle juvabit,
Humanæq́, spei non locus ullus erit.
Quare non speres, quæ non sperare JEHOVAH
Te velit, aut metam hanc figere disce spei.
Ne quoq, desperes, si spem fors plura retardent,
Ecquid enim possit difficile esse Deo?
Ille scit implicitos omnes evolvere casus,
Ille omnes tricas explicuisse valet.
Quod si exempla petas, evolvas acta dierum,
Deficietq́, dies te magè quàm numerus.

Pressiùs paulò ac rotundiùs C. Rittershusius:

Quàm varia versant mortalia pectora sortes!
Sæpe quod instituit rectrix prudentia frustra est.
Atrursum arbitriô nunquam sperata Deorum
Eveniunt, lætos successus nacta, viamque
Inveniunt Superi, sibi quam promittere nemo
Ausus erat.

Ita-

Itaquè licet Viro Bono omnia fortuna auferat, Spem tamen relinquit, quæ ultima est rerum adversarum solatium, earundemq; semper patientiam suadet, & in tuto est. Μεγίστη γὰρ ἐπικουρία, inquit D. Gregorius, τοῖς ἀτυχοῦσι, μεταβολῆς ἐλπὶς, καὶ τὸ κρεῖττον ἐν ὀφθαλμοῖς κείμενον. *Spes enim mutationis, meliorq; fortuna antè oculos posita, maximam opem afflictis hominibus adferre solet.* Et, ut Græcorum habet Senarius: X.

Bona spes cũ omniũ rerũ desperatione cõfligit. Cic. Sen. 5. Controv. 1. Symmach. l. 2. Ep. 37. Orat. 1. de pace. 1. Pont. 7.

Ἀνὴρ ἀτυχῶν σώζεται ταῖς ἐλπίσι.

Quod explicatiùs Ovidius dixit:

Spes facit, ut vivat fossor quoq; compede vinctus,
Liberaq; à ferrô crura futura putet.
Hac facit, ut videat, cùm terras undiq; nullas
Naufragus, è mediis brachia jactet aquis.
Sæpè aliquem solers Medicorum cura reliquit,
Nec spes huic venâ deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem,
Atq; aliquis pendens in cruce vota facit.
Hac dea quàm multos laqueô sua colla ligantes
Non est propositâ passa perire nece, &c.

Ejusdem commoda eleganter quoq; describit Tibullus: *l. 2. Eleg. ult.*

Finirent multi leto mala: credula vitam
Spes fovet, & meliùs cras fore semper ait.
Spes alit agricolas: spes sulcis credit aratris
Semina, quæ magnô fænore reddat ager.
Hac laqueô volucres, hac captat arundine pisces,
Cùm tenues hamos abdidit antè cibus.
Spes etiam validâ solatur compede vinctum,
Crura sonant ferrô, sed canit inter opus.
Spes facilem Nemesin spondet mihi, &c.

Et festivum omninò carmen est, quod de Spe extat in Catalectis Scaligeri, ex quô pauca lubet transcribere:

f. 232. V. elegantem spei descriptionem per dialogismum apud Alciat. Embl. 22.

Naufragus hac cogente natat per fata procellis
Æquora: cùm mersas viderit antè rates.
Captivus duras illâ sonante catenas
Perferet: & victos vincere posse putat.

Unum est in rebus stabile ac firmum, Spes videlicet in Deum: reliqua verò cuncta haud naturâ subsistunt, sed opinione.

Undè efficta sequentia duo disticha:

Ἐλπὶς ἐν ἀνθρωποῖσιν ὅτ' ὤλλυ ἐπὶ πράγμασι πᾶσι
Συμμαχίας θείας ἐκκρέμαται στιβαρά.

Omnis in humanis cùm spes est irrita rebus,
A solô pendet numine firma Dei.

Alterum:

Πράγμασιν ἐλπωρὴ βροτέοις ὅτε οἴχεθ' ἁπάσαις
κεῖται ὅμως μούνῃ ἔν γε Θεοῦ παλάμῃ.

Omnis in externis cùm spes est perdita rebus,
Unâ in cœlesti salva ea restat ope.

Etenim:

Neminem IHOVÆ *pietas relinquit,*
Dura sint crebrò subeunda quamvis
Casuum; tandem feret expetitum.
Spes rata finem.

Celebratur etiam hac in re Philonis dissertissimi viri sententia: qui cùm Imperatorem Cajum (ad quem legatus à Judæis missus erat) contra suos acriter iratum & infensum invenisset, ad socios conversus, *Bonô*, inquit, *animô estote, socii, quibus Cajus iratus est: quia necesse est adesse divinum, ubi humanum cessat auxilium.* Tandem enim: V. Euseb l. 2. Hist. Eccles. cap. 5.

——— *miseris cœlestia numina parcunt* Ovid. 3.
Nec semper læsos & sine fine premunt. Pont. 6.

Christiana prorsus est Pindari sententia:

εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀν- Pyth. 12.
θρώποισιν, ἄνευ καμάτου Confer He-
οὐ φαίνεται. ἐκ δὲ τελευ- liodor. l. 6.
τάσει νιν, ἤτοι σάμερον Æth. 1c.
δαίμων. τὸ γὰρ μόρσιμον, οὐ παρ-
φυκτόν. ἀλλ' ἔσται χρόνος
οὗτος, ὃ καί τιν' ἀελπτίᾳ βαλὼν,
ἔμπαλιν γνώμας, τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' οὔπω.

Quod si qua felicitas absque labore non apparet, ipse tamen Deus, vel hodiè vel paulò post consummabit. Fatum enim nemo unquam effugere potest.

Aderit autem tempus illud, quod & eum, qui à spe exciderat, in spem reponat, alterum quidem donans, alterum verò denegans. Non minùs

Olymp. 12. ac ista:

Πληροῖ δὲ θεῶν δύναμις καὶ τὰν παρ' ὅρκον
καὶ παρὰ ἐλπίδα κού-
φαν κτίσιν γ'

Reddit autem & divina potentia conditionem, quæ est præter fidem & spem facilem.

Ad eandem mentem Linus:

Ἔλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἔς' οὐδὲν ἄελπτον
ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.
Omnia sperandum: nec enim insperabile quicquam
Ac nil non facile est: quæ vult, facit omnia Numen.

Quod cùm ita sit:

In rebus humanis, quoties spes irrita est,
Ut sæpè decollare; fallere adsolet:
Pendére oportet firmiter à divinâ ope
Hæc neminem fefellit unquam lubrica.

Pia enim Sophoclis vox est:

Trachin. ------- ἐπεὶ
τίς ὧδε τέκνοισι Ζῆν' ἄβουλον εἶδεν;
Nam quis unquam Jovi
Adjuvandos suos consilium defuisse vidit?

Imprimis autem, ut ait Euripides:

Eurip. Rhes. v. 316.
Ὅταν πολίταις εὖ σθένωσι δαίμονες
ἕρπει κατάντης συμφορὰ πρὸς τ' ἀγαθόν.
Quando civibus benè volunt Dii,
Calamitas facilè vertitur in bonum.

Et alibi:

Iphigen. in Aul. v. 1610
Ἀπροσδόκητα βροτοῖσι τὰ τῶν θεῶν
Σώζουσι θ', οὓς φιλοῦσιν.
Inopinata accedunt mortalibus fata Deorum
Et servant eos, quos amant.

Prol. Phœniss. v. 85.
Undè Jocasta apud eundem:

Ζεῦ σῶσον ἡμᾶς----

καὶ

χρὴ δ', εἰ σοφὸς πέφυκας, οὐκ ἐᾶν βροτὸν
τὸν αὐτὸν αἰεὶ δυστυχῆ καθεστάναι.

Jupiter serva nos
Oportet enim te, siquidem curas res mortalium non sinere
Eundem hominem semper esse miserum.

Hoc persuasum etiam erat Ovidio, cùm caneret: 2.Trist.9.

Sapè Jovis telô quercus adusta viret.

Undè Seneca Parens: *Sapè dederunt victis terga victores, & provexit fortuna, quos destituit. Quid referam Marium, sexto consulatu Carthagine mendicantem, septimo imperantem? Ne circa plura instabilis fortunæ exempla te mittamus.* Et idem: *Mutantur vices felicitatis humanæ. Proscriptum aliquando proscripsit. Victi fugiunt, proscripti latent, natant naufragi. Ludit de suis fortuna muneribus. Et quæ dedit, aufert; & quæ abstulit, reddit.* Eadem mente Pindarus: lib. 1. controv. 1. lib. 5. controv. 1. Pyth. 2.

χρὴ δὲ πρὸς
θεὸν οὐκ ἐρίζειν.
ὃς ἀνέχει τοτὲ μὲν τὰ κείνων,
τοτὲ δ' αὖθ' ἑτέροις ἔδω-
κε μέγα κῦδος.

Cum Deo contendere nefas est, qui interdum quæ exigua sunt, exaltat, interdum aliis, quæ in alios transferat, adimit. Sapè autem, ut eleganter Seneca Filius, *majori fortunæ locum facit injuria: multa ceciderunt, ut altius surgerent, & in majus.* Claudo hoc τμῆμα eleganti carmine Cremcoviano: Ep. 91. Arg. Ps77.

Adflictæ non ulla animæ lenimina restant
Quam Deus alloquiis non juvat ipse suis,
Sed tamen ante moras ejus quàm discat & horas.
Plurima sub tristi sentit amara cruce,
Stet tibi in Omnipotente Dei fiducia nutu:
Dextra Dei in melius cuncta referre potest.
Quando, age, suppetiis in eundis lenta voluntas
Unquam comperta est Cunctipotentis Heri?
Ergò sile, & spera simul optima. Rebus in arctis
Ipsa malum levius spes animosa facit.
Limitibus Ihovæ *velut infinita potestas;*
Sic ejus bonitas fine modoq; caret.

XII. Quicunq; itaq; cum adversæ fortunę iniquitate conflictantur, Spe melioris fortunæ suffulti, animum suum commasculare solent, ad eum fortè modum, quô suos ad pristinam virtutem erexit Æneas apud Poëtarum Platonem:

Quidquid studiosè ac sanctè moliri velis, durum aliquid & asperum perferre & vincere necesse est. Æn. 1. v. 201.

O socii (neq; enim ignari sumus antè malorum)
O passi graviora, dabit Deus his quoq; finem:
Durate & vosmet rebus servate secundis.

Sic Chorus apud Senec. Tragic.

Octaviâ. ——— *non hoc primum*
Pectora vulnus meum senserunt,
Graviora tuli.

5. Trist. 13. Ad quam faciem Naso:

Perfer & obdura, multò graviora tulisti

4. Pont. 7. Et: *Hoc quoq; Naso feres, quoniam pejora tulisti.*

Odyss. v. Qui rivuli de Homerico ebulliunt Oceano, ubi ita Ulysses:

Τίτλαθί μοι κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.
Tolera utiq; anime, & pejus aliud aliquando tolerasti.

Sic Theognis:

Τόλμα θυμὲ κακοῖσιν ὅμως ἄτλητα πεπονθώς.
Confide ô bona mens vix casu afflicta ferendo.

Undè Nicodemi Frischlini exsculptum fuit symbolum:

Perfer & obdura quondam meliora sequentur:
Si malè nunc fuerit, non malè semper erit.

Nam: *Dabit afflicto meliora Deus*
Sen. Octav. *Tempora mitis.*

Pia quoq; Aristophanis vox est:

Θαῤῥεῖ. καλῶς ἔσται γὰρ ἢν θεὸς θέλῃ.
Bono animo es. Nam Deo volente, benè omnia
Habebunt.

Electra Sophoclis item:

Ἀλλ' ὦ φίλη, θάρσυνε, τοῖς αὐτοῖσί τοι
οὐχ αὐτὸς αἰεὶ δαιμόνων παραστατεῖ
νῷν δ' ἦν τὰ πρόσθεν στυγνά. ἡ δὲ νῦν ἴσως
πολλῶν ὑπάρξει κῦρος ἡμέρα καλῶν.
Quare ô chara soror, bono animo sis: non iisdem enim
Semper idem adest Deus,

Qui

Qui nobis antehac adversus fuit: Hæc autem forsan
Dies certum auspicium erit multorum bonorum.

Præclarè Heliodorus: Πολλὰ μία ἡμέρα καὶ δύο πολλάκις ἴδοσαν τῶν εἰς σωτηρίαν, καὶ τύχαι παρέσχον, ἃ βουλαῖς ἄνθρωποι μυρίαις οὐκ ἐξεῦρον. *Multum sæpè intermissus dies unus aut alter momenti ad salutem attulit, & prosperos casus præbuit, quos nullis consiliis homines consequi potuissent.* Amat enim plerumq; DEUS εἰς τὰ ἔσχατα μὲν βάλλειν, ἐκ δὲ τῶν ἀπόρων διασώζειν ut piè Chariclea apud eundem: hoc est, *in extrema pericula conjicere: & ubi nihil spei sit reliquum servare.* Scitè quoq; Hesiodus: l. 1. Æth. 26. l. 8. c. 10.

ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Ipsa dies nunc est genetrix: nunc dira noverca.

Sivè ut Cointi Smyrnæi habent verba:

ἄλλοτε γάρ τε φίλη πέλει ἠώς, ἄλλο δ' ἐχθρή.

Utut autem longos fecerit fortuna novercans miseriarum elenchos, ejus tandem tamen sævicia (ita volente ac jubente supremô Numine) expirat, & injuria emoritur, quod eleganter innuit Theocritus:

Contrariis rebus plerumq; medicina succedit. Nam dũ calor vitalis adhibitus fuerit, frig⁹ pestiferum tunc recedit Nubila ipsa ventorũ spiratiõe terguntur, & Aquilo faciẽ cœli trãquillam reddit, quã Australis aura turbaverit. Cassiodorus.

Βάρδισται μακάρων Ὧραι, ἀλλὰ ποθειναὶ
ἔρχονται, πάντεσσι βροτοῖσιν ἀεί τι φέροισαι.

Tardissimæ ex diis Horæ caræ, tamen exoptatæ
Veniunt, omnibus hominibus semper aliquid ferentes.

Refero huc Sophoclis verba, quibus inferiora omnia, superioribus, quorum major vis ac potestas, cedere & obtemperare eleganter docet:

------ Τοῦτο μὲν νιφοστιβεῖς
χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει·
ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανὴς κύκλος
τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν·
δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε
στένοντα πόντον· ἐν δ' ὁ παγκρατὴς ὕπνος
λύει πεδήσας, οὐδ' ἀεὶ λαβὼν ἔχει.

------ *faciunt hoc invisa*
Hyemes: nam frugiferæ æstati cedunt.
Cedit & noctis obscura circulus
Cùm lucida dies orbem illuminat.

Et sa-

Et favorum Nymborum flatus aliquando sopiunt
Frementem Pontum. Atq; ipse validus somnus
Nunc membra ligat, nunc eadem rursum dimittit.

l. 3. Met. 1. Quin quod, ut suavissimè Boëth.

Dulcior est apum magè labor
Si malus ora prius sapor edat:
Gratius astra nitent, ubi Notus
Desinit imbriferos dare sonos
Lucifer ut tenebras pepulerit,
Pulchra dies roseos agit equos.

Sicut autem maris cœliq; temperiẽ, turbines tempestatesq; commendant: Ita sequenti gaudio confert dulcedinem præmissa tristitia. Proindè aptè Pindarus:

Plin. Paneg. Traj. & Cassiod. 8. Var. Olymp. 2.

ἐσθλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων
πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθέν.
Invisum namq; malum, gaudio bonorum oppressum, emoritur.

Paneg. Flaviens. Magna autem, profectò, est vis, post diuturnam ægritudinem atquè mœstitaim, surgentium gaudiorum. Et ut verni temporis clementia & amœnitas minus hilararet animos nostros, nisi eam hyemis rigor & asperitas antecessisset: Ita minus gaudii jucunditatem & dulcedinem sentimus, nisi eam cum præcedentium temporum tristitiâ & acerbitate comparemus. Ad quam prorsus faciem D. Gregorius Theologus:

Orat. in laudem Cypr. Γλυκὺ ἥλιος μετὰ νέφος, ᾧ τέως συνεκαλύπτετο. γλύκιον δὲ τὸ ἔαρ ἐστὶ μετὰ χειμῶνος κατήφειαν, ἡδίων δὲ μειδιῶσα γαλήνη. καὶ θάλασσα ἡπλωμένη καὶ ταῖς ἀκταῖς προσπαίζουσα, μετὰ πνευμάτων στάσιν, καὶ οἰδοῦντα κύματα. *Jucundior post nubem, qua prius obducebatur, Sol illucescit, & ver dulcius est post hyemis tristitiam, & suavior arridens tranquillitas, atquè in modum stagni fusum æquor, littoribusq; alludens, post ventorum tumultum fluctusq; tumescentes.*

Venit hîc mihi in mentem perelegans carmen C. Rittershusii, quod Parenti meo p. m. in communi quadam calamitate domesticâ dicaverat. Est autem ἔκφρασις seu expositio Emblematis Hodœporici simul & Paramythetici, quô duo finguntur Amici

Amici, nimbosô ac pluviô cœlô iter facientes, alaudis interim, non remorante cœli injuriâ subsultantibus, jucundumq; cantillantibus, & sic habet:

Cernis ut & pluvio cœlo cantillet alauda,
Nec cesset tremulâ voce iterare melos.
Nimirum pluviis successurum esse serenum
Cogitat; hac animum spe recreatq; suum.
Cur homo in adversis animum despondeat ægrum,
Diffidensq; Deo, haud spe sua damna levet?
Gratior alternis vicibus pluvia atq; serenum est:
Permiscet vitæ sic quoq; fata Deus.
Discite, mortales, brutis monitoribus usi,
Mentem æquam in mediis posse tenere malis:
Et carmen cantare Deo fortunâ in utraqué,
Aspera sivè ruat, prospera sivè fluat.

Sin fors autem aliter visum fuerit divino Numini; idqué calamitates & ærumnas, quibus cum luctamur, sapientissimô & immutabili decretô suô, apud nos non tantùm diurnare, sed etiam non nisi cum vitâ cessare malit: Age spernamus peritura perituri, sequamurq; consiliū Sancti vereq; M. Basilii, cùm ait: Ἐπειδὰν οὖν ποτὲ συμβαίνῃ τι τῶν ἀβουλήτων, μάλιστα μὲν τῷ εὐτρεπισμένῳ τῆς διανοίας, τὴν ταραχὴν μὴ παθεῖν. ἔπειτα δὲ, τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων, κουφότερον ποιεῖν τὰ παρόντα. ὥσπερ γὰρ οἱ ἀσθενεῖς τὰ ὄμματα, τῶν ἄγαν λαμπρῶν τὴν ὄψιν ἀπάγοντες, ἄνθεσι καὶ πόαις ἐπαναπαύουσιν: οὕτω χρὴ καὶ τὴν ψυχὴν μὴ συνεχῶς καταβλέπειν τὸ λυπηρὸν, μηδὲ τοῖς παροῦσιν ἀνιαροῖς προσχολάζειν: ἀλλὰ πρὸς τὴν θεωρίαν τῶν ὄντως ἀγαθῶν περιάγειν αὐτῆς τὸ ὄμμα. *Cùm aliquando acciderit ubi aliquid ex improvisis, maximè quidem mente probè instructâ turbationem non admittes. Deindè verò spe futurorum præsentia leviora facies. Quemadmodum enim qui debiles oculos habent, ipsos à rebus splendidis valdè amoventes, floribus ac herbis refocillant. Sic oportet etiam animam non assiduè intueri, quod triste est, neq; præsentibus molestiis deditam esse: sed visum ipsius ad verorum bonorum speculationem circumagere.* Nam:

XIII. *Contemnenda est omnis injuria malorū præsentium fiduciâ futurorū bonorum.* *Homil.* περὶ εὐχαριστίας. *p.* 141.

Gaudia rara pii, nunquàm mera gaudia norunt:
Lætitiæ finem luctus ubiq; facit.
Et monet humanis ne sit fiducia rebus,
Una sit æterni cura sed usqué boni.

Præclara est in hanc rem D. Chrysostomi sententia: *Cùm nulla usquam humani auxilii spes nobis affulget, ne desperemus, nec despondeamus animum, sed Fidei ancoram accipiamus, & instrumentum Spei jaciamus, non quidem in mare, sed in cœlum, & tempestatum procellis agitata navis ob omni periculô liberabitur.* Ex quo fundo sequens prognatum est Epigramma:

Ancorâ in ejectâ veluti fiducia vita est:
Nauta per æquoreas cùm vagus errat aquas:
Sic & in hoc mundo nostra fiducia vita est
Christus sola: neq; est ancora tuta magis.
Ancora tuta magis, bina quæ cuspide gaudet:
SPES *est læva sibi: dextra sed alma* FIDES.
Nam Spes atq; Fides sese sectantur: & ex se
Certa Fides certam Spem parit, atq; fovet.
Et sincera Fides ea nunc præsentia nobis
Quæ fore speramus, quæq; fuere facit.
Utq; Fides vitam suadet sperare beatam:
Spes ita perruptis nubibus astra subit.

Eleganter quoq; & appositissimô nomine D. Chrysologus Fidem & Spem *alas animæ* vocat: *Quemadmodù enim aves alarum præsidiô pericula fugiunt, dum pennis in sublime feruntur: ita quicunq; spiritualibus his alis suffulti sunt, cùm calamitas premit, cùm Diabolus tentat, cùm mundus urget, cùm truculentus hostis insectatur, alis Fidei & Spei in sublime feruntur: ibique laborum suorum premia contemplantes, & gustu quodam præsumentes, omnes mundi pressuras pro nihilo ducunt, immò etiam libenter amplectuntur.* Hinc quendam Sanctorum Patrum, quoties aliquid adversi incidisset, hanc sententiam in ore habuisse ferunt: *Tantum est bonum, quod expecto, ut omnis me pœna delectet.*

Vid. Granatens. T. 2. Conc. p. 571.

Quod si quis non nisi exemplis moveatur, is vel Lazari (ut infinitos alios taceam) qui in maximâ paupertate, pure ac sanie computruerat, felicissimam miseriarum catastrophen ob oculos sibi ponat. Hanc autem ut promtiùs intueri possit, illius historiam Epigrammate non invenustô à C. Rittershusio descriptam, hic subjicere libet.

Ἦος ὁ πρὶν μακάρεσσι δεκὰν θνητοῖσί τ᾽ ἀπηχθὴς
αἰτίζων ἄνολβος, ἕλκεσι σῶμα βρύων.

Νῦν

Νῦν δὲ περίκλησιν ἔχω, ὀδυνῶν τ' ἄμπαυμα νόσοιο
καὶ δήων ἐχθρῶν εἰσορόω βασάνους.
Δεῦγέ μοι λέγε τοῦ δὲ, Λαζαρὲ παθὼν ὑπέμεινε· δικαίοις
ἀνδράσι τλημοσύνης οὐκ ἀπόλωλε χάρις.

Qui commune odium divumq; hominumq; videbar
Frustula mendicans, obsitus ulceribus:
Nunc requie fruor, & liber morbo atq; dolore,
Dira inimicorum supplicia intueor.
Aspera qui pateris; durare hoc discito ad instar,
Nam patienti animo præmia non pereunt.

Quoniam autem Lazari facta mentio, judicium, quod de ipso S. Isidorus tulit, hic adscribere lubet: εἰ καὶ πάνυ, inquit, εἰς ἄκρον ἥκοντα ταλαιπωρίας τὸν Λάζαρον ὁ τῆς εὐαγγελικῆς διηγήσεως ὑπογράφει λόγος, ἀλλ' εὐπραγίας αὐτῷ ὑπόθεσις μεγίστη καὶ ἀληθείας γέγονεν ἡ συμφορά. εἰ μὴ γὰρ εἰς τοσαύτην δυσπραγίας ἀφίκετο, οὐκ ἂν πρὸς τοσοῦτον κῦδος ἀνέβη. τί γὰρ εὐκλεέστερον, ἵνα παρῶ τὰς ἐκεῖσε ἀμοιβὰς, τοῦ ἐν εὐαγγελίοις ὑμνεῖσθαι, καὶ τὸν θεὸν ἐπαινέτην, καὶ τὸν Ἀβραὰμ κεκτῆσθαι συνήγορον; *Quanquam Evangelicæ narrationis sermo ita depingit Lazarum, ut qui ad extremam pervenerit miseriam: tamen ea calamitas ipsi felicitatis fundamentum extitit maximum ac verissimum. Nisi enim ad tantam delatus esset miseriam, nunquam ad tantum gloriæ culmen ascendisset. Quid enim, quæso, gloriosius esse potest (ut nunc omittam alterius vitæ præmia) quam in Evangeliis celebrari, & Deum laudatorem, & Abrahamum accepisse patronum?* *l. 4. Ep. 121,*

Hoc itaque exoptatissimo felicissimoq; præmio dum potiantur piæ mentes, licet mille cruces patiantur, nihil tamen pensi habent, sed fidei speiq; anchora, ceu supra jam dixi, firmiter nixæ, sic apud animum suum statuunt:

Passus Abel mortem; exsilium est perpessus Elias: *H. Meibom. Flor. vern.*
Baptistes duram passus & ipse necem.
Imo auctor vitæ vita est expulsus, & illud
Exemplo firmum sancit ipse suo.
Nempe quod astrifero nemo potietur Olympo
Ni prius infelix hic patiatur onus.
Ergo pati certum est: & cum patiente potiri
Præmia dat sudor plurima; nulla sopor.

Et hinc sæpè jam laudatus Billius, ut doceret, non tantùm id spectandum esse, quid pii patiantur; sed etiam, quæ præmia expectent, ità cecinit:

l. 2. Antholog. 7.

Horrida magnanimi pugiles certamina miscent,
Vulneraq; intrepidò pectore multa ferunt:
Rusticus id cernens (quia palmæ nescit honorem)
Expavet, ac miserum, stultus, utrumq; putat.
Sic quoq; cùm mundus lachrymas gemitusq; piorum
Cernit, eos miserà vivere sorte putat.
Cur? quia duntaxat cernit lachrymasq; crucemq;
Non, cruce quæ sanctis conciliantur, opes.

Accedit quòd norint; licet nolit Deus, suô quodam consiliô, quod est sapientissimum & optimum, in hac vita damna, quibus premuntur, levare; πολίτευμα ipsorum in cœlis esse. Itaq; humana illa contemnunt, quæ aut illos deserunt, aut ab illis deseruntur. Id quod doctiss. Possel. hoc Epigrammate innuere voluit:

Reg. vit. 67.

Ὢ θεὸς ἐσθλὸς, ἐὰν ἄμμι καὶ στεφὸς οὐκ ἐθέλησι
κουφίζειν βίου ἐν τῷδ᾽ ἄχθος ἡμέτερον,
μεμνηείζωμεν πολίτευμα ἐν οὐρανῷ ἐστὶ
ἔμμεθεν ἡμέτερον, πάγκαλον, αἴδιον.
ταῦτα σὺ τοῦδε βίου ὀλιγοχρονίου παρορῶντες
ἐλπίδι χαίρωμεν τοῦ βίου οὐρανίου.

Quod ipsum aliô etiam Epigrammate monet, cui hanc summam & argumentum præfigit: *Cùm res humanæ sint Euripô mobiliores, & ad breve exiguumq; durent tempus, omnia nostra consilia & actiones referamus, ad eam vitam, quæ sola vita nominanda est, & sinamus mundum spiritus altos gerere, & quærere voluptates earumq; instrumenta. Optima siquidem possessio est, quæ non hic relinquitur, sed illic possidetur.*

Τῶν χθονίων πάντων οὐδὲν πέλει ἐστὶ βέβαιον
καίπερ λαμπρὸν ἄγαν, καὶ καλὸν εἶδος ἔχει.
Πρὸς βίον οὐκ κεῖνον, βίος ὃς μόνος ἐστὶν ἀληθῶς
βλέψωμεν πάσης πρᾶξιν ἐν ἡμετέρης.
Πανείδων τέρπεσθ᾽ ἐπὶ χρόνον ἤδη ἐῶμεν
τοὺς ἀθέους κόσμου καὶ σκιᾶς ἡδονῆς.

θνητοῦ.

θνητοῖς ἐνεστάναι θεὸς ποιήσεις ἐν οὐρανῷ ἴσως
ἄφθιτος, ἀθάνατος, καὶ καλὸς ἐστὶν ἀεί.

Horum itaq; omnium, quæ adhuc pluribus dicta sunt: hæc veluti summa est: *Vocati sumus ad militiam Dei vivi, jam tunc, quum in sacramenti verba respondimus. Nemo miles ad bellum cum delitiis venit, nec de cubiculô ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditus & substrictius, ubi omnis duritia, & in bonitas, & in suavitas constitit. Etiam in pace labor est. Et in commodis bellum pati jam ediscunt, in armis deambulando, campum decurrendo, fossam moliendo, testudinem desiccando. Sudore omnia constant, ne corpora atq; animi expavescant. De umbrâ ad Solem, de Sole ad gelu, de tunicâ ad loricam, de silentiô ad clamorem, de quiete ad tumultum. Proindè vos benedicti, quodcunquè hoc durum est, ad exercitationem virtutum animi & corporis deputate: Bonum agonem subituri estis, in quô Agonothetes Deus vivus est: Xystarches Spiritus Sanctus: corona æternitatis: brabeum angelicæ substantiæ politia in cœlis, gloria in secula seculorum. Itaquè Epistates vester Christus Jesus, qui vos Spiritu unxit, & ad scamma produxit, voluit vos antè diem agonis ad duriorem tractationem à liberiore conditione seponere, ut vires corroborarentur in vobis, &c.* Tertullian. ad Martyras.

Proindè sic concludo:

Quousquè tandem cœcô amore prosequar
Opes caducas, atq; inanem gloriam;
Si dives ille splendidè superfluens
Torquetur igne inferno: egensq; Lazarus
Accumbit in sinu Abrahæ? hinc ô hinc procul
Abite vana mentis ægra somnia
Et quotquot estis execratæ imagines
Quæ me retentum fraude blandâ luditis.
At vos profusa lacrymarum flumina
E fonte cordis intimô prorumpite:
Restinguite hanc habendi inexpletam sitim
Æstusq; mentis, sensuumq; incendia,
Flammasquè edaces, & nefandos fomites,
Quos usq; quaq; dirus Orcus suggerit,
Ut nos profundâ devoret voragine
Et tetri adurat igne sacrô sulphuris.

Et luce & omni mancipet solatiô.
Me pœnitere, me dolere, me mea
Delicta flere, JESU CHRISTE, me tuum
Juvet tribunal cogitare, & vindicem
Pœnam timere: ut quando Judex veneris
Me pro tuâ clementiâ, ô salus mea,
Voces, ubi beata cœlitum agmina
Ævi fruuntur sempiterni munere,
Tuiq; gaudent numinis præsentiâ.
Cui namq; acerbus fletus, aut gravis dolor,
Aut dura possit esse pœnitentia,
Qui te sequi, te amare, te frui velit?
Quod si tu imago & splendor æterni Patris
Mortale corpus induis: si te neci
Volens libensqué tradis, ut me ab impia
Sævi tyranni servitute liberes,
Cœloqué dones & beatorum choris:
Ego hujus in me charitatis immemor
Et propria salutis æquè negligens
Adhuc recusem extrema quæq; perpeti
Pro consequenda æternitatis gloria?

Pyth. 10. Sed Pindarus aurem vellit:

Κώπαν χάσον. ταχὺ δ' ἄγκυραν
ἔρεισον χθονὶ.
πρώραθεν, χοιράδος ἄλκαρ πέτρας.

Detine remum, velociterqué anchoram in terram firma ex prora, quæ est propulsatrix latentis petræ.

CAPUT XX.

Amicum verum [1] magnum esse thesaurum: Eos autem, qui fidem in adversis deserunt, amicorũ nomine [2] indignos, sed pediculis [3] aut muscis [4] aut aliis etiam bestiis similes censeri. Aliorũ calamitatibus & ærumnis [5] non insultandum.

dum. Verorum Amicorum [6] *magnam esse penuriam: fucatorum autem fugiendorumque, ut maximam copiam, ita & maximum* [7] *& vix evitabile* [8] *damnum, ob clausa pectoris* [9] *claustra. Auctoris* [10] *ἦθος. Dei amicitiam* [11] *ingentem bonorum thesaurũ* [12] *secum trahentẽ, Pietate,* [13] *partim in precum piarum* [14] *assiduitate, partim mentiũ puritate* [15] *consistente, unicè ambiendam.*

POstquam capp. præcc. non tantùm exteriorem Fortunæ faciem suis coloribus depinximus: sed eandem etiam qualis intus sit & in cute studiosè, si non accuratè, contemplati fuimus: consequens nunc est, ut & Amicorum, fortunæ vel favorem, vel odium comitantium, naturam & indolem paucis (ad alia enim majorisq; ponderis tela amolienda nos vocat adversariorum impetus) consideremus.

Qui Amicorum nomine ac titulô gaudent, non unâ sunt & eâdem monetâ percussi: sed alii quidem melioris; alii deterioris sunt notæ. De illis notatu digna sunt Syracidis verba sequentibus hendecasyllabis comprehensa: I. *Pretiosissimũ possidet thesaurum, qui vero gaudet amico. cap. 6. v. 14. 15. 16.*

> *Felix quisquis amicum habet fidelem.*
> *Nam protectio fortis est amicus,*
> *Cujus certa fides, & hunc adeptus,*
> *Thesaurum quasi regium est adeptus.*
> *Nam sincerus amicus auro, & omni*
> *Gazâ est res preciosior priorque,*
> *Et vitæ medicamen universæ.*

Horsum alludit D. Gregorius Nazianzenus: Φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα τῶν ὄντων οὐδὲν, οὐδὲ τις σταθμὸς τῆς καλλονῆς αὐτοῦ. φίλος πιστὸς, σκέπη κραταιὰ, καὶ ὠχυρωμένον βασίλειον. φίλος πιστὸς, θησαυρὸς ἔμψυχος. φίλος πιστὸς, ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν. φίλος πιστὸς, κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη, ἃ κατὰ καιρὸν ἀνοιγόμενά τε καὶ μεταλαμβανόμενα. φίλος πιστὸς λιμὴν ἀναψύξεως. ἂν δὲ καὶ σοφὸς διαφέρῃ τηλίκον. *Amico fideli nullum est in rebus humanis par precium, nec bonitas illius pondere ullò æstimari potest. Amicus fidelis protectio fortis, & munitum palatium. Amicus fidelis vivus thesaurus. Amicus fidelis super aurum, & lapidem preciosum multum. Amicus fidelis* *Orat. ad Greg. Nyss.*

fidelis hortus clausus, fons obsignatus, quæ opportunè aperiuntur & communicantur. Amicus fidelis refrigerii portus. *Quod si prudentiâ etiam & judiciô excellat, quanti hoc faciendum?* Ad quam faciem Divus Chrysostomus: οὐδὲν τῆς ἀγάπης γλυκύτερον γένοιτ' ἄν. τί γὰρ οὐκ ἂν ἐργάσαιτο φίλος γνήσιος; πόσην μὲν οὐκ ἂν ἐμποιήσειεν ἡδονήν, πόσην δ' ὠφέλειαν, πόσην δ' ἀσφάλειαν; κἂν μυρίους θησαυροὺς εἴπῃς, οὐδὲν ἀντάξιον γνησίου φίλου. *Nihil dilectione queat existere jucundius. Quid enim non effecerit verus amicus? quam non voluptatem? quantam verò utilitatem? quantam securitatem? tametsi mille thesauros recenseas, nihil hoc ad verum amicum.* Auctor incertus l. 1. *Anthol.*

Θησαυρὸς μέγας ἐστ' ἀγαθὸς φίλος, Ἡλιόδωρε,
τῷ καὶ τηρῆσαι τοῦτον ἐπισταμένῳ.

Est ingens homini thesaurus fidus amicus
Si quis servare hunc, Heliodore, sciat.

Demonacte. Meritò igitur Lucianus: τὴν φιλίαν μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν, *amicitiam, rem omnium maximam & præstantissimam in rebus humanis* vocat. Venustè Joh. Secundus: *l. 1. Epist.*

Scilicet hoc miseris Deus unum dulce reliquit
Solamen cunctis & dedit esse malis,
Semper habere aliquem cum quô conjungere possis,
Sive tuos lusus, seria sive tua.

II. *Fucatorum amicorũ natura & indoles.* At illos quod attinet, qui animum cum fortunâ immutant, fidemq; in adversis deserunt, hi in alterâ amicorum classe, quæ deterioris notæ, continentur: γνήσιοι enim haudquaquam sunt, sed spurii, & amicorum nomine indigni: Ita pronunciante Euripide: *Orest. v. 455*

Ὄνομα γάρ, ἔργον δ' οὐκ ἔχουσιν, οἱ φίλοι
οἱ μὴ 'πὶ ταῖσι συμφοραῖς ὄντες φίλοι.

Nomen, non rem habent amici
Qui non in calamitatibus sunt amici.

Proindè rectè Plutarchus modò pediculis, modò muscis illos æquiparat: quòd hæ pinguibus delectentur: illi à morituris discedant. Prioris auctoritatis verba hæc sunt: *De discrim. Adul. & Amic.* οἱ μὲν γὰρ φθεῖρες ἀπίασιν ἀπὸ τῶν τελευτώντων, καὶ ἀπολείπουσι τὰ σώματα σβεννυμένου τοῦ αἵματος, ἐξ οὗ τρέφονται· τοὺς δὲ κόλακας οὐδ' ὅλως ἰδεῖν ἐν πράγμασι ξηροῖς καὶ

κατεψυγ-

κατεψυγμένοις προσιόντες, ἀλλὰ ταῖς δόξαις καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἐπιθέονται καὶ αὔξονται, ταχὺ δὲ ἐν ταῖς μεταβολαῖς ἀπορρέουσι. *Discedunt à morientibus pediculi, corporaq́, extinctô ex quô aluntur sanguine, deserunt: adulatores verò haudquaquam rebus aridis & frigidis se admoventes conspicies, verùm splendori & potestatibus imminent, iisq́, aluntur: at conversis rebus, dilabuntur.* Posterioris verò ista: Νῦν πολλοὶ λεγόμενοι συμπιόντες ἅπαξ περὶ πολυφιλ.
ἢ συσφαιρίσαντες ἢ συγκυβεύσαντες, ἢ συγκαταλύσαντες, ἐκ πανδοχείου καὶ παλαίστρας
καὶ ἀγορᾶς, φιλίας συλλέγουσι. ἐν δὲ ταῖς πλουσίων καὶ ἡγεμονικῶν οἰκίαις, πολὺν IV.
ὄχλον καὶ θόρυβον ἀσπαζομένων καὶ δεξιουμένων καὶ δορυφορούντων ὁρῶντες, εὐδαιμονίζουσι τοὺς πολυφίλους. καὶ πλείονάς γε μυίας, ἐν τοῖς ὀπτανείοις αὐτῶν ὁρῶσιν. ἀλλ' οὔτε αὗται τῆς λιχνείας, οὔτ' ἐκεῖνοι τῆς χρείας ἐπιλειπούσης παραμένουσιν. *Multi nunc amici dicti, si semel cum aliquô compotârint, vel pilâ aleavé luserint, vel unò diversoriô sint usi: ex diversorio, palæstra, & foro conquirunt amicitias. In ædibus autem locupletum aut præsidum, ubi agmen ingens & turbam salutantium, dextra jungentium & stipantium conspiciunt, felices prædicant eos, quibus frequentes sunt amici: tametsi in coquinis eorum muscas plures videant. Caterùm neq, hæ, gulæ materiâ: neq, illi, utilitate deficiente adhærent.* Ad quam faciem Seneca: *Mel muscæ sequuntur; cadavera, lupi; frumenta, formicæ: prædã sequitur ista turba, non hominem.* Lucianus hoc amplius, corvos, lupos, ac vultures fucatos hosce appellat. Sic enim de Timone Mercurius: ὥστε μὲν εἰπεῖν χρηστότης ἐπέτριψεν αὐτὸν, καὶ φιλανθρωπία, καὶ ὁ πρὸς τοὺς δεομένους ἅπαντας οἶκτος. ὡς δ' ἀληθεῖ λόγῳ, ἄνοια, καὶ εὐήθεια, καὶ ἀκρισία περὶ τοὺς φίλους, ὃς οὐ συνίει κόραξι καὶ λύκοις χαριζόμενος. ἀλλ' ὑπὸ γυπῶν τοσούτων ὁ κακοδαίμων κειρόμενος τὸ ἧπαρ, φίλους εἶναι αὐτοὺς καὶ ἑταίρους ᾤετο, ὑπ' εὐνοίας τῆς πρὸς αὐτὸν χαίροντας τῇ βορᾷ· οἱ δὲ τὰ ὀστᾶ γυμνώσαντες ἀκριβῶς, καὶ περιτραγόντες, καὶ εἴ τις μυελὸς ἐνῆν ἐκμυζήσαντες, καὶ τοῦτον εὖ μάλα ἐπιμελῶς, ᾤχοντο αὖον αὐτὸν, καὶ τὰς ῥίζας ὑποτετμημένον ἀπολιπόντες, οὐδὲ γνωρίζοντες ἔτι οὐδὲ προσβλέποντες (πόθεν γάρ) ἢ ἐπικουροῦντες, ἢ ἐπιδιδόντες ἐν τῷ μέρει. Hoc est, Erasmô interprete: *Ad hunc modum illum quodammodo probitas evertit atq, humanitas, & in omnes quicunq, egerent, misericordia: at revera vecordia potius, facilitasqué, nullusq́, in suscipiendis amicis delectus: quippe qui neutiquam intellexerit sese corvis lupisq́, largiri. Quin magis, quum à vulturib. tàm multis misero jecur crederetur, ob id amicos eos necessariosq́, judicabat, quasi benevolentia erga sese afficerentur, quum illos epulæ magis caperent. Ergò posteaquam ossa penitus nudassent, circumrosissentq́, deindè si qua medulla superat, hanc quoqué admodum*

de rem. fort.

Timone.

Diligenter exuxissent, aufugerunt, exuccum & radicitus defectum destituentes, adeò ut postea ne agnoscant quidem, aut aspiciant: tantum abest, ut sint, qui suppeditent, impartiantque. Quod κορέκα verbum revocat mihi in memoriam scitum Palladæ Epigramma:

l. 1. Anthol. εἰς κόλακας.

Ρῶ καὶ λάμβδα, μόνον κόρακας κόλακάς τε διΐστη·
σύνθεσις δ' αὐτῶν τοῦ κόρακος βωμολόχος τι κόλαξ.
Τοὔνεκά μοι βέλτιστε τόδε ζῶον πεφύλαξο
αἴδεις καὶ ζῶντων τοὺς κόλακας, κόρακας.

Rho Lambdaq; solum κόλακας κόρακάς *dirempti*
Cætera nil distant scurra κολάκά *κόρακ.*
Observandum igitur cautè hoc animal tibi, gnaro
Vivorum haud aliud quàm κόρακας, κόλακας.

Adeò verum est, quod S. Gregorius *Cùm quis*, inquit, *in prosperitate diligitur: incertum est, utrum prosperitas, an persona diligatur: amissio autem prosperitatis, interrogat vim dilectionis.* Quam in sententiam præclarè disserit Valerius Maximus, cujus verba notare pretium operæ: *Sincera*, inquit, *fides amici, præcipuè in adversis rebus cognoscuntur: in quibus quicquid præstatur, totum à constanti benevolentia proficiscitur. Felicitatis cultus, majore ex parte adulationi, quàm charitati erogatus, certè suspectus est: perindè ac si quis plura semper petat, quàm impendat. Accedit huc, quòd fractæ fortunæ homines, magis amicorum studia desiderant, vel præsidii, vel solatii gratiâ. Nam læta quidem & prospera negotia, utpote cùm divinâ suffragatione foveantur, humanâ minus indigent. Tenacius igitur eorum nomina posteritatis memoria apprehendit, qui adversis amicorum casus non deseruerunt, quàm qui prosperum vitæ cursum comitati sunt.* Videtur autem respexisse ad illud Euripidis:

in Moral. Possunt fidē secunda: adversa, exigunt. Senec. Trag. l. 4. c. 7.

Orest. v. 666

------- ----- Τοὺς φίλους
ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν·
ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί χρὴ φίλων;

——————— *Amicos*
Oportet opem ferre amicis in adversis:
Quando autem res sunt secundæ, quid opus est amicis?
Satis enim est ipse Deus volens juvare.

Præclarè Pindarus:

Πειρῶντι δὲ καὶ χρυ-
σὸς ἐν βασάνῳ πρέπει, καὶ νόος ὀρθὸς

Pyth. v. 10.

ἀλλ-

ἀδελφοὺς τ' ἐπιγνῶσαι---
μεν ἰσχύς.

Quemadmodum aurum
Lydiô lapide probatur: sic mens amicorum & mores,
Eperientiâ & ope probanda sunt.

Nec malè Lucanus:

Adversis non deesse decet; sed læta secutos
Nulla fides unquam miseros elegit amicos. Silius: lib. 8 de bello civ.
Dum trepidæ res & medicinam vulnera poscunt lib. 11.
Is locus officio, cùm cessant prospera, cumque
Dura ad opem fortuna vocat, nam læta fovere,
Haudquaquam magni est animi decus.

Quilibet igitur tales quærat amicos, qui non detrectent, κοινῇ μετασχεῖν τ' ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ, *ex aquô, & boni & mali esse participes.* Laudi .n. semper datur, *cùm quis in adversis, si quid amavit, amat.* Etenim:

Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci Eurip. Elect. 607.
Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe sequi casum, & fortunæ cedere, amicum 1. Trist. 8.
Et nisi sit felix, esse negare suum.

At novem, non ineptè quæras, UBI?

Τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει
πάνθ' ὁμῶς. εὐθὺς δ' ἀπήμων κραδία
κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον, ut verè & eleganter Pindarus: *Nostræ enim rei casu impendiò lædimur: circa alienum verè damnum cor nostrum liberum est non adfligitur.* Et propiùs ad præsens institutum: Nem. 1.

-----. Παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν Nem. 10.
καμάτου μεταλαμβάνειν.

Pauci mortalium in afflictione fideles inveniuntur, qui laborem & curam amici suscipiant aut levassint. Cui suffragatur Theognis: v 80.

Παύρους εὑρήσεις πολυπαΐδη ἄνδρας ἑταίρους
πιστοὺς ἐν χαλεποῖς πρήγμασι γιγνομένους
οἵτινες ἂν τολμῷεν, ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντες
Ad hæc, Deus φύσει ἐστὶ κοινωνικὸς, καὶ φιλάλληλος, καὶ ἰδίως συναναστρέφεται ἀνθρώποις, ut sapientissimus Senex. *Incommunicando liberalis est, abhorret à vitâ solitariâ, eiq; jucundum gratumq; est cum hominibus conversari.* ap. Arrian. l.3.c.13. Hinc idem à latere nostro affectu & protectione jugiter non discedit. Præsens est, tecum est, intus est: & quæ nos gerimus, quæ patiamur, auditque & videt. Salvian. Quam in rem illustrem Minucii Felicis locum adscribo: *Sed enim*, inquit, *Deus actus hominis ignorat, & in cœlo constitutus non potest aut omnes obire, aut singulos nosse. Erras, ô homo, & falleris. Unde enim Deus longè est, cùm cœlestia terrenaque, & quæ extra istam orbis provinciam sunt; Deo cuncta plena sint? Ubiquè non tantùm nobis proximus, sed infusus est. In Solem adeò intende. Cœlo affixus, sed terris omnibus sparsus est. Pariter præsens ubiq; interest, & miscetur omnibus, nusquam ejus claritudo violatur. Quantò magis Deus auctor omnium, à quo nullum potest esse secretum? Tenebris interest, interest cogitationibus nostris quasi alteris tenebris. Non tantùm sub illo agimus; sed cum illo, propè dixerim, vivimus, &c.* Plaut. Capt. A.2.S.2.

Et hinc idem pronus ad juvandum vota & suspiria nostra, calidasq; preces exaudit, secundùm illud:

> Εὐσεβέες βοόωσι, Θεὸς δὲ βοῶσιν ἀκούει.
>
> *Audit vota piò Deus ad se pectore fusa,*
> *Audit, nec ventos irrita ferre sinit.*

Pindarus hoc testatur: Olymp. 8.

> Ἄνυται πρὸς χάριν εὐ-
> σεβίων ἀνδρῶν λιταῖς.
>
> *Gratum editur oraculum piorum supplicationibus.*

Undè disertissimus Concionator: *Itaquè cùm oras, frater, ne puta te aërem verberare, aut in ventum verba jactare, sed adstare tibi præsentissimum Deum, vota tua inspicientem, voces attendentem, lachrymas videntem, gemitusquè & desideria tua contemplantem, quemadmodum Regius Propheta testatur: Domine, ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.* Granat. T. 2 p.268. Psal.37. Et qui possit esse absconditus? cùm veneranda testetur Sanctorum Patrum

Mutuũ inter Deum & homines colloquiũ quibus constet. auctoritas cum ipso Deo nos loqui, cùm vota precesq; facimus: ut & eundem nobiscum, dum divinos sermones legimus. B. Cyprianus: *Sit tibi vel oratio assidua, vel lectio: nunc cum Deo loquere; nunc Deus tecum: Ille te praeceptis suis instruat, ille disponat, &c.* Et idem *ad Donat.* sanctissimus Martyr: *Ad eundem modum de caeteris tentationibus:* *l. de duplici martyr.* *objice tentatori clypeum scripturarum, in quibus tibi loquitur Deus, non minore fide, quàm si tibi coram ore ad os loqueretur, &c.* Sic B. Hieronymus: *Tunc Deum audimus, dum divina relegimus, tunc cum Deo loquimur, cùm Dominum rogamus.* Ex quô fundô sequens prodiit Tetrastichon:

Πᾶς τις ὁ βουλόμενος τῷ θείῳ συνδιατρίβειν,
Συχνὰς ἀγνώσεις μίσγε συχναῖσι λιταῖς·
Τῷ ἀναγινώσκοντι λαλεῖ Θεὸς· ἔμπαλι θνητὸς
πᾶς τις τῷ θείῳ εὐχόμενος λαλέει.

Colloquium quisquis divini numinis ambis
Fac tibi sit jugis lectio mixta prece:
Namq; libros sacros loquitur Deus ipse legenti:
Atq; Deo loquitur, qui pia vota facit.

lib. 7. Strom. p. 118. Addo his pulcherrima Clementis Alexandrini verba: Ἔστιν οὖν, ὡς εἰπεῖν τολμηρότερον, ὁμιλία πρὸς τὸν Θεὸν ἡ εὐχή· κἂν ψιθυρίζοντες ἄρα, μηδὲ τὰ χείλη ἀνοίγοντες μετὰ σιγῆς προσλαλῶμεν, ἔνδοθεν κεκράγαμεν· πᾶσαν γὰρ τὴν ἐνδιάθετον ὁμιλίαν ὁ Θεὸς ἀδιαλείπτως ἐπαΐει. *Est ergò, ut audacius dicam, precatio, cum Deo conversatio, & collocutio. Quare licet susurrantes, & nec labra quidem aperientes tacitè loquamur, intus clamavimus. Omnem enim intrinsecus paratam collocutionem Deus exaudit perpetuò.* Immò non exaudit solùm divinum numen vota nostra, sed saepè etiam numerò, quae illius est benignitas, & ad juvandum promtitudo, auxiliô suô preces nostras antevertit. Non colligere hîc lubet Sacrorum oraculorum suffragia, sed solùm audire Heliodorum, *librô 4. Æth. 6.* de fictô etiam & ementitô numine ita loquentem: Ἀλλ' ἦν ἄρα καὶ νοῦ πάντως ὀξύτερον τὸ θεῖον, καὶ τοῖς κατὰ βούλησιν αὐτοῦ δρωμένοις ἐπίκουρον γίγνεται καὶ ἄκλητον, εὐμενείᾳ πολλάκις φθάνον τὴν αἴτησιν. *Sed erat vel quavis cogitatione celerius numen: & iis, qui actiones suas ad illius voluntatem accommodant, auxiliatur etiam non imploratum, benevolentiâ saepius preces antevertens.*

Quis

Quis, porrò, etiam de promtâ precum exauditione dubitaret, cum plus nos amet Deus, quâm filium pater. Sanctus Chrysostomus: Πᾶν γὰρ ἐὰν ἐπιτύχῃ δεχόμεθα. λέγειν εἰδότες ὅτι πάντων τῶν εἰδότων μᾶλλον ἡμῶν τὸ συμφέρον, καὶ τῶν γεγεννηκότων σφοδρότερον ἡμᾶς φιλοῦντι. *Homil. 24. in Matth.*

Immò plus dicit idem Sanctissimus Homileta & Orator gravissimus: *Philostorgiam parentum, si cum Dei benignitate erga homines atque philanthropiâ conferatur, tantò esse hac inferiorem, ut præ ipsa videatur mera esse malitia.* *Homil. 10. in Matth.*

Proindè si felices esse, & benè rem gerere volumus, nihil habeamus antiquiùs, quàm quod est in versu vetere:

Μηδὲν ποτ' εὔχου ἄλλο πλὴν Θεῷ φίλος.
Deo esse carum, summa votis sit mei.

XII. Hujus enim voti, qui compos redditur, cum sapientissimô Sene res & rationes suas apud animum suum ita instituit: Ἐμοὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα χαιρέτω, ἀρκεῖ δ' εἰ ἐξέσται ποτὲ ἀπερισπάστῳ καὶ ἀλύπῳ διεξαγαγεῖν, καὶ ἀνατείνειν τὸν τράχηλον πρὸς τὰ πράγματα ὡς ἐλεύθερον, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπειν ὡς φίλον τοῦ Θεοῦ, μηδὲν φοβούμενον τῶν συμβῆναι δυναμένων. *Valeant omnia, quod ad me attinet, & pro nihilo mihi sint. Satis mihi est, si licebit aliquando absque impedimentô sinè mœrore vitam traducere, & porrigere cervicem ad obeunda ac sustinenda negotia tanquam liberum, atque in cœlum suspicere tanquam amicum Dei, nihil metuentem eorum, quæ à fortunâ possunt accidere.* Revera enim cui divinum est propitium Numen: *Epict. apud Arrian. l. 2. cap. 17.* *Omne bonorū genus secum trahit Dei amicitia*

Non illum Regina Tyri, non accola magni
Euphratis Parthus rapiet, non decolor Indus
Tempora pinnatis redimitus nigra sagittis.
Tutus erit, nec eum firmâ statione movebit
Ipse Charon mundi, ut canit Prudentius. *Hamartig. v. 448.*

Vel, ut ex recentioribus quidam:

Ille nec irati formidat flumina cœli
Nec stygias horret tristis & æger aquas.
In mediis requiem cruciatibus invenit, optans
Per flagra, per mortem proximus esse tibi. *H. Meibom. flor. vern.*

Elegans est in hanc sententiam Gregorii Bersmanni carmen:

Est aliquid Christo fisum rectique tenore
Infractô tumidas spernere corde minas.

Dum licet, in cædes conspirent Orbis & Orcus,
Cum populisqué Duces impia bella crepent:
Non vis ulla Deo nixum, veriq; tenacem
Excussum solidi pectoris arce quatit:
Spemq; metumq; domat casu sublimior omni
Et mundi ridet somnia cassa fide.

Non minus ac Tetrastichon hoc Cremcovii:

Crede mihi, cuicunq; Deus se præbet amicum,
Servatur medius naufragus æquoribus.
Et quamvis homines inimicos cœperit omnes
Curvet ei minimum vertice nemo pilum.

Nec possum mihi temperare, quin piam pariter & elegantem elegantissimi Mureti meditationem, dictis, mantissæ locô, adjungam:

Mente Deum purâ quisquis veneratur amatqué,
Vis illi exterior nulla nocere potest.
Non si illum obsideant hostiles undiq; turmæ,
Quas sitis innocui sanguinis exagitet.
Non totò coëat si quidquid in orbe ferarum est,
Et quot in Oceani gurgite monstra natant.
Ille licet tristes agitent maria alta procellæ,
Undarum in mediô vertice tutus erit.
Ille interq; feras atq; agmina sæva latronum
Noctu etiam in medio tutus erit nemore.
Non quæcunq; truces adhibent tormenta tyranni,
Illius unquam animum terrificare queant.
Pix, rota, robur, equus, candentis lamina ferri;
Omnia pro Christi nomine ludus erunt.
Felices quorum ille imus amor ossibus hæsit!
Quanta illos obitâ præmia morte manent!
O si me quondam numero Deus adgreget illi:
Quæ tunc sors melior sorte futura mea est?
Ah Christe, ure meum tandem face pectus amicâ,
Equé pigro invisum discute corde gelu:
Ut nec avarus opes sectêr, neq; vanus honores;
Sed flagrem solò totus amore tui?

Quod

Quod si quæras, quibus potissimùm gradibus in Dei amicitiam ascendas? Nihil DEO proximus te junget, quàm Pietas. Hermes apud Lactantium: Μία φυλακὴ εὐσέβεια. εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου, οὔτε δαίμων κακὸς, οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ. Θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ. τὸ γὰρ ἓν καὶ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν εὐσέβεια. Et verissimè à Demosthene pronunciatum: Τοσούτῳ πλείους ἀφορμὰς πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ εὔνοιαν ἔχει τις, ὅσῳ διατελεῖ εὐσεβέστερος καὶ δικαιότερος πεφυκώς. Hinc quidam veterum, Pietatem ἀρχὴν καὶ τελευτὴν πασῶν τῶν ἀρετῶν, *omniũ virtutum principiũ atq; finem* esse dixit. Cum quô Aristotelis sententia congruit. ἀρχὴ ἀρίστη πάντων μὲν ὁ Θεὸς, ἀρετῶν δ' εὐσέβεια. *Omnium quidem rerum principium optimum Deus est, virtutum autem Pietas.* XIV. *Pietas divini numinis amorem nobis conciliat. l.3.c.16.*

Consistit autem Deo nos jungens pietas, partim in precum piarum assiduitate; partim mentis nullô vitiorum cænô contaminatæ puritate, inculpatoq; vitæ genere. De illâ juvat audire S. Chrysostomum: Δοκεῖ δέ μοί τις ἂν εἰπὼν, ὅτι νεῦρα τῆς ψυχῆς εἰσιν αἱ προσευχαὶ, τἀληθὲς εἰπεῖν. ὥσπερ γὰρ, οἶμαι, τὸ σῶμα διὰ τῶν νεύρων συνέχεται, καὶ τρέχει, καὶ ἵσταται, καὶ ζῇ, καὶ πέπηγεν· ἂν δὲ ταῦτα τις ἐκτέμῃ, πᾶσαν τὴν ἁρμονίαν διαλύει τοῦ σώματος. οὕτως αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν ἁγίων προσευχῶν ἁρμόζονται, καὶ συνεστήκασι, καὶ τὸν δρόμον τῆς εὐσεβείας τρέχουσιν εὐχερῶς· ἂν δὲ τῆς προσευχῆς ἀποστερήσῃς σαυτὸν, ταὐτὸν ποιήσεις, ὥσπερ ἂν εἰ τὸν ἰχθὺν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐξήγαγες· ὥσπερ γὰρ ἐκείνῳ ζωὴ τὸ ὕδωρ, οὕτως σοὶ προσευχή. διὰ ταύτης ἔξεστιν, ὥσπερ δι' ὕδατος ἀναπτῆναι καὶ τοὺς οὐρανοὺς ὑπερβῆναι, καὶ τοῦ Θεοῦ γενέσθαι πλησίον. *Quod si quis animi nervos preces appellaverit, mihi profectò verè dicere videatur. Etenim, ut corpus, opinor, nervorum beneficiô constat, currit, stat, vivit, compactumq; est: iisq; incisis omnes corporis numeri dissolvuntur: sic animi per sanctas preces & conglutinantur, & constant, cursumq; habet pietas facilẽ & secundum. Quod si te ipsum precatione spoliaveris, perindè feceris, ac si piscem ex aquis extraxeris: ut enim hic aquâ vivit; sic tu precationibus. Per has tanquam per aquas evolare, orbes cœlestes superare, ad Deum propiùs licet accedere.* XV. *Orat. περὶ προσευχῆς Nervi & artus animorũ piæ preces.*

Præcipuè autem magna precum vis est ac præcipuum robur, in calamitatibus & ærumnis. Hinc quidam ex antiquis illis Patribus (ut ex Theodoretô Granatensis refert) dicere solebat: *Medicos quidem varia medicamentorum genera ægris pro morborum varietate adhibere solitos: cæterùm ad animorum morbos depellendos, omniaqué hujus vitæ incommoda perferenda, orationem esse communẽ medicamentum atq; remedium: quod ea videli-* *T. I. Conc. p.465.*

videlicet omnipotentem Dominum ad se trahat, in quô unô virtus omnis atq; malorum omnium medicina est. Videtur hoc etiam agnovisse Seneca: *Quædam*, inquiens, *à diis immortalibus ita suspensa relicta sunt, ut in bonum vertant, si admotæ diis preces fuerint, si vota suscepta.* Hinc illud vulgo notum:

lib. 2. quæst. Nat. 37.

Grata Deo vis est, precibus cùm cogitur. O rem
Admirandam, hominem cogere posse Deum!

XVI. De mentis autem puritate, vitæq; integritate, suprà actum est pluribus. Quibus hîc addo geminum Georgii Gemisti Plethonis locum: Μετὰ δὲ πολιτείαν ἑξῆς ἡ ὁσιότης μελετέα, πρός τε τὴν τῶν θεῶν θεραπείαν τε καὶ κοινωνίαν ἡμᾶς εὖ παρασκευάζουσα, καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ ἀνοσιότητος καὶ δεισιδαιμονίας μὴ παρεισιούσης εἰς τὴν ψυχήν. περὶ γὰρ εὐχὰς καὶ προσκυνήσεις, καὶ ὕμνους, καὶ τελετὰς, καὶ ἀπαρχὰς, καὶ πάντα τὰ τοιάδε, οὔτι καταφρονητικῶς ὁ ὅσιος ἕξει, ὡς ἀνωφελῆ πρὸς ἑαυτῷ τὰ τοιαῦτα ἄγων. οὐδ' οὕτω προσοίσει ὡς δεομένῳ τινὸς τούτων τῷ θείῳ ἢ κινησομένῳ δι' αὐτῶν (ἀκίνητον γὰρ καὶ ἀπροσδεὲς ὂν μάλιστα ἐκεῖνο) ἀλλ' ὡς αὐτὸς τὰ μέγιστα ὠφελήσων, κακίας τε ἀφέξει, καὶ ἀρετῆς μελέτῃ, καὶ ὁμολογίᾳ τοῦ αἰτίου ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν. καὶ τούτων δὴ ἕνεκα ἐκεῖνα προσοίσων τε καὶ ἀφοσιούμενος, θεοσέβειαν αὐτῆς τε ὁσιότητος, καὶ πάσης κεφάλαιον ἀρετῆς ποιούμενος. *Statim post Rempub. sanctitas est adiunda, quæ & ad cultum & communicationem Dei nos benè præparet: animis exclusâ & publicè, & privatim profanitate & superstitione. Nam neq; preces, neq; supplicationes, neq; laudes divinas neq; primitias, neq; omnia id genus alia, vir sanctus aspernabitur, tanquam inutilia sibi, neq; ita offeret numini, ut indigenti horum aliquo, aut per ea permovendo, immobile cùm sit, istorumque minimè egeat: sed tanquam ipse maximum inde fructum capturus, cùm abstinentia vitiorum, tùm ejus confessione, qui bonorũ nobis omnium est autor. His ergo de caussis illa offerens, & pietatis muneribus fungens, Dei cultũ tùm ipsius sanctitatis, tùm universæ virtutis caput statuet.* Hujus loci est illud Diogenis apud Plutarch. φίλοι τοῖς θεοῖς οἱ ἀγαθοί. καὶ τὸν θεοφιλῆ μὴ εὐδαιμονεῖν ἀδύνατον, ἃ θεοφιλῆ εἶναι τὸν σώφρονα καὶ δίκαιον, ἀδύνατόν ἐστι. *Boni diis sunt amici: itaq; fieri non potest, Diis chari qui sunt, ut felices non sint: & homo temperans & justus diis non charus esse nequit.* Seneca nervosè: *Vis Deos propitiare? Bonus esto.* Etenim:

c. 8. n. 8.

l. Non posse suaviter vivi &c.

Epist. 95.

Sophocl. Ajax.

——— Τοὺς σώφρονας
Θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.

Bonos potissimùm
Amare Dii solent malosq; perdere.

Sed

CAPUT [illegible]

[illegible]

Verum enim [illegible] tandi, nunquam [illegible]

Quem enim [illegible] *servus, non appetit* [illegible] *ut rehecturus* [illegible]

[illegible] *Adrianus Van* [illegible]

[illegible]

Nam

incentiva succendunt, non vagi sensus prevaria oblectamenta lasciviunt: sed sola exultat anima, læta corpore affectô, quasi adversariô subjugatô. Et paucis interjectis: *Nunquam, ut puto, habitatore Deô dignior extitisti: quantò imbecillior corpore, tantò purior sensu: vincentibus carnem tuam morbis, mente vicisti.* Et ad calcem Epistolæ: *Ægrotasti hactenus ad virtutem spiritus confirmandam, secura forsan sanitatem nunc adipiscens jam carne superatâ, ut post hanc redditam corpori incolumitatem sine ullâ animæ infirmitate possideas, & ita caro valere incipiat, ut jam tentatio non resurgat.* Sic S. Hieronymus: *Sanus sum, gratias refero Creatori. Langueo, & in hoc laudo Domini voluntatem. Quando enim infirmior, tunc fortior sum, & virtus spiritus in carnis infirmitate perficitur.* Prudentius: Epist. 25. V. eund. T. 9. Epist. 6.

Cùm membra morbus dissicit
Animus viget robustior
Membris vicissim fortibus,
Vis sauciatur sensuum.
Si fortè detur optio
Malim dolore asperrimô
Fragmenta membrorum pati
Et pulcher intus vivere.

Peristeph. H. H. 3. v. 209. 217.

S. Ambrosius pereleganti hic similitudine utitur: *Ut ille*, inquit, *qui cythara canere solutus est, si eam dissipatam, resolutis nervis, & confractam viderit, & usum ejus interruptum, abjiciat eam, atque ejus numeros non requirat, sed voce ipsese mulceat: ita & vir probus citharam corporis vitiosam jacere patietur, corde se oblectabit, bona conscientia recordatione mulcebit, divinis oraculis & scriptis propheticis alleviabit, suave illud & jucundum animo tenens, mente complectens, cui nihil triste possit accidere, cùm semper ei divinæ præsentiæ adspiret gratia, & ipse sibi adsit, summâ animi tranquillitate perfusus.* Hunc locum Billius eleganter expressit: l. de S. Jacob. c. 8. l. 2. Antholog. 54.

Cùm gravis excruciat morbus, cùm sæva podagra
Te premit, & lectus debile corpus habet:
Vulneris authorem susceptô vulnere lauda,
Vulneris ista tibi certa medela datur.
Utq; canens citharâ fidium si ruperit unam,
Mox citharam è manibus ponit, & ore canit:

Ægra suos menti sic cum caro denegat usus,
Gaudia mente tibi, carne jacente, para.

Epist. 64. His subjicere lubet gravissimam D. Gregorii ad Philagrium exhortationem: Οὐ βούλομαί σε ταὐτὸν πάσχειν τοῖς πολλοῖς. Οὐδὲ συγκαταπίπτειν τῷ σώματι, οὐδὲ ὡς ἀνήκεστον τὴν κακοπάθειαν ὀδύρεσθαι· ἀλλ' ἐμφιλοσοφεῖν τῷ πάθει, καὶ τὴν διάνοιαν, νῦν δὴ καὶ μάλιστα ἐκκαθαίρεσθαι, καὶ κρείττω φαίνεσθαι τῶν δεσμῶν, καὶ ἡγεῖσθαι τὴν νόσον παιδαγωγίαν πρὸς τὸ συμφέρον, &c. *Nolo te eodem modo affici, quòplerique solent, nec simul cum corpore dejici, atq; afflictionem ut incurabilem deplorare: verùm dolori resistere, atq; animo vel nunc maximè expurgari, vinculisq; superiorem te prabere, ac morbum nihil aliud esse ducere, quàm utilem quandam institutionem.* Quâ mente idem alibi aureis prorsus versibus, quos non piget adscribere:

In morb.

Ἔστι μὲν ἄλγος ἔμοιγε, καὶ ἅψεα νοῦσος ἔχουσα
Οὐ γὰρ δὴ βροτέων πάμπαν ἀμοιρέομεν,
Οὔτ' ἐγώ. οὔτε τις ἄλλος, ἐπεὶ Θεὸς ὧδε κελεύει,
Μή τιν' ὑπερθε φέρειν ὀφρὺν ἐπουρανίην.
Πάντας δ' ἐς μεγάλοιο Θεοῦ λεύσσοντας ἀρωγήν,
Χρειοῖ κέντρον ἔχειν πλεῖον ἐπ' εὐσεβίῃ.
Ἀλλ' ἔμπης οὐ τόσσον ὀδύρομαι εἵνεκα νούσου.
Νοῦσος γὰρ σοφοῖς καί τινα ῥύψιν ἔχει.
Ἧς πάντες χατέουσι καὶ ὃς μάλα καρτερός ἐστι.
Δεσμὸς γὰρ θνητοῖς καὶ τὸ μέλαν φορέειν
Ὀστέινον χθαμαλὸν ἐφελκόμενοι ἄλγεα πάσχειν,
Μή τις ὀλισθήσῃ σώμασιν ἡμετέροις.
Παῦροι μὲν μερόπων κρατερόφρονες, οἳ ῥα θεοῖο
Δέχνυνθ' ἀσπασίως πᾶσαν ἐπιστροφίην,
Τερπνῶν τε, λυπρῶν τε, λόγον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἴσασιν,
εἰ καὶ κρυπτὸν ἔῃς βένθος ἔχει σοφίης.

Quorum hic sensus: *Est quidem mihi dolori corporis morbus: nec enim humanorum affectuum prorsus expers sum, nec quisquam alius. Quandoquidem Deus ita jubet, ne quis in mortali conditione velut cœlesti sese efferat: verum omnes ad Dei auxilium conjectos oculos habeamus necessitateq; & egestate compulsi, acriùs ad pietatem extimulemur. Non tamen tam gravi me luctu morbus afficit (morbus quippe prudenti homini non nullam etiam labis abstersionẽ habet, qua vel fortissimi, quiq; homi-*

homines indigent. Corporis enim animaeq; vinculum mortalibus caliginis aliquid vehit) quantùm in hoc meo dolore humilium atq; infirmorum rationem habeo, hoc nimirum metuens, ne quis calamitatibus nostris offendatur. Pauci enim homines animi firmitate praediti sunt, qui videlicet tam jucunda, quàm adversa aequô ac liberanti animo à Deo accipiunt: nec dubitant, quin omnia ille cum ratione faciat, etiamsi sapientiae suae altitudinem occultam esse velit. Sic & Ambrosius: *Morbum virtutum officinam appellavit. Est enim*, ut Seneca alicubi, *virtuti etiam in lectulò locus.* in Ps. 36. Epist. 78.

Nec alienum etiam erit hîc referre, quod in vitis Patrum legimus. Unus è septem illis fratribus, qui visendorum Monachorum gratiâ, Ægypti deserta peragrarunt, febribus graviter vexatus, à B. Joanne Ægyptio sanitatem petens, hoc responsum tulit: *Rem tibi necessariam cupis abjicere: ut enim corpora nitrô abluuntur à sordibus; ita animae à languoribus purificantur.* Taceo nunc alia etiam morborum commoda, de quibus multi multa. Inter illa autem Posthiani tantùm Epigrammatis, de commodis Podagrae, ad Georgium Marium, quondam urbis nostrae Medicum, hîc meminisse juvat: Confer Cl. Senn de Anthrit. c. 8.

Constitutio ut aëris notetur
Non est astrologis opus tabellis;
Non longâ mihi supputatione
Argutisquè laboribus cerebri.
Ventos seu gravis Æolus furentes;
Tristes seu pluvias minetur auster;
Multam seu Boreas nivem: sine istis
Tempestatem ego praescius futuram,
MARI, *quamlibet indicare possum;*
Nec caeli faciem, nec astra specto:
Verum ipso in thalamo undiquaq; clauso,
Ipsisquè in tenebris, mihi podagra
Longè certiùs omnia illa dictat
Vellicans leviter modò hunc, modò istum
Pedem: commoditate me podagra
Haec beat. Nihil est nocere natum
Quod non parte aliquâ juvare possit.

 Ex di-

l. 1. Strom. Ex dictis autem lucem accipiunt Clementis Alexandrini verba, quæ coronidis locô adscribo: Ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν ἀποστατησάντων βουλαί τε καὶ ἐνέργειαι, μερικαὶ οὖσαι, γίνονται μὲν ἐκ φαύλης διαθέσεως, καθάπερ καὶ αἱ νόσοι αἱ σωματικαί· κυβερνῶνται δὲ ὑπὸ τῆς καθόλου προνοίας ἐπὶ τέλος σωτήριον, κἂν νοσοποιὸς ᾖ ἡ αἰτία. *Quin etiam eorum, qui defecerunt consilia & operationes, cùm sint singulares, fiunt quidem ex malà affectione, sicuti morbi corporis: ab universa autem & generali providentia administrantur ad finem salubrem, etiamsi sit causa morbi efficiens.*

CAPUT XXII.

Object. Vitæ humanæ [1] brevissima esse spacia, cujus tamen tàm grata fruitio [2] ut antiqui à solô nomine [3] mortis (eò quod, sicubi in manus illius inciderint, omnis indè emergendi spes [4] illis ademta) abhorruerint. Augere malum, Senectutis morosæ, [5] odiosæ [6] & morbosæ [8] incommoda: à quibus immune serpentum [9] & aquilarum genus. Quod denegatum hominibus privilegium Euripides [10] duobus locis deplorat.

I. *Prima, quæ vitam dedit, hora carpsit. Senec. Brev. vit. 1.* SEd his omnibus non obstantibus, scutum Achilleum, ac velut Gorgonium caput nobis obvertunt iniqui Naturæ, nostri amantissimæ, criminatores; conquerentes: *quòd in exiguum ævi gignamur, quòd hæc tam velociter, tam rapidè dati nobis temporis spatia decurrant: adeò ut exceptis admodum paucis, cæteros in ipso vitæ apparatu vita destituat.* Hinc veterum etiam cum rerum naturà exigentium querimonia: illam animalibus tantum indulsisse, ut quina aut sena secula edurent: homini in tam multa & magna genito, tantò citeriorem terminum stare.

Pedo in obitu Musæ. illius Mærentis. V. Auson. Edyll. 18.

Redditur arboribus florens revirentibus ætas,
Ergò non homini, quod fuit ante, manet?
Vivacesq; magis cervos docet esse paventes,
Si quorum torvà cornua fronte rigent?
Vivere cornices multos dicuntur in annos,
Cur nos angustà conditione sumus?

D.Cy-

D. Cyprianus ætatis nostræ brevitatem, factâ comparatione cum priscorum longævitate, his verbis colligit: *Cùm olim ad nongentos aut octingentos annos vita hominum longæva procederet, vix nunc potest ad centenarium numerum pervenire. Canos videmus in pueris, capilli deficiunt antequam crescant: nec ætas in senectutem desinit, sed incipit à senectute: adeò ad finem nativitas properat.* Undè Manilius: *Contra Demetr.*

Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet. *l. 4. init.*

Quod ita Sil. Italicus extulit: *l. 2.*

Tantoné cavetur
Mors reditura metu, nascentiq; addita fata.

Et aliter: *l. 8.*

Et pace & bellò cunctis stat terminus ævi
Extremumq; diem primus tulit.

Disertissimus Granatensis, ut vitæ nostræ brevitatem nobis ob oculos ponat, B. Cypriani vestigiis suprà laudatis insistens, ita philosophatur: *Apparet*, inquit, *ætatem nostram, instar Imperii Romani, paulatim decrevisse, & in angustum valdè spatium contractum esse. Octaviani enim Cæsaris temporibus ad extremos penè Oceani fines imperium populi Romani pertingebat. Deindè extremis Phocæ Imperatoris temporibus, magna portio hujus amplitudinis (Persis Romani Imperii provincias occupantibus) detracta est. Processu verò temporis sic paulatim decrevit, ut latissimum illud Imperium, quod universum penè mundum ambiebat, vix angustis Germaniæ finibus contineatur. Ad hunc ergò modum videtur mihi ætatem hominum (quæ initio mundi ad multa annorum centenaria porrigebatur) paulatim ad brevissima vitæ spatia contractam esse. Nam qui antè diluvium nongentis annis vixerant, post diluvium quadringentis, aut quingentis vixerunt; Deindè paulò post diluvium ducentis. Sanctus enim Job post flagella sua dicitur centum & quadraginta annos vixisse. Successu verò temporis etiam de hac summâ adeò magna portio detracta est, ut miraculi instar esset, si quis nostrorum hominum ad hanc ætatem perveniret, &c.* Siquidem universum vitæ nostræ tempus, Regio Prophetâ teste, anni sunt septuaginta. Quam de vitæ brevitate Davidis sententiam, Eobanus Hessus his versibus expressit: *T. 2. Conc. p. 19.*

Tam nostri tacitis labuntur cursibus anni,
Quàm citò quæ loquimur verba perire solent.
Vivitur humanos bis septem lustra per annos:
Vix rectè ut valeas lustra bis octo feres.
E quibus eximios quos vivimus omne laborum,
Et genus, & miseri fata doloris habent.
Tam citò desinimus, tam sors hæc nostra caduca est:
Tam citò ceu penna præpete vita fugit.

Eleganter etiam de vitâ Hominis elegantissimus Muretus:

Gustanda vita non fruenda homini datur.
Nam cùm fruendi tempus est, tùm deserit.
Feliciùs maritus, an celebs agat;
Privata vita, sitne regno dulcior;
An vita regia solium attingat Jovis;
Peregrè morari suaviùs sit, an domi;
Qui, quamq; multi, & quò parandi more sint;
Quò habendi amici; nullus hæc curat puer,
Rarus adolescens; nec senex omnis videt.
Et hæc tamen vitam propè omnem continent.
Quæ si quis acri curâ & usu pervigil
Longò notârit, jamq; secum statuerit,
Quid fugere, quid contemnere, & quid persequi
Expediat homini; vix eam ingresso viam,
Quam maximè unam ex omnibus probaverit;
Obstat senectus invida, & cursum impedit;
Mox avida tristes Lachesis injicit manus.
Sic, vivere meditantibus, vita evolat.

Nec satis, porrò, est angustis admodum vitam nostram lineis aut limitibus includi: Mori etiam usq; adeò miserum est,

II. *Mortis metus timorũ maximus. Adi Valer. Maxim. l. 9. cap. 13. Odyss.*

ut vitam, quam in terris pauperum pauperrimus vivit, vel Regiâ apud inferos vitâ longè eligibiliorem esse Homerus dixerit:

Βυλοίμίω κ' ἐπάρυρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
Ανδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη
Η πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Malim

Malim equidem vel in agris vitam ducere servus
Pauperem apud Dominum, cui res non amplaer adsit
Quàm cunctis dominari apud Orcum, morte potitis.

Hinc idem alibi:

Οὐ γάρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, οὐδ' ὅσα φασὶν *Iliad. ι.*
Ἴλιον ἐκτῆσθαι εὖ ναιόμενον πτολίεθρον
τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης.
Nullum equidem precium cum vitâ confero, nec cum
Iliacis opibus, pridem quas tempore pacis
Urbs opulenta tenebat, uti fama est.

Idem animo sederat Euripidi: *Iphig. in Aul.*

Τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν *v. 1250.*
τὰ νέρθε δ' οὐδείς, μαίνεται δ' ὃς εὔχεται
θανεῖν. κακῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ θανεῖν καλῶς.
Lucem videre hominibus est suavissimum,
Inferna minimè. Desipit, qui vult mori.
Meliusq; vivere malè, quàm mori benè

Hinc idem apud Stobæum: *Serm. 120.*

ὦ λαμπρὸς αἰθήρ, ἡμέρας θ' ἁγνὸν φάος *N. 273.*
ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς τε πράσσουσιν καλῶς
καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν.
O splendide æther, & diei sacra lux
Quàm suavis est aspectus hic felicibus.
Juxta ac miserrimis.

Item Oreste:

Πᾶσι γὰρ οἰκτρὸν ἡ φίλη ψυχὴ βροτοῖς. *p. 1036.*
Omnibus hominibus est miserabile amitere charam vitam.
Ψυχῆς γὰρ οὐδέν ἐστι τιμιώτερον. *Alcest. v.*
Nam nihil est vitâ pretiosius. *301.*

Ibidem:

Τὸ δὲ ζῆν σμικρόν, ἀλλ' ὅμως γλυκύ. *v. 693.*
Brevis quidem est vita, sed tamen dulcis.
Φίλον τὸ φέγγος τοῦτο τοῦ Θεοῦ, φίλον.
Dulcis est lux ista Dei, dulcis est.

Cui assidet Epicuri dogma apud Laërt. τὸν σοφὸν καὶ πηρωθέντα τὰς ὄψεις, μεθέξειν τοῦ βίου. *Sapientem etiam oculis cassum, mansurum in vitâ.* *v. 728.*

Nec

Nec aliter ingeniatus erat Antisthenes olim, ad quem letaliter decumbentem, cùm Diogenes aliquando, gladio alligatus intrasset, & Antisthenes quereretur: *Quis me doloribus absolvet?*

Laërt. l. 6. Diogenes ostensâ sicâ, *Hæc ait.* Ille verò: *Doloribus, dixi, non vita.* Ἐδόκει γάρ πως (subjungit ὁ βιογράφος) μαλακώτερον φέρειν τὴν νόσον ὑπὸ φιλοζωίας. *Videbatur enim fermè molliùs perferre morbum præ amore vitæ.* Ex hoc fonte votum suum hausit Mecænas apud Sen.

Epist. 101. Adi Ciceronem lib. 5. de Finibus, quâ de suiipsius dilectione.

Debilem facito manu,
Debilem pede, coxâ:
Tuber adstrue gibberum,
Lubricos quate dentes:
Vita dum superest, benè est.
Hanc mihi vel acutâ
Si sedeam cruce, sustine.

c. 9. v. 6. Hujus loci est proverbiale dictum Epicureorum apud sapientissimum Ecclesiasten: *Cani viventi est meliùs, quàm mortuo leoni.*

III. *Mors vel solô nomine formidabilis*

Tantô autem veteres tenebantur vitæ amore, ut à solô etiam mortis nomine omninò abhorrerent, ne videlicet cogerentur δυσφημεῖν, *& malè ominari.* Undè Menelaus apud Euripidem, cùm rogaret eum Helena, velletné verbis tantùm mortuus dici, licet revera non esset, respondit:

Κακὸς μὲν ὄρνις· εἰ δὲ κερδανῶ λέγων
ἕτοιμός εἰμι μὴ θανὼν λόγῳ θανεῖν.

Malum quidem est omen, si quid tamen lucrabor hoc dicens
Paratus sum, ut patiar me verbis mortuum dici, cùm non sim mortuus.

V. Meurs. de Fun. R. c. 1. Taubm. in Plaut. Trin. A. 1. S. 2. Herc. Fur. v. 768. Fab. 77. l. 2. Epist. 1.

Itaquè *abitionem* aut *abitum* pro morte dicebant. Et cùm aliquem vitâ cessisse indicarent, non id propriô nomine dicebant, sed tantùm hôc, *Abiit.*

Euripides: Βέβηκεν ἄναξ ὁ κλεινός. *Abiit & obiit superbus ille Rex.* Tertullianus: *Si de aliquo jam pridem defuncto, tanquam vivo quis requirat, præ manu occurrit dicere: Abiit jam. Et: reverti debet.* Ita Phœdrus: *Abiturus illuc, quò priores abierunt.* Plinius: *Et ille quidem plenus annis abiit, plenus honoribus, illis etiam, quos recusavit.*

Pedo

Pedo in Eleg. de morte Drusi:

——— *Victoria parta est,*
Auctor abit *operis, sed tamen extat opus.*

Sic IRE:

—— *Non oculos quisquam inclinant* euntis — Propert.

Sed & FUIT dicebant. Pedo:

Jamne meus non est? nec me facit ipse parentem
Jamne fui Drusi mater, & ipse fuit.

Tibullus:

Vivite felices, memores & vivite nostri — l.3.El.4.
Sive erimus, seu nos fata fuisse *velint.*

Sic Plautus: — Persâ 4.3.

Omne ego pro nihilo esse ducto, quod fuit, quando fuit
Tanquam hominem quando animam efflavit, quid eum quæras, qui fuit?

Idem: — Pseud. A.1. S.3.

Mortuus est, qui fuit: *qui est, vivus est.*

Item VIXIT. Seneca: *Pacuvius, qui Syriam usu suam fecit,* — Epist. 12.
cùm vino & funereis illis epulis se sepelisset, quasi sibi parentaverit, sic in cubiculum ferebatur à cœna, ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, βεβίωκε, βεβίωκε. Eodem sensu & ἔζησαν dixerunt: — in Ciceron.
ὅτω δὴ, inquit Plutarchus, Ῥωμαίων οἱ δυσφημεῖν μὴ βυλόμενοι, τὸ τεθναίναι σημαίνουσι. *Ita Romani vitantes verbi atrocitatem, interfectos significant esse.* Allusit huc Poëta nescio quis:

——— *tunc fabula restat;*
Hic FUIT, *hic* VIXIT, *pugnavit, vicit, amavit,*
Composuit libros, gentes, populosq́; subegit.
Quid mihi, cum FUIT, *aut* VIXIT, *namq;* EST *valet unum*
Plus quàm mille FUIT.

Mortem autem (quod obiter, quoniam huc ventum, addo) — IV.
adeò aversabantur, non ideò tantùm, quòd illâ manum injiciente, omnium bonorum, quæ in charissimis fuerunt, ususfructus eripiatur; & nos ex hac, cui assuevimus, rerum copiâ educat: sed hanc potissimùm ob causam, quòd ex gentilium persuasione, in ea detrudamur loca, undè revocare gradum nulli mortalium datum unquam. — Sen. Ep. 82.

Iliad. ι. Homerus:

> Ληϊστοὶ μὲν γάρ τε βόες καὶ ἴφια μῆλα,
> κτητοὶ δὲ τρίποδές τε καὶ ἵππων ξανθὰ κάρηνα.
> Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λεϊστή,
> Οὔθ' ἑλετή, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.
> *Parabiles namq; boves, & pingues oves,*
> *Acquisibiles & tripodes, & equorum flava capita:*
> *Viri autem anima, ut revertatur neq; parabilis*
> *Neq; acceptabilis, postquam transiverit septum dentium.*

A quô non abludit Euripides:

Supplicit. v. 775.

> -------- τοῦτο γὰρ μόνον βροτοῖς
> οὐκ ἔστι τ' ἀναλωθὲν λαβεῖν,
> ψυχὴν βροτείαν. χρημάτων δ' εἰσὶν πόροι.
> ——— *Hunc enim solum mortalibus*
> *Non licet sumptum factum recipere,*
> *Animam humanam semel amissam. pecuniæ verò parandæ,*
> *amissæq; recuperandæ, sunt rationes.*

v. 706. Theognis:

> Ἀλλὰ δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφικαλύψει,
> ἔλθῃ δ' ἐς κρυερὸν χῶρον ἀποφθιμένων,
> κυανέας τε πύλας παραμείψεται, αἵ τε θανόντων
> ψυχὰς εἴργουσι, καίπερ ἀναινομένας.
> *Certè haud immani quisquam remeabit ab orco*
> *Cùm durô moriens carcere clausus erit:*
> *Nec ferrugineas quisquam perrumpere valvas,*
> *Quæ tenues umbras continuere, valet.*

serm. 117. Philotas apud Stobæum:

> ------- ἄτραπον εἰς ἄδεα ἤνυσα
> τὴν οὔ τις ἐναντίον ἦλθεν ὁδίτης.
> ——— *Iter ad inferos feci,*
> *Per quod nullus retrorsus redit, viator.*

Hercul. Oet. v. 1525. Seneca Tragicus:

> *Dic ad alternos properare manes*
> *Herculem, & regnum canis inquieti,*
> *Unde non unquam remeavit ullus.*

Idem:

Idem: *Hippol.*

Regni tenacis Dominus, & tacita Stygis
Nullam relictos fecit ad superos viam.

Rursum: *Herc. Fur. v. 865.*

Nemo ad id serò venit, unde nunquam
Cùm semel venit, potuit reverti.

Item: *Ibid.*

Nec ire labor est; ipsa deducit via;
Ut sæpè puppes æstus invitas rapit
Sic pronus aër urget, atq; avidum chaos
Gradumq; retrò flectere haud unquam sinunt
Umbra tenaces.

Hinc ita Propertius canit ad Paul.

Desine, Paule, meum lacrymis urgere sepulcrum
Panditur ad nullas janua nigra preces.
Cùm semel infernas intrarunt funera leges
Non-exorato stant adamante fores.

Et hanc quidem ob causam plantis etiam concedere necesse habet homo. *Mosch. Id. 3.*

Nam semel in culeô cum malva exaruit hortô,
Aut apium vivax, foliumvè virentis anethi:
Verè revivifcunt, alium & nascuntur in annum.
Nos autem magni sapientes atq; potentes
Ut semel occidimus, sub terrâ lumine cassi
Dormimus longum, immensum, crassumq; soporem
Donec vis tandem revocet nos major Olympo.

V. *Una satis cuivis multa senecta mala.*

Fors etiam minus esset inter mortales querelarum, si vitæ ver, hoc est, bona florensquè ætas fatorum legibus exempta; & Hyems tantùm, sivè mala ætas, tristisquè senectus, inevitabili illorum necessitati subjecta esset. In hac enim consumtis vitæ floribus, non nisi ingratæ & amarulentæ supersunt fæces. *Quemadmodum enim* (Senecæ verba sunt) *ex amphorâ primùm, quod est sincerissimum, effluit; gravissimum quodq; turbidumq; subsidit: sic in ætate nostrâ, quod optimum, in primo est. Id exhauriri in aliis potiùs patimur, ut nobis facem reservemus.* Et alibi: *Tu tamen malò serves tua, & bonô tempore utì incipias. Nam, ut visum est majoribus nostris:* *Epist. 108.* *Epist. 1.*

Sera parsimonia in fundo est. Non enim tantùm minimum in imô, sed pessimum remanet.

l.1.Anthol. Ab hoc sensu non longè abit Epigramma Græcum:

Αν ὑπολειφθῇ μικρὸν ἐν ἄγγεσιν ἡδέος οἴνου
　　εἰς ὄξυ τρέπεται τοῦτο τὸ λειπόμενον.
Οὕτως ἀντλήσας τὸν ὅλον βίον, εἰς βαθὺ δ' ἐλθὼν
　　Γῆρας, ὁ πρεσβύτης γίγνεται ὀξύχολος.

Si quid de vino meliori in vase relictum est,
　　Mox vitium ducit, & peracescit idem.
Sic qui jam vitæ pervenit ad ultima, is ipse
　　Sumit acorem, & fit tristis ab ingenio.

l.2.c.2. Quod Epigramma revocat mihi in memoriam non invenustum Alexidis locum apud Athenæum, quem placet adscribere:

Οὐδὲν γ' ἔοικ' ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν.
ὁ μὲν γὰρ ἀπογηράσκων, ἀηδὴς γίνεται,
οἶνον δὲ τὸν παλαιότατον σπουδάζομεν.
ὁ μὲν δάκνει γάρ· ὁ δ' ἱλαροὺς ἡμᾶς ποιεῖ.

Natura hominis unique longè dissident:
Homo senescens omnibus molestus est:
Contrà merum nobis vetustum perplacet.
Namque ille nos admordet: hoc hilares facit.

Bacchid. v. 1249. Hinc Euripides:

Ὡς δύσκολον τὸ γῆρας ἀνθρώποις ἔφυ
ἔν τ' ὄμμασι σκυθρωπόν.

Ut morosa senectus est hominibus
Et in oculis tetrica.

Quod calculô suô confirmat Mimnermus:

VI. -------- τὸ δ' ἀργαλέον καὶ ἄμορφον
　　γῆρας, ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτίχ' ὑπερκρέμαται
ἐχθρὸν ὁμῶς καὶ ἄτιμον, ὅ τ' ἄγνωστον τιθεῖ ἄνδρα,
　　βλάπτει δ' ὀφθαλμοὺς καὶ νόον ἀμφιχυθέν.
Τιθωνῷ μὲν ἔδωκεν ἔχειν κακὸν ἄφθιτον ὁ Ζεὺς
　　γῆρας, ὃ καὶ θανάτου ῥίγιον ἀργαλέου.
Τὸ πρὶν ἐὼν κάλλιστος· ἐπὴν παραμείψεται ὥρη
　　οὔτε πατὴρ παισὶν τίμιος, οὔτε φίλοις.

Diffi-

——— *Difficilis autem deformisq;*
Senectus statim imminet capiti
Odiosa simul & contempta, quæ virum reddit obscurum
Lædit autem oculos mentemq; circumfusa.
Tithono Jupiter malum immortale dedit
Senectutem, quæ vel tristi morte magis est timenda.
Qui formosus erat, quum se mutaverit ætas
Invisus natis fit pater & sociis.

Non aliis autem tantùm molesta & odiosa hæc est ætas (undè Senium, pro tœdiô: molestiâ & odiô plerumq; à Comicis poni consuevit) sed sibimet etiam ipsis. Juvenal. *V. Tiraq. in l. 6. connub. §. 26. Sat. 10*

Una senem facies, cum voce trementia membra
Et quoq; leve caput, madidiq; infantia nasi
Frangendus misero gingivâ panis inermi
Usq; adeò gravis uxori, natisq; sibiq;.

Cæcilii quoqué antiqui Poëtæ in Hephæstione sententia est: *Cic. de senectut. &c. Non Marc.*

Tum etiam in senectute hoc deputo miserrimum
Sentire eâ ætate esse odiosum alteri.

Causam autem odii Horatius exprimere videtur, dum ait: *de Art. Poët.*

Multa senem circumveniunt incommoda, vel quòd
Quærit, & inventis miser abstinet, ac timet uti.
Vel quòd res omnes timidè gelidequé ministrat.
Dilator, spes longus, iners, timidusqué futuri
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puerô, censor, castigatorqué minorum.

VII. Adeò autem senectus plerisq; senibus odiosa est, ut onus se Ætnâ gravius dicant sustinere. Euripides: *Cic. l. c. Herc. Fur. v. 638.*

Ἀ νεότης μοι φίλον ἄ-
χθος, τὸ δὲ γῆρας, ἀεὶ
Βαρύτερον, Αἴτνας σκοπέλων
ἐπὶ κρατὶ κεῖται,
Βλεφάρων σκοτεινὸν
φάος ἐπικαλύψαν.
Juventus est mihi gratum

Onus; senectus verò semper
Gravior scopulis Ætna
Supra caput jacet
Palpebrarum obscuram
Lucem operiens.

εἰς τὴν ἑαυτ. γῆρ. f.58. Alludit huc D: Gregorius:

Οὐχ ἅλις ἦεν ἐμοί γε βαρύτατα γήραος ἕλκειν
Ἄλγεα καὶ σκοπέλων ἄχθεα τρινακρίων.

Parum erat; me tristissimos senectutis dolores
Et onus Siculis scopulis gravius perferre.

Menæch. A. 5. S. 2. Non minus enim senectus tergo ponderosa est, quàm bajuli dorso grave pondus. Proindè Plautus:

Nam perticitas deserit, consitus sum
Senectute, onustum gero corpus, vires
Relinquere. Ut ætas mala, merx mala est tergo!

Merc. A. 4. S. 1. Et apud eundem anus tarditatem incessûs excusans, ait:

Nequeo mecastor, tantum hoc oneris est, quod fero.
DO. *Quid oneris?* SY. *Annos octoginta & quatuor.*

Alcest. v. 669. Eleganter quoq; ad hoc senectutis anus alludit Euripides:

Μάτην ἄρ' οἱ γέροντες εὔχονται, θανεῖν
Γῆρας ψέγοντες, καὶ μακρὸν χρόνον βίου.
Ἢν δ' ἐγγὺς ἔλθῃ θάνατος, οὐδεὶς βούλεται
Θνήσκειν. τὸ γῆρας δ' οὐκ ἔτ' ἐς' αὐτοῖς βαρύ.

Frustra igitur senes optant mori
Vituperantes senectam & longæ vitæ tempus:
Si enim propè veniat mors, nemo vult
Mori. Senectus verò non amplius est ipsis gravis.

4. Trist. v. Sic Ovidius:

Jam subeunt anni fragiles, & inertior ætas,
Jamq; parum firmo me mihi ferre grave est.

Hecub. v. 60 Sensit hoc onus & Hecuba apud Euripidem:

Λάβετε, φέρετε
πέμπετ'. ἀείρετέ μου δέμας
Γεραιᾶς χειρὸς προσλαζύμεναι
κἀγὼ σκολιῷ σκίμπωνι χερὸς

Διερ-

Διερειδομένα, σπεύσω βραδύπουν
ἤλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα.

Prehendite, gestate,
Deducite, attollite meum corpus,
Senilem manum apprehendentes.
Et ego curvô scipione manum
Annixa accelerabo tardigradum
Gressum articulorum promovens.

Ita autem hic comparata res est, ut idem Philosophus: *Phœniss. v. 814.*

Πᾶσ᾽ ἀπήνη, πούς τε πρεσβύτου, φιλεῖ
χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κουφίσματα.

Omnis currus, & pes senis, solet
Manûs externa expectare levamina.

VIII. Adde quod Senectus ipsa, ex veterum effatô, morbus sit, & quidem, auctore Seneca, incurabilis. Boëth. *l. 1. Met. 1.*

Venit enim properata malis inopina senectus
Et dolor ætatem jussit inesse suam.
Intempestivi funduntur vertice cani,
Et tremit effætô corpore laxa cutis.

Sophron. apud Stob. Τὸ γὰρ ἀπεχθόμενον γῆρας, ἀτρέμας μαραῖνον ἐντρύχει. *Serm. 116.*
Odiosa senectus corpus paulatim tabescens macerat. Juvenal. *Sat. 10.*

——— Circumsilit agmine factô
Morborum omne genus.
Ille humerô, hic lumbis, hic coxâ debilis, ambos
Perdidit ille oculos, & luscis invidet. Hujus
Pallida labra cibum digitis capiunt alienis,
Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum
Suetus, hiat tantùm, ceu pullus hirundinis, ad quem
Ore volat plena mater jejuna.

Innocentius: *Si quisquam ad senectutem processerit, statim cor ejus adfligitur, & caput concutitur; languet spiritus, & fætet anhelitus; facies rugatur, & statura curvatur; caligant oculi, & vacillant articuli; nares effluunt, & crines defluunt; tremit tactus, deprimit astus; dentes putrescunt, & aures surdescunt.* Roterodamus, in carmine oppidò eleganti de senectutis incommodis: *l. 1. de Miser. Hom. c. 9.*

Tæterri-

——— *Teterrima porrò*
Senecta morbus ingens,
Nullis arcerivé potest, pellivé medelis
Quin derepente oborta
Corporis epotet succos animiqué vigorem
Hebetet.

Huc traho Senecæ verba: *Quemadmodum in nave, quæ sentinam trahit uni rima aut alteri obsistitur: ubi plurimis locis laxari cepit & cedere, succurri non potest navigio dehiscenti. Ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri & fulciri potest. Ubi tanquam in putri ædificio omnis junctura diducitur: Circumspiciendum est, quomodo exeas.*

Epist. 30.

Et hanc etiam ob causam curvi incedunt senes, non tantùm ob incumbens grave & onerosum senectutis pondus: sed etiam (ut facetè quidam) quòd sepulchrum sibi quærant. *Nam nihil habet, quod speret, quem Senectus ducit ad mortem. Huic uni intercedi non potest. Quemadmodum enim senectus adolescentiam sequitur: ita mors senectutem.* Undè Crates Philosophus, cùm sentiret se morti proximum, inspiciebat seipsum, dicens:

Sen. ibid.

------ στείχεις δὴ φίλε, κυρτὸν
Βαίνεις εἰς ἀΐδαο δόμους κυφὸς ὥρην διὰ γῆρας.
——— *Vadis nunc, optime curve,*
Vadis ad orci ædes, longâ gibbose senectâ.

Hinc Admetus apud Euripidem parenti suo grandævo timiditatem exprobrat, quod annis jam confectus, noluerit tamen pro ipso mori.

Alcest. v. 643.

Ἦτ' ἄρ᾽ πάντων διαπρέπεις ἀψυχίᾳ
ὃς ἠλίκος τ' ὢν, κἀπὶ τέρμ' ἥκων βίου
Οὐκ ἠθέλησας οὐδ' ἐτόλμησας
Τοῦ σοῦ πρὸ παιδός.
Profectò igitur omnes excellis timiditate
Quòd tam grandis natu cum sis, cumq; ad vitæ metam veneris
Non voluisti neq; ausus es mori
Pro tuo filio.

Hæc

Hæc fors est animo reputabat Iphis apud Euripid. *Supplic. v. 1108.*

> Ὦ δυσπάλαιστον γῆρας, ὡς μισῶ σ' ἔχων
> Μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν ἐκτείνειν βίον
> Νάβισι, καὶ στρωμναῖσι, καὶ μαγγανεύμασι
> Παρεκτρέποντες ὀχετὸν, ὥς τε μὴ θανεῖν.
> *O ineluctabilis senectus, quàm te odi,*
> *Odi etiam quotquot volunt extendere vitam*
> *Vehiculis, & lectis, & incantationibus,*
> *Avertentes vitæ cursum ne moriantur.*

Valdè bellus hîc est Corn. Gallus, cujus scitissimos elegos facere non possum, quin adscribam:

> *Tu sola tibi subdis miseranda senectus,*
> *Cui cedit quicquid vincere cuncta potest.*
> *In te corruimus, tua sunt quæcunq; fatiscunt,*
> *Ultima quæq; tuo conficis ipsa malo.*
> *Turpe seni vultus nitidi, vestesq; decoræ,*
> *Atq; etiam est ipsum vivere turpe senem.*
> *Crimen, amare jocos: crimen, convivia, cantus,*
> *O miseri, quorum gaudia crimen habent.*
> *Stat dubius tremulusq; senex, semperq; malorum*
> *Credulus & stultus quæ facit ipse, timet.*
> *Laudat præteritos, præsentes despicit annos,*
> *Hoc tantùm rectum, quod facit ipse, putat.*
> *Se solum doctum, se judicat esse peritum,*
> *Et quod sit sapiens, desipit inde magis.*
> *Multa licet nobis referens, eademq; revolvens*
> *Horret, & alloquium conspuit ipse suum.*
> *Deficit auditor, non deficit ipse loquendo,*
> *O solâ fortes garrulitate senes.*
> *Omnia ne quicquam clamosis vocibus implet,*
> *Nihil satis est, horret quæ placuere modo.*
> *Arridet de se ridentibus, ac sibi plaudens,*
> *Incipit opprobriô lætior esse suô.*
> *Hæ sunt primitiæ mortis, his partibus ætas*
> *Defluit, & pigris gressibus ima petit.*

Non habitus, non ipse color, non gressus euntis,
Non species eadem, quæ fuit antè, manet.
Labitur ex humeris demisso corpore vestis,
Quæq; brevis fuerat, jam modo longa mihi est.
Contrahimur, miróq; modò decrescimus ipsi,
Diminui nostri corporis ossa putes.
Nec cælum spectare licet, sed prona senectus
Terram, à qua genita est, & reditura videt.
Fitq; tripes, prorsus quadrupes, ut parvulus infans,
Et per sordentem flebile serpit humum.
Ortus cuncta suos repetunt, matremq; requirunt
Et redit ad nihilum, quod fuit antè nihil.
Hinc est, quòd baculo incumbens ruitura senectus,
Assiduo pigram verbere pulsat humum.
Et numerosa movens certò vestigia passu
Talia rugato creditur ore loqui.
Suscipe me genitrix, nati miserere laborum
Membra velis gremio fessa fovere tuo.

Elegans etiam est Logogriphus J. C. Scaligeri de verbo Senex:

quod cauda) Nex.

Hoc est, quod voluit: quodq; est nunc, esse recusat:
Est non est, quod cauda trahit: sed sentiet illud.

IX. Sic igitur cùm comparata res sit, humanâ longè fortassis eligibilior videatur serpentum conditio, quos Vere novô senectam exsuere, atqué ita perpetuâ quadam juventâ frui, apud Naturæ- consultos in confessô est. Quâ de re Græcia mendax, quæ nil non audet in historiâ, fabulam confinxit, quam Nicander in Theriacis refert: cujus Paraphrasin à G. Sabino eleganter elaboratam, hìc lubet adscribere:

Aristotel. 8. Gen. Anim. Plin. lib. 8. c.27. & l. 22. cap. 23. Pier. l. 14. Hierog. cap. 3.

Juppiter imperium quô tempore cœpit Olympi
Et superis primùm regia jura dedit.
Sacra novo Dòmino terrestris turba paravit,
Atq; dies totô festus in orbe fuit.
Cœdantur nivei passim de more Juvenci
Incensis redolent thura Sabæa focis.

At

At Deus hac tantâ motus pietate, rogârint
Mortales quicquid, jussit id esse ratum.
Conveniunt homines, simul æternamq; inventam
Lædere quam posset nulla senecta, petunt.
Audiit ille preces, tardumq; vocabat asellum
Quo senior Bacchi vectus alumnus erat:
Cujus in ignavo pulcherrima munera tergo
Ad nos mortales ille ferenda dedit.
Quid tibi cum tali, turpissima bestia, dono?
Te grave lignorum dignius esset onus.
Ecce sitim fessus dum colligit inter eundum
Flectit ad irrigui flumina fontis iter.
Ad quem sic breviter per cærula colla loquutus
Servator liquidi gurgitis hydrus ait:
Fluminis hujus erit tibi copia nulla bibendi,
Ni mihi quod portas munus, aselle, dabis.
Heu pecus ignavum, cœlesti nectare munus
Nobilius, vili vendit asellus aqua.
Exuitur tenui quare cum pelle vetustas
Anguibus, ast homines ægra senecta premit.
Sed caveat porrò ne quid committat asellis
Qui benè curatas res volet esse suas.

Hujus loci est illud Nasonis:

Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas,
Nec faciunt cervos cornua jacta senes.
Vestra sine auxilio fugiunt bona, &c.

Cæterùm quod serpentibus, id ipsum & Aquilarum generi Naturam dedisse, præter Psaltem Regium, (a) Aristoteles & (b) Plinius (c) memoriæ prodiderunt. Hoc autem privilegium humano generi à Naturâ denegatum fuisse non sine causa deplorat Iphis apud Euripidem:

a) Oda 103. v. 5.
b) 9. Hist. Anim. 31.
c) l. 10. c. [illegible]

XI.

Supplicit. v. 1080.

Ὤ μοι; τί δὴ βροτοῖσιν οὐκ ἔστι τόδε
Νέους δὶς εἶναι καὶ γέροντας αὖ πάλιν;
Ἀλλ' ἐν δόμοις μὲν ἤν τι μὴ καλῶς ἔχῃ,

Γνώμαισιν ὑστέραισιν ἐξορθούμεθα.
Αἰῶνα δ' οὐκ ἔξεστιν· εἰ δ' ἦμεν νέοι
Δὶς καὶ γέροντες, εἴ τις ἐξημάρτανεν,
Διπλοῦ λαχόντες, ἐξορθούμεθ' ἄν.

Hei mihi, quare non licet hoc hominibus
Bis fieri juvenes, & rursus senes:
Nam in ædibus quidem, si quid non rectè se habeat.
Posterioribus sententiis emendamus:
Vitam vero non licet: si autem essemus juvenes
Bis, & senes, si quis peccavisset, id nos
Duplicis vitæ compotes facti corrigeremus.

Ad quam faciem idem alibi:

Herc. Fur. v 655.

εἰ δὲ θεοῖς ξυνέσις
καὶ σοφία κατ' ἄνδρας
Δίδυμον ἂν ἥβαν ἔφερον
φανερὸν χαρακτῆρ'
ἀρετῆς ὅσοισι
Μέτα, καὶ θανόντες εἰς
ἐπὶ αὐγὰς πάλιν ἁλίου
Δισσοὺς ἂν ἔβαν διαύλους.
Ἁ δυσγένεια δ' ἁπλοῦν ἂν
εἶχε ζωᾶς βιοτάν.

Si verò diis esset prudentia
Et sapientia apud homines
Haberent hi geminam juventutem.
Manifestum signum
Virtutis, in iis, quibus virtus
Adesset, & mortales ad
Splendores Solis iterum
Irent geminos cursus, duplex ævi spacium rursus exigerent.
Sed ignobiles simplicem
Haberent vitæ modum.

CAPUT

CAPUT XXIII.

Resp. Mortalitatem [1] *humanum genus communem habere cum universa* [2] *rerum naturâ. Quâ primum nascamur horâ* [3] *mortem cum vitâ pari passu ambulare. Non proindè tamen* [4] *rectô consistere talô vanam Epicureorum persuasionem, ede, bibe, &c. eò quòd* [5] *crastinum sibi polliceri nemo possit. Non fatorum quidem, ut Gentiles* [6] *opinabantur, invidiâ aut iniquitate: sed certô* [7] *& imperscrutabili Dei Opt. Max. vitam non in possessionem, sed usum tantùm nobis concedentis, judiciô & voluntate.*

I. EQuidem fatendum, nos ex æquò omnes communi mortalitatis legi subjectos esse: *vita enim*, ut ait vir sapiens, *cum exceptione mortis data est.* Quâ sententiâ Hector consolatur Andromachen apud Homerum:

Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.

Hoc est, Eobanô Hesso interprete:

——— *Lex omnibus una statuta est.*
Quæ jubet esse semel moriendum, hæc omnibus una est
Conditio.

Hinc Pindarus:

Ἀφνεὸς τε, πενιχρός τε, θανάτου
παρὰ σᾶμα νέονται.

Et dives & pauper circa mortis tumulum commorantur. Et Ode eadem:

-------- Ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται
κῦμ' ἀΐδαο. πίπτε δ' ἀδόκητον.
ἐν καὶ δοκέοντα.

Cui nasci contigit, mori restat. Ista hominis natura est, nō pœna. Gentium jus est, quod acceperis reddere. Peregrinatio est vita. Multum cùm deambulaveris, domum redeundū est.

Cæterùm, omnibus ex æquô ditis fluctus advenit tamque inglorium, quàm honorificum invadit. Videtur huc alludere D. Ambrosius, cùm ait: *Non est gravis subeundus mœror secundùm naturam: ne aut excellentiorem aliquam naturæ exceptionem nobis arrogare videamur, aut communem recusare. Etenim mors æqualis est omnibus, indiscreta* paupe-

pauperibus, inexcepta divitibus. Et ideò licet per unius peccatum, in omnes tamen pertransivit; ut quem generis non refugimus auctorem, non refugiamus & mortis. Eleganter B. Alcimus Avitus:

Non quenquam mors æqua timet, non excipit ullos,
In vivis tantùm qui discernuntur, honores:
Pauperis ad fletum nullà pietate movetur,
Ditibus ut parcat, nullô corrumpitur aurô.

Demosth. encom. Undè Demosthenes apud Lucianum: Πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος, κἂν οἰκίσκῳ τις αὑτὸν καθείρξας. *Omnes homines natura morti obnoxii sunt, etiamsi quispiam conetur se inclusum in caveam servare.* Et Sophocles:

Ὅταν γὰρ ὁ καιρὸς τοῦ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ
οὐδ' ἂν πρὸς αὐλὰς Ζηνὸς ἐκφύγῃ μολών.
Ubi mortis urget tempus, ad Jovis atria
Si fugeris, effugere non possis tamen.

II. *Morieris hic est humani officii finis. Quis Janus exauctorari moleste tulit? Quò transit orbis, ego transibo. Ad hanc conditionē cuncta gignuntur. Quod capit, & desinit. Homil. in Mart. Jul. c. 148.*

Hæc autem mortalitatis ærumna non tam humano generi propria, quàm eidem totâ cum rerum mole & orbe communis est. In quâ non tantùm civitates ipsas, & omnia mortali manu facta, per vices emori, & fatis suis intercidere videmus; sed pulcherrimam illam structuram, Omnipotentis opus, & quotidiè per partes mutari quotidiè observamus, & tandem totam suâ ruinâ conficiendam, & in nihilum redigendam non dubitamus. In quam sententiam juvat adscribere Basilii Magni verba: ὅτε σοι πρῶτον ἠγγέλθη τοῦ υἱοῦ ἡ γένεσις, εἴ τίς σε ἤρετο ποδαπόν ἐστι τὸ τεχθέν, τί ποτ' ἂν ἀπεκρίνω. ἆρα ἄλλό τι ἂν εἶπες ἢ ὅτι ἄνθρωπός ἐστι τὸ γεννηθέν. εἰ δ' ἄνθρωπος, καὶ θνητὸς δηλονότι. τί οὖν παράδοξον εἰ ἀπέθανεν ὁ θνητός. Οὐχ ὁρᾷς ἥλιον ἀνατέλλοντα καὶ δυόμενον; οὐχ ὁρᾷς τὴν σελήνην αὐξανομένην εἶτα φθίνουσαν; οὐ τὴν γῆν θάλλουσαν εἶτα μαραινομένην; τί τῶν περὶ ἡμᾶς ἕστηκε. Τί ἀκίνητον ἔχει τὴν φύσιν καὶ ἀμετάπτωτον. ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἰδὲ τὴν γῆν. οὐδὲ ταῦτα διαιωνίζει. ὁ γὰρ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται φησίν· οἱ ἀστέρες ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσοῦνται· ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται. ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς· τί οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ ἡμεῖς μέρος ὄντες τοῦ κόσμου, ἀπολαύομεν τῶν ἐκ τοῦ κόσμου. *Quum primùm tibi filii nativitas annunciata est, si quis interrogasset te, quale est, quod natum est, quidnam respondisses? num aliud quid dixisses, quàm quod homo est, quod natum est? Si autem homo, etiam mortalis nimirum. Quid igitur præter opinionem accidit, si mortuus est mortalis?*

lis? Non vides Solem orientem & occidentem? Non vides Lunam augescentem, & deinde deficientem? Non terram florentem, deinde marcescentem? Quid circa nos stabile est? quid immobilem & immutabilem naturam habet? Respice ad cœlum, & inspice terram, neq; hæc perpetuò durant. Cœlum enim & terra præteribunt, inquit, stellæ ex cœlo cadent, Sol obtenebrabitur, Luna non dabit lumen suum. Quid igitur mirum, si & nos pars mundi existentes, eorum, quæ ex mundo sunt, participes sumus? Huc collimant versiculi Camerariani:

Ad mortem properant ubiq; cuncti,
Si cui hoc fortè videtur esse mirum,
Is non hic quid agat, vel ille, sed quid
In vitâ videat, geratur omni,
Mirum & desinet hoc eum videri.

Et hi Scaligeriani: *l. 3. Epid.*

Lubrica fluxio temporis, est & ipsa tempus:
Sed fluxio temporis est mors temporis. Ergò
Mors temporis est tempus, ut incitatione
Momenta nova veterem vim retrò relinquunt:
Et tu tempore tractus, abactus, obvolutus,
Æterna putasti fore stipendia vitæ?

Euripides scitè:

— — — Ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει
Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή. τί ταῦτα δεῖ
στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;

——— *Necessum est enim*
Ut spica quæ maturuit, vitam meti,
Hunc vivere, illum præmori: quid attinet
Deflere, sustinere quæ nati sumus.

Rectam proindè instat viam Lucianus, cùm ait: Ἀν. ὅμως τί οὖν ἄν τις πάθοι, ὦ Ἀχιλλεῦ; ταῦτα γὰρ ἔδοξε τῇ φύσει, πάντως ἀποθνήσκειν ἅπαντας: ὥστε χρὴ ἐμμένειν τῷ νόμῳ, καὶ μὴ ἀνιᾶσθαι τοῖς διατεταγμένοις. *Ant. At verò, Achilles, quid agat quispiam? quando sic natura comparatum est, ut omnes prorsum cogantur semel vitam relinquere. Quæ lex, quum in universum jam obtinuit, nec abrogari ullò modò queat; patienter hanc feras oportet.* *Dial. mort. Antil. & Achill.*

Cæte-

III. Cæterùm (quod addere hîc lubet) non tùm primùm morimur, *cùm flebilis hora* (ut cum Poëta loquar) *oculos claudit, & conclamata jacet materies*, ut vulgus putat male-sanũ: sed per singula momẽta vita nobis perit: semperq; ex quô vivere cepimus, morimur. Quæ Philosophia non hodiè primùm, aut heri nata fuit: sed ab Indorum Sapientibus, quos Brachmanas dixerunt, originem duxit. De his Strabo: Νομίζειν γὰρ, inquit, τὸν ἐνθάδε βίον, ὡς ἂν ἀκμὴν κυομένων εἶναι. τὸν δὲ θάνατον γένεσιν εἰς τὸν ὄντως βίον, καὶ τὸν εὐδαίμονα τοῖς φιλοσοφήσασι. *Censere eos vitam, quæ isthic agitur, esse velut maturitatẽ prægnantium: mortem autem, partum sive nativitatem in verè vitam & felicem iis, qui rectè philosophati sunt.* De hoc negotiô egregiè philosophatur Magnus Basilius, quem hîc audire pretium operæ: Ὥσπερ γὰρ, inquit verè Magnus Antistes, οἱ τινὰ συντεταμένην πορείαν ἀνύοντες, ἐπὶ τὸ πρόσω τὰς τῶν ποδῶν βάσεις ἀμιλλωμένας ἀλλήλαις εἰς δρόμον ἀμείβοντες καὶ τὴν ἀεὶ προτέραν ἐπὶ τῆς γῆς ἐρηρεισμένην δευτέραν ἀποδεικνῦντες τῇ ταχείᾳ μεταθέσει τῆς ἄλλης, ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ τῆς ὁδοῦ πέρας χωροῦσιν· οὕτως οἱ πρὸς τὴν ζωὴν παραχθέντες ὑπὸ τοῦ κτίσαντος εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῖς τοῦ χρόνου τμήμασιν ἐπεμβαίνοντες, καὶ τὸ πρότερον ἀεὶ καταλιμπάνοντες ὕστερον, ἐπὶ τὸ πέρας φθάνουσι τῆς ζωῆς. ἢ οὐχὶ καὶ ἡμῖν διηνεκὴς συνεχής τις ὁδὸς ὑφηπλῶσθαι ἡ παροῦσα ζωὴ, καὶ πορεία διειλημμένη ταῖς ἡλικίαις καθάπερ σταθμοῖς· ἀρχὴν μὲν ἔχουσα τῆς ὁδοιπορίας· παρέχουσα τὰς τῶν μητέρων ὠδῖνας· πέρας δὲ ὑποδεικνῦσα τοῦ δρόμου τὰς τῶν τάφων σκηνὰς, καὶ πρὸς ἐκείνας ἅπαντας ἄγουσα· τοὺς μὲν θᾶττον· τοὺς δὲ βραδύτερον· καὶ τοὺς μὲν διὰ πάντων χρόνου διαστημάτων ὁδεύοντας. τοὺς δὲ οὐδὲ τοῖς πρώτοις ἐναυλισθέντας τοῦ βίου σταθμοῖς· τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ὁδοὺς, ὅσαι πρὸς πόλιν ἐκ πόλεως ἄγουσιν, ἔστιν ἐκκλῖναι καὶ μὴ ὁδεῦσαι τὸν μὴ βουλόμενον. αὕτη δὲ κἂν ἡμεῖς ἀναβάλλεσθαι δυνηθῶμεν τὸν δρόμον, περιλαβοῦσα πρὸς βίαν ἐπὶ τὸ τεταγμένον ὑπὸ τοῦ δεσπότου πέρας ἕλκει τοὺς ἐπ' αὐτῆς· καὶ οὐκ ἔστιν ἀγαπητὸν, τὸν ἅπαξ ὑπεκδραμόντα τὴν ἐπὶ τὸν δε τὸν βίον φέρουσαν πύλην, καὶ τῆς ὁδοῦ ταύτης ἐπιβάντα, μὴ καὶ πρὸς τὸ τέλος ταύτης ἐλθεῖν· ἕκαστος δὲ ἡμῶν μετὰ τοὺς μητρῴους κόλπους ἀποφυγὼν, εὐθὺς τοῖς τοῦ χρόνου ῥεύμασιν ἐνδοθεὶς ὑποσύρεται, καθάπερ ἀεὶ τὴν βεβιωμένην ἡμέραν ἰδὼν, καὶ πρὸς τὴν χθὲς ἐπανελθεῖν, οὐδέποτε κἂν θελήσῃ δυνάμενος. *Quemadmodum enim, qui viam aliquam porrectam perficiunt, pedum congressus mutuâ contentione semper ulterius ad cursum permutant, & semper priorem in terra firmatum posteriorem reddunt, atq; sic per velocem alterius transpositionem facile ad finem viæ procedunt. Sic qui ad vitam à Conditore producti sunt, statim in principio temporis articulis proce-*

Nascẽtes morimur, finisque ab origine pendet.

lib. 15.

Homine reb. temporalib. ære p. 220.

procedentes, & priorem semper posteriorem relinquentes, ad vitæ finem perveniant. Aut non etiam nobis videtur præsens vita perpetua quadam via expassa esse, & iter ætatibus, velut stationibus ac stabulis interstinctum: quod principium quidem profectionis unicuique exhibet maternus partus, finem verò cursus, sepulchrorũ tentoria, & ad illa universos ducit, alios citiùs, alios tardiùs: & alios quidem per omnia temporis intervalla itinere confectô, alios verò neq; in primis vitæ stabulis morâ factâ. Alias quidem igitur vias, quæ ex urbe ad urbem ducunt, declinare licet, & per illas non proficisci, si quis ita velit: hac verò, etiamsi nos cursum differre velimus, violenter correptos ad destinatum à Domino finem trahit eos, qui in ipsa consistunt: & non datur, ô dilecti, ut is, qui semel extra portam ad hanc vitam tendentem egressus est, & hoc iter inivit, non etiam ad hujus terminum perveniat. Verùm unusquisq; nostrûm post fugam ex maternis sinubus, statim temporis fluxionibus illigatus rapitur, à tergo semper diem, quem vixit, relinquens, & ad hesternam reverti nunquam, etiamsi velit, potens.

In eandem sententiam acutè multa vir non solùm pietate, sed etiam doctrinâ admirandus & suspiciendus Augustinus, à quo pauca etiam mutuari lubet, ut intelligi possit, cur quidam olim hominem appellaverit, νεκρὸν αἰώνιον, ut refert Eustathius. Sic autem divinus Scriptor: *Ex quô quisq;, inquit, in isto corpore moriturô esse cœperit, nunquam in eo non agitur ut mors veniat. Hoc enim agit ejus mutabilitas totô tempore vitæ hujus, si tamen vita dicenda est, ut veniatur ad mortem.* Mox: *Quoniam quicquid vivitur, de spatio vivendi demitur: & quotidiè fit minus minusqué, quod restat; ut omninò nihil sit aliud tempus vitæ hujus, quàm cursus ad mortem.* Et paucis interjectis: *Quid aliud diebus, horis, momentisq; singulis agitur, donec ea consummata mors, quæ agebatur, impleatur: & incipiat jam tempus esse post mortem, quod cum vita detraheretur, erat in morte?* *l. 13. de Civ. Dei. c. 10.*

Nec possum hic, nec licet, silentiô præterire ea, quæ hac de re Seneca, vir (Columellæ verbis) excellentis ingenii atq; doctrinæ, passim tradit, prioribus ita gemina, ut nec ovum ovo, aut lac lacti similius. *Quemadmodum, inquit alicubi, novem mensibus nos tenet maternus uterus, & præparat non sibi, sed illi loco, in quem videmur emitti, jam idonei spiritum trahere: sic per hoc spatium, quod ab* *lib. 3. de Reb. rust. 3.* *Epist. 102.*

Epist. 24. *infantiâ patet in senectutem, in alium naturæ sumimur partum. Alia origo nos expectat, alius rerum status.* Et alibi: *Memini te illum locum aliquando tractasse. Non repentè nos in mortem incidere, sed minutatim procedere: quotidiè demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoq; cùm crescimus, vita decrescit. Infantiam amisimus, deindè pueritiam, deindè adolescentiam: usq; ad hesternum quidquid transiit temporis, periit. Hunc ipsum quem agimus diem, cum morte dividimus. Quemadmodum clepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid antè defluxit: sic ultima hora, qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. Tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus.* Ex hoc fundo est Conr. Rittershusii Cathemerinon, quô laudatum Senecæ locum ad vivum expressit, quod ob ejus venustatem & elegantiam huc adscribere placuit.

Cottidiè morimur: neq; lux abit ulla, propinquos
Quin Morti magis atq; magis nos sistat avara
Inq; dies nostræ decedit portio vitæ.
Quid nox ipsa aliud, nisi Mors est atra Diei?
Quid verò lux est, obitus nisi Noctis opacæ?
Somnus, qui vigiles nobis interpolat horas
Cottidiè, frater nonné est, & Mortis imago,
Germanæ totos tradens aliquando sorori?
Tum quoq; (quod mirere magis) dum crescimus ipsi
Decrescit spatium vitæ, ipsaq; carpitur abse.
Sic tenera infirmis infantia transiit annis:
Mox ætas puerilis eandem est ponè sequuta.
Deindè adolescentes etiam contrivimus annos;
Inde juventutem consumpsimus: inde virilem
Ætatem: Hanc subiit tandem morosa Senectus,
Ad metam propiusq; admotis vellicat aurem,
Sarcinulas componendas, vitâq; migrandum.
Sic est quæq; dies Mors ejus, quæ fuit antè,
Sic hodierna dies hesternam absorpsit; & ipsam
Crastina lux abolere parat: Sic ordine deinceps.
Omne quod est lapsum præsentem tempus ad horam
Imò ad momentum præsens, obiisse putato.

Quinetiam cum Morte diem hunc, quem vivimus, ipsum
Dividimus, Letum latisqué intervenit horis.
Clepsidram in exemplum capito, quæ dividit horas
Et fluxu metitur aquæ: (nobis eum arena
Usum hodiè præbet) Non guttula eam extima lapsu
Exhaurit, vel qui pulvisculus ultimus exit:
Sed potiùs quicquid multò defluxerat antè.
Ultima sic, nobis qui vitæ terminus, hora
Sola quidem Mortem consummat, at haud tamen ipsa
Sola facit. Metam tunc demum attingimus illam
Propositam cunctis; toto at decurrimus ævo
Mortale hoc stadium: momentaqué singula mortem
Adportant sensim sine sensu. Is deniq; vitam
Transigit ut debet, qui, quid sit natus, & unde
Extiterit, quò sit tandem migrare necesse
Commeminit, sese propriamqué ad originem adaptat,
Cœlo animum attollens, at humum terrenaqué calcans.

Quibus ultimus quatuor versibus respexit fortean vir doctissimus, & in sanctorum Patrum lectione versatissimus, ad hæc D. Augustini verba: *Ubi demum verus est Christianus, qui in domô suâ, & in patriâ suâ peregrinum esse cognoscit. Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus. Nam unusquisqué hic & in domo suâ, hospes est. Quadoquidem ei singulis horis expectandus est exitus, & transitus in aliam vitam. Cessit tibi locum pater tuus, cessurus es & filiis tuis, &c.* Sed ad Senecam redeo, qui eleganter alicubi: *Ita*, inquit, *cum vitâ nostrâ comparata res est. Quemadmodum quos aut sermo aut lectio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit, pervenisse se antè sciunt, quàm appropinquasse: ita hoc vitæ iter assiduum & citatissimum, quod dormientes vigilantesqué eodem gradu facimus, occupatis non apparet, nisi in fine.* Quæ sapientis verba revocant mihi in memoriam Logogriphum Ill. Scaligeri de vitâ: **de Brevit. vit. 9.**

Carcer delitiosus, & undiq; dulce venenum **parte priore) Vi.**
Ipsa sui fatorum, ac cœli parte priore
Pulsa ruit: tituli nosulam si exemeris, inde
Ostendit quid sit, Nil nisi via: tuqué viator,

Consolat. ad Marc. 20. *Nimirum* (continuabo ex Seneca) *in hoc omnes errore versamur, ut non putemus ad mortem, nisi senes inclinatosq́, jam vergere: cùm illò infantia statim, & juventa, omnisq́, ætas ferat.* Theophrastum, quum rogaretur à discipulis, *num quippiam illis mandare vellet*, dixisse, Laërtius refert: *Nihil quidem, quod imperaret se habere,* πλὴν ὅτι πολλὰ τῶν ἡδέων ὁ βίος διὰ τὴν δόξαν καταλαζονεύεται. ἡμεῖς γὰρ ὁπότ' ἀρχόμεθα ζῆν, τότ' ἀποθνήσκομεν. *Nisi quod multa dulcia gloriæ obtentu vita mentitur: nos verò cùm vivere incipimus, tunc morimur.*

l.5.

Coronidis locô lubet adscribere elegans in hanc rem Nicol. Borbonii Decastichon:

Fallimur & cæci mortem procul esse putamus;
Illa tamen mediô corpore clausa latet.
Quandoquidem ex illâ, quâ primùm nascimur horâ,
It vita junctô mors comes atra pede:
Partem aliquam vitæ semper furatur, & ipsam
Diminuit vitam qualibet hora tuam.
Et morimur sensim, & momentô extinguimur unô;
Non secus ac lampas deficiente oleô,
Mors nihil ut perimat, tamen ipso in tempore præstò est.
Quin nunc, ah miseri, dum loquimur, morimur.

IV. Porrò, licet hoc ita se habeat, non proindè tamen auscultandus est Epicureorum grex, qui vitæ nostræ fluxibilitate, in voluptatum ac libidinum suarum patrocinium abutuntur, insanô freti malesani cujusdam consiliô apud Athen.

Πᾶσι δὲ θνητοῖς βούλομαι παραινέσαι
Τὸ φήμερον ζῆν ἡδέως, ὁ γὰρ θανὼν
Τὸ μηδέν ἐστι, καὶ σκιὰ κατὰ χθονός.
μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ' ἐπαυρέσθαι χρεών.
Hoc omnibus do consilium mortalibus:
Ut suaviter in diem vivant. Nam mortuus
Nil est, & umbra tantùm subterranea.
Quare, brevi vita decet vivos frui.

Cui simile illud Persii:

Sat. 5. *Indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est*
Quod vivis, cinis, & manes, & fabula fies.
Vive memor lethi.

Ex eâdem scholà prodiit & hoc Stratonis: *l. 1. Anthol.*

> Καὶ πῖνε, καὶ τέρπευ, Δημόκρατες, οὐ γὰρ ἐς αἰεὶ
> πιόμεθ', οὐδ' αἰεὶ τέρψιος ἑξόμεθα
> καὶ στεφάνοις κεφαλὰς πυκασώμεθα, καὶ μυρίσωμεν
> αὐτοὺς πρὶν τύμβοις τοῦτο φέρειν ἑτέρους.
> Νῦν ἐν ἐμοὶ πινέτω μέθυ πλεῖον ὀστέα τἀμὰ
> νεκρὰ δὲ Δευκαλίων αὐτὰ κατακλυσάτω.

Sis lætus, bibe, Democrates, nam tempora nobis
Pocula non semper deliciasq; dabunt.
Cingamusq; caput sertis, ungamus & antè
Corpora, quàm tumulo condat amara dies.
Nunc mea dum vivo plus vini viscera sumant,
Mortua Deucalion vendicet ossa sibi.

Verùm enim verò, causa hæc, quam allegant isti, ejusmodi est, quæ potiùs eos à flagitiosa vivendi ratione deterrere deberet. Præclarè & eleganter Billius: *l. 3. Anthol. c. 10.*

Lude, bibe, & dapibus ventrem farcire memento:
Pallida nam tibi cras mors erit ante fores.
Audirem tua dicta libens, sequererq; monentem,
Ni tua mi facerent ultima verba metum.
Nam mihi si lucem lux crastina tollet, ut inquis;
Sunt adversa mihi dicta canenda tuis.
Jejuna, supplexq; preces, lachrymasq; profunde,
Quandoquidem tibi lux postera mortis erit.

Aurô contrà charior est Heliodori sententia, nec à præsenti negotio aliena: ἀρκεῖ μὲν ἴσως, inquit elegantissimus scriptor, *l. 7. Æth. 16.* καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότα φαῦλον, εὐθυμεία τῇ παρὰ τ̃ κρειττόνων ἐπελπίζειν· καλὸν δὲ καὶ ἀνθρώπων τοὺς συνόντας πείθοντα, σὺν παρρησίᾳ τ̃ ἐπίκαιρον τοῦτον βίον διάγειν. *Quamvis fortasse sufficit, nullius sceleris sibi conscium, benevolentia numinis confidere: tamen honestum est, id ipsum de se hominibus, cum quibus verseris, persuadentem, tranquillè vitam hanc, quæ ad tempus tantùm durat, transigere.*

Revera enim nemini licet sponsorem habere, aut satis accipere à quoquam, se victurum esse in crastinum. Noti sunt omnibus hac de re Senecæ Tragici versus: V. *Ad omnia patienda pares sumus, nemo alterô fragi-*

Sss 3 Nemo

lior est, nemo in crastinum sui certior.

Nemo tam divos habuit faventes
Crastinum ut possit sibi polliceri.

Quos Joh. Secundus ita παρῳδεῖ:

Non potuit quisquam, de tot, quos munere pavit
Vasta suo tellus, nunquam prece, thure, vel auro
Sic sibi devinctos animos habuisse Deorum,
Ut sibi venturam promittere quiverit horam.

Quibus addas licet hæc Euripidea:

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται
κ' οὐκ ἔστι θνητῶν, ὅστις ἐξεπίσταται
τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται.

Mortalibus mors certa cunctis debita est,
Et nemo novit omnium mortalium
Dies an superstes sit futurus crastini.

Qui cum consentit Palladæ hoc distichon:

l. 2. Anthol.

Πᾶσι θανεῖν μερόπεσσιν ὀφείλεται· οὐδέ τις ἐστὶν
Αὔριον εἰ ζήσει θνητὸς ἐπιστάμενος.

Debita mors cunctis moralibus est, neq; quisquam est
Esse cui in tuto crastina vita queat.

Et istud Callimachi:

l. 3. Anthol.

Δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν αὔριον; ἡνίκα καὶ σὲ
χαρμίδην ὀφθαλμοῖς χθιζὸν ἐν ἡμετέροις,
Τῇ ἑτέρῃ κλαύσαντες ἐθάπτομεν· οὐδὲν ἐκείνου
εἶδε πατὴρ Διόφων χρῆμ' ἀνιηρότερον·

Visus heri nobis longo dignissimus avo
Charmitus, in terram conditus est hodiè:
Illa fuit soboles multùm dilecta parenti,
Usq; adeò nullus crastina novit homo.

Hoc ipsum & Epicurus inculcat apud Stobæum, dicens:

Serm. 17.

Γεγόναμεν ἅπαξ, δὶς οὐκ ἔστι γενέσθαι. δεῖ δὲ τὸν αἰῶνα μηκέτ' εἶναι. σὺ δὲ τῆς αὔριον οὐκ ὢν κύριος, ἀναβάλλῃ τὸν καιρόν· ὁ δὲ πάντων βίος μελλησμῷ παραπόλλυται. *Semel nascimur, bis non licet, neq; æternum esse. Tu autem cùm nec crastini certus sis, tempus differs. Ita omnis vita differendo intercidit.* Graviter Pindarus:

Nem. 11. sen ult.

-------- Τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώ-
ποις σαφὲς οὐκ ἕπεται

τέκμαρ

τέκμαρ, ἀλλ' ἔμπαν μεγαλανορίαις ἐμβαίνομεν,
ἔργα τε πολλὰ μενοι-
νῶντες. δέδεται γὰρ ἀναιδεῖ
ἐλπίδι γυῖα, προμα-
θείας δ' ἀπόκεινται ῥοαί.

At ex Jove homines finis manet: illum non prænoscimus, non ob oculos ponimus, sed fastuosi incedimus, multas res in animô nostrô versantes. Sed membra nostra impudenti spei alligata sunt. Prudentiaq́, & remoti consilii fluxus à nobis remoti sunt. In quam sententiam eleganter Seneca: *Impendio vitæ vitam instruunt, cogitationes suas in longum ordinant: maxima porrò vitæ jactura dilatio est. Illa primũ quemq́, extrahit diem, illa eripit præsentia, dum ulteriora promittit. Maximum vivendi impedimentum est, expectatio, quæ pendet ex crastino.* Et alibi: *Crastinum si adjecerit Deus, læti recipiamus. Ille beatissimus est & securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat.* Graviter vir quidam sanctus (ut Guido Bituriensis refert) cùm jam senex ab amicô in crastinum vocaretur ad conviviũ: *Cur me,* respondit, *vocas in crastinum, qui à multis jam annis crastinum non habui, sed mortis adventum in singulos dies expectavi.* Id quod mihi (quod transiens addo) in memoriam revocat misellì cujusdam, ab amicorũ quopiam ad cœnam invitati, fatũ, quod Charonti apud Lucian. risus materiam præbuerat. Verba Charontis Mercurio historiã narrantis hæc sunt: Ἐπὶ δεῖπνον, οἶμαι, κληθεὶς ὑπό τινος τῶν φίλων, ἐς τὴν ὑστεραίαν μάλιστα ἥξω ἔφη. καὶ μεταξὺ λέγοντος, ἀπὸ τοῦ τέγους κεραμὶς ἐπιπεσοῦσα, οὐκ οἶδ' ὅτου κινήσαντος ἀπέκτεινεν αὐτόν. ἐγέλασα οὖν, οὐκ ἐπιτελέσαντος τὴν ὑπόσχεσιν. Hoc est: *Cùm quidam ab amicorum quopiam ad cœnam, opinor, vocatus esset, in posterum (inquit) diem veniam, maximè, atq; interim dum hæc diceret, tegula quædam nescio quô deturbante à tecto in caput huic irruens, ipsum necavit. Risi ergò hominem, ut qui promissa minimè præstaret.* Quæ seu fabella, seu historia, Lucianus, meô quidem animô, nil aliud innuere voluit, quàm quod Epictetus sapiẽtissimè monet, cùm ait: θάνατος, καὶ φυγὴ, καὶ πάντα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν. μάλιστα δὲ πάντων ὁ θάνατος· καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμηθήσῃ, ὅτι ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός. *Mors & exiliũ, & omnia quæ terribilia videntur antè oculos tibi continuò sunto. Maximè verò omnium mors: neq; quicquam unquam humile cogitabis, neq; quicquam cupies nimis.* Nec alienum ab hoc loco est Gregorii Nazianzeni monitum:

de Brev. vi. 9

Epist. 11.

Enchirid. c. 26.

L. 1. sentent.

Ἀεὶ μὲ

Αἰ μὲν ἐργάζεσθε τὴν σωτηρίαν
καιρὸς δὲ δὴ μάλιστα, ἡ βίου λύσις
τὸ γῆρας ἤλθεν· ἔξοδον κῆρυξ βοᾷ
πᾶς εὐτρεπίζου, πλησίον γὰρ ἡ κρίσις.

Operanda quiq; semper est salus sua:
Sed id requirit terminus vitæ magis.
Senecta præsto est, exitum præco sonat.
Paratus esto quisq; judex advenit.

VI. Non est autem quod hic de Fatorum invidiâ aut iniquitate conqueramur, Gentilium more, qui, sicubi morte præmaturâ charos vel conjuges, vel amicos ab invicem avelli, aut ætate florentes in mediô cursu rapi, & vix in lucem natos, vitæ subduci videbant; numen quoddam incusabant, à quô se immeritò (ut à cœcô) percussos dolebant, & invidiam Fatorum subindè ingeminabant, ut passim per Appiam & Flamineam, totumquè habitatum orbem legimus, in veteribus sepulchretis.

Gentiliũ de Fatorum injuria querela.

Marq. Freh. de luct. mini. p. mihi 37.

Homonææ.

Injecére manus invida fata mihi.

Probinæ:

Invida sors rerum fatis quid mergis acerbam,
Nec te conjugii flectere novit amor.

In alio Romæ: *Furia Spes L. Sempronio Firmo, conjugi charissimo mihi, ut cognovi puerum puella, obligata amori pariter, cum quo vixi tempore minimô, & quô tempore vivere debuimus, à manu malâ disparati sumus.*

Sic Euripides:

Oreste v. 971.

Βέβακε γὰρ βέβακεν, οἴχεται τέκνων
πρόπασα γέννα Πέλοπος, ὅ, τ' ἐπὶ μακαρίοις
ζηλωτὸς ὢν ποτ' οἴκοις, φθόνος νιν εἷλε θεόθεν,
ἅ τε δυσμενὴς φονία ψῆφος ἐν πολίταις.

Abiit enim, abiit, disperiit omnis liberorum
Pelopis progenies. Quaq; domus ipsis beatis
Olim invidenda erat, eam divina invidia sustulit
Cruentumq; decretum civium hausit, eruit.

Quin & gravi impiâq; voce, non jam damnum, aut infortunium, sed CRIMEN, SCELUS, NEFAS à fatis sibi accidisse

disse clamabant, ut apud Poëtas legimus; & iniquitatem invidiamq; adeò Deorum, & Jovis in fata ignavam indulgentiam indignabundi culpabant. Statium quæso audi:

Quisnam impacatâ consanguinitate locavit
Fortunam Invidiamq; Deus? quis jussit iniquas
Æternum bellare deas? nullamné notavit
Illa domum, torvô quam non hac lumine figat
Protinus, & sævâ perturbet gaudia dextrâ

Et posteà quantâ impatientiâ!

Heu durus fati tenor, est ne quod illi
Non liceat? quanta poterant mortalibus annis
Accessisse moræ, si tamen Pater omne teneres
Arbitrium, cæco gemeret mors clusa barathro,
Longius & vacua posuissent stamina Parcæ.

VII. *Vita mancupio nemini datur, omnibus usu.*

Apage, inquam, sis CRIMEN, SCELUS, NEFAS hoc, cùm sciamus non sine numine Dei fieri talia, certoq; ejus judiciô & voluntate, quæ non potest esse nisi bona, utut nobis cæcis videatur, cùm ille sit bonitas ipsa. Quis autem ille tàm ferrei oris, qui DEO obloquatur, & in cœlum os suum efferat? Adde quòd illius ut occultissimô judiciô, ita & irrevocabili decretô vita unicuiq; nostrûm non in possessionem, sed usum duntaxat data sit, secundùm illud:

Pedo in Elog. de Morte Drusi.

Vita data est utenda, data est sine fœnore nobis
Mutua, nec certo persoluenda die.

1. Tuscul.

Eleganter M. Tullius: *Pellantur ergò ista ineptiæ penè aniles, antè tempus mori miserum esse. Quod tandem tempus? naturané? At ea quidem dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nullâ præstitutâ die. Quid est igitur, quod querare, si repetit, cùm vult. Eâ enim conditione acceperas.* Quâ in sententiâ Platone doctore usus fuit, cujus verba infrà adscribendi occasio erit. Dictis a. convenienter Plutarch. διὸ, inquit, καὶ μοιρίδιον χρέος εἶναι λέγεται τὸ ζῆν, ὡς ἀποδοθησόμενον, ὃ ἐδανείσαντο ἡμῶν οἱ προπάτορες. ὃ δὴ καὶ εὐκόλως καταβλητέον καὶ ἀστενάκτως, ὅταν ὁ δανείσας ἀπαιτῇ. *Hac de causa etiam vita dicitur fatale esse debitum, quod contraxerint majores nostri, sitq; à nobis persolvendum. Quod est faciendum æquô animô & citra gemitus, ubi creditor repetet.* Et post aliquam multa. Οὐ δεῖ οὖν δυσφορεῖν ἐπὶ ἃ ἔχρησαν ἡμῖν πρὸς ὀλίγον ἐὰν ἀπαι-

Consol. ad Apollon.

τῶν πι· οὐδὲ γὰρ οἱ τραπεζῖται (καθάπερ εἰώθαμεν λέγειν πολλάκις) ἀπαιτούμενοι τὰ θέματα, δυσχεραίνουσιν ἐπὶ τῇ ἀποδόσει, ἐάνπερ εὐγνωμονῶσι· πρὸς γὰρ τοὺς οὐκ εὐμαρῶς ἀποδιδόντας εἰκότως ἄν τις εἴποι ἐπελάθου ὅτι ταῦτ᾽ ἔλαβες ἐπὶ τῷ ἀποδοῦναι; τοῦτο δὴ τοῖς θνητοῖς ἅπασι συμβέβηκεν· ἔχομεν γὰρ τὸ ζῆν ὥσπερ παρακαταθεμένοις θεοῖς ἐξ ἀνάγκης, καὶ τούτου χρόνος οὐδείς ἐστιν ὡρισμένος τῆς ἀποδόσεως, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς τραπεζίταις τῆς τῶν θεμάτων, ἀλλ᾽ ἄδηλον πότε ὁ δοὺς ἀπαιτήσει. Hoc est: *Quapropter iniquius ferre non debemus, si repetunt, quorum nobis exigui temporis usuram concesserant, quando necessarii quidem, nisi animum pravum gerant, indignantur ubi apud eos deposita sors reposcitur. Et non promptè reddenti dicere possis haud injuria: Oblitusné es ea te hac conditione accepisse, ut redderes? Idem verò omnibus usu venit hominibus. Vita nobis contigit, Diis eam apud nos fatali deponentibus necessitudine, neq; certus est definitus terminus, ad quem reddendum illud sit depositum: sicut ne mensarii quidem scire possunt, quando reposcenda sit apud eos deposita sors.* Id quod fortassis antè oculos habuit J. Scaliger: *l. 4. Epidorp.*

Morbo implicitus, productus, exesus acuto,
Ne luctificis astra, Deum cie querelis:
Sed gratum habe de potiore sanitate,
Quod si, ut decet, & convenit, & necesse, fracta
Plebi horribilis te evocat ultimus dierum:
Hoc est Domino reddere creditum petenti.
Quare cumulatè potiusqué fœnerato
Videaris ei reddere gratus, & libenter.

Nimirum eadem penè vitæ h. quæ convivii ratio est, ut in Epidorpide quadam suâ eleganter ostendit nunquam satis laudatus C. Rittershusius:

CONVIVIO *vita est hominum simillima:*
Certè esse debet, quando rectè vivitur.
Mirumne dico? Audi modo, & verissimum hoc
Assentieris esse, ni fallor, mihi.
CONVIVA *quis vocatus est? non arripit*
Sibi locum ipse, ni sit extremè impudens;
Sed quem locum assignârit ipsi prabitor
Hunc occupat libens, reluctatus nihil.
Locum vir ornat quippe; non virum locus.

Fasti-

Fastidiô deindè nullô hoc vescitur
Quodcunq;, qualecunq; mensæ imponitur:
Nec poscit impudenter aut circumspicit
Plura atq; delicatiora fercula,
Aut cœculi aut dulcis falerni pocula:
Boniq; consulit præsentem copiam,
Fruens hilariter, quicquid illatum fuit.
Tandem satur recedit è convivio
Agitquè Regi gratias convivii
Conviva non insulsus esse si cupit.
Ingratus manens heri, impudens homo est.
SIC QUISQUE *nostrum, quando in hoc convivium*
Adducitur vitæ à Deo, vitæ locum
Sibi suopte arbitrio non eligit,
Sed accipit datum supremò à Numine,
Hac lege, ut ornet vir locum, haud virum locus.
Tum quicquid ipsi præbuit vitæ arbiter,
Quæ fercula apposivit, illis vescitur:
Quæcunq; pocla miscuit, gustat libens,
Conviva civilis parum esse si negat;
Paratus ad quæcunq; vitæ munera,
Cuicunq; sortis accommodat sese volens,
Lætus lubensq; sequitur suum ducem,
Memor, suum haud præscribere esse, at obsequi;
Non ferre, sed subire leges. Deniq;
Cùm vitæ ad exitum vocamur, mensaq;
Sublata jam finem attulit convivio,
Nihil recusans, qui sapit, migrat domum,
Agitq; gratas gratias vitæ arbitro,
Et præbitori munifico convivii, &c.

Quapropter sic concludo:

Stulta est cupido, quæ dies longos sitit,
Et plurimum ævi plurimas vitas putat.
Non sæpè vivere; at mori datum est semel
Centum senectas mille seclis aggere,
Et mille vive Nestoras; dementia est

Putare, multas posse vitas vivere
Aut vivere ullam, præter hanc, quam perdimus,
Aut perdere ullam, præter hanc, quam vivimus.

CAPUT XXIV.

Object. *Acerbissimum parentibus* 1. *devorandum esse dolorem, in liberorum funeribus. Novercarum* 2. *ingenia moresq́. Meliorem esse* 3. τῶν ἀγάμων, *vel* τῶν ἀπαίδων *conditionem.* Resp. *Duram quidem esse* 4. *illam parentum sortem, sed tolerabilem. Qui fatis suis* 5. *maturè decedunt, non amitti, sed dimitti, immò præmitti. Quos Deus diligit* 6. *adolescentes mori: minus enim facis ponderisq́* 7. *ex hoc immundi mundi cænô traxisse. Eosdem omnibus calamitatibus* 8. *ereptos esse & in portu. Non vivere bonum,* 9. *sed benè vivere. Mortem non malorum,* 10. *sed bonorum maximum. Omnia enim mortalium* 11. *mala dissolvere (hinc apud priscos* 12. *corona defunctis imponi solita) & ad meliorem* 13. *vitam aditum aperire. Hinc etiam* τῶν ἔξω 14. *votum: Cupio dissolvi.*

I. SEd instas porrò, dicisqué: *Ipsam mortis crudelitatem longissimè superare doloris vehementiam & atrocitatem, quam Parentes ex denascentium liberorum funeribus percipiunt.* Tam immensus enim ille est, tamq; intolerabilis, ut qui eum non sentiat, aut suis ponderibus non expendat, non homini, sed monstro similis sit,

—— Duris genuit quod cautibus ingens
Caucasus, Hyrcanaq́ admorunt ubera tygres.

Quid enim (inquit eloquentiæ Princeps) *dulcius hominum generi à naturâ datum est, quàm sui cuiq; liberi?* Admodum præclarè & notabiliter Antonius Guevara, *in vita M. Aurelii Imperatoris*: *Scitum est & veterum sermone tritum proverbium: Odorem odorum, panem; saporem saporum, salem; & amorem amorum, liberos esse. Nam ut*

Orat. ad Quirit. post reditum.

L. 2. c. 1.

verum

verum fateamur, Nullus est amor magis secundùm naturam, quàm caritas inter parentes & liberos. Euripidem audiamus: *Ione, ca 472.*

ὑπερβαλλούσας γὰρ ἔχει
θνατοῖς εὐδαιμονίας
ἀκίνητον ἀφορμὰν
τέκνων οἷς ἂν καρποτρόφοι
λάμπωσιν ἐν θαλάμοις
πατρίοισι νεανίδες ἧβαι,
διαδέκτορα πλοῦτον
ὡς ἕξοντές γ᾽ ἐκ πατέρων
ἑτέροις ἐπὶ τέκνοις·
ἀλκά τε γὰρ ἐν κακοῖς
σύν τ᾽ εὐτυχίαις, φίλον·
δορί τε γᾷ πατρίᾳ φέρει
σωτήριον ἀλκάν.
ἐμοὶ μὲν πλούτου τε πάρος
βασιλικῶν θαλάμων τ᾽ εἶεν
τροφαὶ κήδειοι κεδνῶν τέκνων

Incredibiles enim præbet
Voluptates mortalibus,
Firmumq́ præsidium,
Liberorum, quibus alita frugibus
In thalamis emicuerit
Patriis florida pubes:
Ut qui opes patrias non solùm
Habituri ipsi, sed & posteræ
Traditurі sint soboli.
Liberi item præsidium
Gratum tum lætis, tum rebus tristibus.
Præterea bello terræ patriæ
Salutarem ferunt opem.
Mihi longè ante opes
Et regios thalamos
Dulcis fuerit dulcium pignorum
Educatio.

Medeâ. Eadem mens fuit Jasoni, qui Medeæ, liberos exsilii comites roganti, apud Senecam Tragicum ita respondit:

Parere precibus cupere me fateor tuis,
Pietas vetat: namq; istud haud possum pati.
Non si ipse memet c[illegible]t & Rex, & socer.
Hæc causa vitæ e[illegible] perusti pectoris
Curis levamen: [illegible]itu citius queam
Carere, membris, luce.

Ut autem nulla major felicitas, quàm vigentes & florentes videre liberos: ita nulla major calamitas, quàm *ducere* (ut Satyricus loquitur) *funera gnatorum.* Acerbissimum siquidem funus est, quod parens sequitur. Euripides:

Juvenal. Sat. 10.
Supplicit. v. 1120.

Τί γὰρ ἂν μεῖζον τοῦδ' ἔτι θνατοῖς
πάθος ἐξεύροις
ἢ τέκνα θανόντ' ἐσιδέσθαι;
Quod enim hominibus majus hoc
Malum invenias
Quàm intueri mortuos liberos?

Medeâ v. 1112. Idem:

Πῶς οὖν λύει πρὸς τοῖς ἄλλοις
τήνδ' ἔτι λύπην ἀνιαροτάτην
παίδων ἕνεκεν
θνητοῖσι θεοὺς ἐπιβάλλειν;
Quomodo igitur prodest alios
Hunc etiam acerbissimum dolorem
Propter liberorum mortem
Addere Deos hominibus?

Statius:

———*Miserum est primæva parenti*
Pignora, surgentesq; nefas accendere natos.

Præcipuè verò matribus, cùm sint φιλοτεκνότεραι, in liberorum funeribus cor scindi, & tantùm non (ut apud Comicum ille ait) colligatis vasis planè abire videtur. Euripides:

Suppl. v. 83.

Τὸ γὰρ θανόντων τέκνων
ἐπίπονόν τι κατὰ γυναῖκας

εἰς γό-

τοῖς γόνοις πέφυκε πάθος·

Nam propter mortuos filios
Vehemens quidam in mulieribus
Adluctus insitus est affectus.

Nisi fortè Novercæ in matrum locum succedant. De his enim sæpè jam laudatus Philosophus: II.

Ἐχθρὰ ἡ 'πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις Alc. v. 309.
τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα. & Jone v. 1025. & 1329.

Noverca uxori succedens, liberis est inimica
Prioribus, nihiloq; mitior quàm vipera.

Seneca: Hippol.

Taceo novercas: mitius nil est feris.

Fidem facit elegans Callimachi Epigramma, quod adscribo: l. 1. Anthol. εἰς μητρυιάν. Vid. Piccart. Dec. 7. obs. c. 6 Eras. Adag.

Στήλην μητρυιῆς μικρὰν λίθον ἔστεφε κοῦρος·
ὡς βίον ἠλλάχθαι καὶ τρόπον οἰόμενος·
ἡ δὲ τάφῳ κλινθεῖσα, κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα·
φεύγετε μητρυιῆς καὶ τάφον οἱ πρόγονοι.

Dat puer exiguo monumento serta novercæ
Cum vitâ mores hanc posuisse ratus.
Illa pium oppressit tumulo delapsa Noverca
Vos quoq; privigni busta cavete procul.

Vel:

Serta puer cippo dabat officiosa novercæ
Mutasse ut vitam, sic ratus ingenium.
Ille cadens, miserum oppressit labendo. Noverca
Vos quoq; privigni deinde cavete rogos.

Elegantes quoq; in hanc rem sunt Jambi à Diodoro Siculo relati, qui è Græcia in Latium sic translati sunt:

Quisquis novercam liberis induxerit
Suos nec inter sit celebris gloria
Cives, nec ulla ejus sit æstimatio
Ut si qui suis spontaneum rebus malum
Arcessat, attrahens sibi molestias.

Et

Et subjicitur elegans dilemma:

Nam sive matrimonium prius fuit
Felix, in hac felicitate desinas:
(Quis enim secundum huic par futurum spondeat?)
Sive illud haud cessit tibi ex sententiâ,
Quis est furor, periculum facere iterum?
Nam qui bis unô peccat in negotiô,
Re vera eum pro stulto habere convenit.

Duriùs etiam ille, quisquis est, qui sic fecit:

Pignora conjugii moriens cui prima reliquit
Uxor, si repetat jura secunda thori:
Quæris, quid faciat? Propriis incendia miscet
Ædibus, & dextrâ suggerit ipse facem.

Consol. ad Helv. c. 2. Novercarum indolem agnoscas etiam ex his Senecæ verbis: *Crevisti sub novercâ, quam tu quidem omni obsequiô & pietate, quanta vel in filiâ conspici potest, matrem fieri coëgisti: nulli tamen non magnô constitit & bona noverca.*

Quod si tu fortè, quæ mea hîc mens sit, roges? dicam (quoniam ita vis) sed Scaligeri verbis:

Fastidia sæva, miserum est, ferre novercæ.
Verùm tolerando Styga, Cerberumq; vincam.
Sic, ut feritati stupor additus silescat.

III. Et hinc (ut ad institutum, à quô me novercarum natura & mores non nihil seducebant, revertar) Euripides feliciores prædicat eos, qui vel ἄγαμοι, *sivè extra conjugii jugum*, vel in matrimoniô constituti; ἄπαιδες, *sinè prole & liberis* vitam transigunt. Sic autem ait:

Medeâ v. 1090.

Καὶ φημὶ βροτῶν, οἵτινές εἰσι
πάμπαν ἄπειροι, μηδ' ἐφύτευσαν
παῖδας, προφέρειν εἰς εὐτυχίαν
τῶν γειναμένων.

Et ajo mortalium quicunq; sunt
Omninò nuptiarum expertes, nec genuerunt
Liberos, anteeunt felicitate
Eos, qui liberos genuerunt.

Eadem

Eadem Admeto mens est apud eundem: *Alcest. v. 882.*

ζηλῶ δ' ἀγάμους, ἀτέκνους τε βροτῶν
ψυχὴ δὲ μία τῆς δ' ὑπεραλγεῖν
μέτριον ἄχθος.
παίδων δὲ νόσους, καὶ νυμφιδίους
Εὐνὰς θανάτοις κεραϊζομένας
Οὐ τλητὸν ὁρᾶν.

Felices duco cœlibes & sine liberis mortales
Pro unâ verò animâ hac dolere
Mediocre est onus.
Liberorum verò morbos, & nuptiales
Lectos morte vastatos,
Intolerabile est aspicere.

Undè de summô & acerbissimô luctu Amos Propheta: *Convertam*, inquit, *festivitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum: & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput calvitium, & ponam eam quasi luctum unigeniti, & novissima ejus, quasi diem amorum.* Et Zacharias: *Plangent eum planctu, quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.* *c. 8. v. 10.* *c. 12. v. 10.*

IV. Verùm enim verò, quemcunq; subita & inopinata charissimorum conjugii pignorum amissio vehementiùs percellit, præeunte Magnô Basiliô, sic apud animum suum statuat:

Ἐκλήθην πατὴρ, ἐφόσον ὁ τοῦτό με ποιήσας ἐβούλετο χρόνον. περιελεῖν μου τὸν ἐκ τῆς γονῆς στέφανον ἐβουλεύσατο πάλιν, οὐ διαμάχομαι περὶ τῶν ἰδίων αὐτοῦ, κρατείτω τὸ τῷ δεσπότῃ δοκοῦν· αὐτὸς ἐστι πλάστης τοῦ γένους, ἐγὼ δὲ ὄργανον. *Pater vocatus sum, quantô tempore voluit is, qui me patrem fecit: auferre mihi rursus sobolis coronam statuit, non pugno contra ipsum de his, quæ ipsius propria sunt: prævaleat id, quod Domino visum est: ipse est plastes generis, ego verò organum.* Quæ ultima verba sua fecit D. Gregorius: *Hom. ne reb. temp. p. 224.*

Οὐκ οἶον μερόπων ἡμεῖς γένος, ἀλλὰ θεοῖο
τῶν δὲ πάροςε πατέρες δὲ τὰ δεύτερα εἰσι τίκεσιν
Ὄργανα τῆς χριστοῖο Θεοῦ μεγαλεῖο γενέθλης. *Epist. Nicob. ad fil.*

Non hominum tantùm, sed Dei quoq; imò Dei priùs, quàm hominum filii sumus. Patres quippe secundas duntaxat in gignendo partes tenent, divinæq; generationis velut organa quædam sunt. Graviter & *Epist. 25.*

Epist. 25. ſuccinctè Divus Hieronymus: *Unicus*, inquit, *raptus eſt filius: durum quidem, ſed tolerabile: quia ſuſtulit ille, qui dederat.* Quod ipſum Ench. c. 14. inculcat etiam Epictetus graviſſimâ ſententiâ: Μηδέποτε, inquit, ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτὸ, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα· τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. *Nunquam in re quapiam dicas, Perdidi hoc; ſed reddidi. Puer obiit, redditus eſt.* cap. 18. Item: Ἂν θέλῃς τὰ τέκνα σου, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους σου πάντοτε ζῆν, ἠλίθιος εἶ. Τὰ γὰρ μὴ ἐπὶ σοὶ, θέλεις ἐπὶ σοὶ εἶναι. καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶναι. *Si velis liberos uxoremq; tuam, & amicos vivere, ſtultus es. Quæ enim in te non ſunt, vis in te eſſe: & quæ aliena, tua.* Præclarè in hanc rem Epist. 63. Seneca: *Fac quod tuam æquitatem decet, deſine beneficium Fortunæ malè interpretari: abſtulit, ſed dedit.* Addit alibi: ad Polyb. c. 29. *Illud neceſſe eſt te adjuvet cogitantem, non injuriam tibi factam, quòd talem amiſiſti: ſed beneficium datum, quòd tam diu pietate ejus tibi uti fruiq; licuit. Iniquus eſt, qui muneris ſui arbitrium danti non relinquit: avidus, qui non lucri locò habet, quod accepit, ſed damni, quod reddidit: ingratus eſt, qui in-* Declam de Morte. *juriam vocat finem voluptatis.* Quod ſi quis Princeps (Eraſmi verba ſunt) ſummi pretii, ſummæq; artis tabulam nobis dediſſet utendam; utrum eam quandocunq; collubitum fuerit repoſcenti, ſerenô vultu reſtitueremus, gratias inſuper decorè agentes: an verò triſtes & queruli ad hunc modum cum eô expoſtularemus. *O te crudelem, qui tam pretioſo munere nos ſpoliaſti? quantam voluptatem nobis ademiſti? quàm citò rem tam egregiam nec opinantibus nobis eripuiſti?* Nonnè is optimô jure tam ingratis & injuſtis querimoniis ad hunc reſponderet modum: *Hoccinè præmii pro meæ benignitatis officiô reporto? Itanè nihil meminiſtis, niſi hoc tantùm, quòd belliſſimam tabulam amiſiſtis: excidit animô, gratis & ultrò me commodaſſe: vos tot jam dies meâ benignitate paviſſe oculos, animum oblectaſſe. Nimirum quod dedi, benignitatis erat, quòd repoſco, meô jure facio. Vobis aliquid ex me lucri fuit, jactura nihil fuit: niſi quòd veſtrô vitiô id eſſe proprium fingebatis, quod erat commodaticium. Proindè perire vobis videtur, quod repetitur. Immò quò precioſior, quò jucundior ea res fuit, quam utendam conceſſi, hôc magis atquè magis mihi debetis. Nec antè tempus repetitum videri poterat, quod citra injuriam poterat non committi.* Dicamus ergò cum nectareô prorſus Ambroſiô: *Perfunctus ſum, quamdiu licuit, conceſsô mihi fœnore: qui depoſuit pignus, recepit. Nihil intereſt, utrum neges depoſitum, aut doleas reſtitutum. In*

utro-

utroq; & fidei ambiguũ, & vitæ periculũ est. Itaq; quantò uberior fœnoris summa, tantò gravior, sortis usura, &c. Auscultemus iterũ M. Basil. *Homil in Mart Julit. p.148.*

σὺ δ' ἐκεῖνο λογίζου, ὅτι οὐκ ἀπέθανε τὸ παιδίον, ἀλλ' ἀπεδόθη. οὐδὲ ἐτελεύτησεν ὁ φίλος, ἀλλ' ἀπεδήμησε, καὶ μικρὸν προείληφε τῆς ὁδοῦ, ἣν καὶ ἡμᾶς ἀναγκαίως δεῖ πορεύεσθαι.

Tu verò illud reputa, quòd non mortuus est puer, sed redditus: neq; mortuus est amicus, sed peregrinatus, & paululum præoccupavit viam, quam etiam nos necessariò oportebit ire.

Illos namque, qui fatis suis maturè decedunt, *non amittimus* (ut rectè Seneca) *sed dimittimus, imò consecuturi præmittimus.* Quod mutuatus videtur ex Antiphane Comico: V. *Consolat. ad Marc. 19.*

Πενθεῖν δὲ μετρίως τοὺς προσήκοντας φίλους
οὐ γὰρ τεθνᾶσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν
ἣν πᾶσιν ἐλθεῖν ἐστ' ἀναγκαίως ἔχον
προεληλύθασιν· εἶτα χ' ἡμεῖς ὕστερον
εἰς ταὐτὸ καταγώγιον αὐτοῖς ἥξομεν·
κοινῇ τὸν ἄλλον συνδιατρίψοντες χρόνον·

Lugere amicos mortuos modicè debet.
Non mortui enim sunt: sed illam ipsam viam,
Quam mox necessum inire nobis omnibus,
Illi præiverunt. Et ecce postmodum
Transgressi in unum idemq; diversorium,
Conjuncti agemus quidquid ævi reliquum est.

Eò itaq; æquiore animô esse debemus (ut eleganter iterum ait Seneca) quòd, *quos amisimus, sequimur. Respice celeritatem rapidissimi temporis: cogita brevitatem hujus spatii, per quod citatissimi currimus: observa hunc comitatum generis humani, eodem tendentium, minimis intervallis distinctum, etiam ubi maxima videntur: quem putas periisse, præmissus est.* *Epist. 99.*

Quapropter, si quod audimus, esse volumus, Christiani, filii Dei, luctum omnem abstergere debemus, ob charissima capita accersitione Dominicâ de seculo liberata: cùm sciamus (ut gravissima sanctissimi Martyris verba habent) *non eos amitti, sed præmitti; recedentes præcedere, ut proficiscentes, ut navigantes solent. Desiderari eos debere, nõ plangi: nec accipiendas hic atras vestes, quando illi ibi indumenta alba jam sumserunt: occasionem dandam non esse gentilibus, ut nos meritò ac jure reprehendant; quod quos vivere apud Deum dicimus, ut* *Cyprian. de Mort. c. 14.*

extinctos & perditos lugiamus; & fidem, quam sermone & voce depromsimus, cordis & pectoris testimonio non probemus.

VI. Præter hæc, in funeribus suavissimorum pignorum illud etiam nos solari debet, quod Romanæ delitium Musæ Plautus divinitùs protulit:

Bach. A. 4. S. 7.

——— quem DI diligunt,
Adolescens moritur, dum valet, sentit, sapit.

Quô æmulatus est illum Menandri versum:

Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος.
Juvenis relinquit vitam, quem Dii diligunt.

Ad quam faciem venustè Philosophorum Homerus, Plato:

Axiochô. Κἂν μή τις, inquit, θᾶττον, ὡς χρέος, ἀποδιδῷ τὸ ζῆν ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐπιστᾶσα, ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοήν, πολλάκις δὲ ἄμφω· κἂν ἐπιμείνῃ τις παρέλυσεν, ἐλωβήσατο, παρήρθρωσεν· ἄλλοι ἐπὶ πολὺ γῆρας ἀκμάζουσι, καὶ τῷ νῷ δὶς παῖδες οἱ γέροντες, γίγνονται· καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ θεοὶ, τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιστήμονες ὓς ἂν περὶ πλείστου ποιῶνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν· *Quòd si quispiam maturè vitam non reddiderit, tanquam debitum: natura urgens, instar fœneratoris pignora capit, hujus visum, illius auditum: sæpè etiam utrumq;. At si diutius in vitâ permaneas: resolvet, mutilabit, articulos elidet. Alii longâ quidem senectute vigent, sed in eorum numerum, de quibus est proverbium,* BIS PUERI SENES, *referuntur. Quapropter etiam Dii immortales, gnari rerum humanarum, celeriùs eos è vitâ evocant, quos maximè diligunt.* Placita erat (ait magnus Sapientiæ Doctor & præses) DEO anima ejus, *propter hoc properavit educere eam de mediâ iniquitate, ne longô vitæ itinere deviis oberraret anfractibus.* Quæ sapientissimi mortalium verba, revocant mihi in memoriam elegantissimum locum apud Fulgentium, quem non piget adscribere: *Absit ergò,* inquit, *ut infidelium consentientes erroribus, æstimemus, aut dicamus, quia illam juvenem Christianam*

Sap. 4.

Epist. 2, c. 3.

Abstulit atra dies, & funere mersit acerbô.

Vel, ut est in veteri tumulô:

Invida sors rerum, fatis quid mergis acerbum?

Illos namq; atra dies aufert, qui (secundùm Johannis Apostoli dictum) in tenebris sunt, & in tenebris ambulant, & dilexerunt magis tenebras, quàm lucem, erant enim mala eorum opera. Tales quantumvis longævi moriantur, acerbô funere demergentur: & quamvis ætas eorum matura videa-

videatur in corpore; mortifera tamen mundi dilectio, immaturæ mentis acerbitatem retentat in corde. Christianus autem qui in timore Dei vixerit, quacunqué fuerit defunctus ætate corporis, non acerbô funere mergitur, sed placitâ Deo subnixus maturitate transfertur. Placita enim erat DEO anima illius, propter hoc properavit, de medio iniquitatis illum educere. Ne igitur ultrà fidei Christianæ modum indiscretam teneamus de conjugum juvenculorum, aut liberorum nostrorum obitu tristitiam; nec amissas existemus, sed præmissas; nec ipsorum juventutem putemus immaturè præcisam, quam interminabili videmus æternitate firmatam.

Quemadmodum autem variis vitiorum cœnis ac sordibus inquinata vitæ ratio, divortium facit inter DEUM & hominem: Ita magis DEO placent, quorum vernanti adhuc ætati, in hoc immundô mundi lutô, minùs sordium aspersum est. Seneca: *Facilius ad superos iter est, animis citò ab humanâ conversatione dimissis. Minus enim facis ponderisqué traxerunt: antequam abducerentur, & altius terrena conciperent, liberati, leviores ad originem suam revolant, & facilius, quicquid est illud, absoluti transfluunt.* A quibus non aliena sunt Plutarchi verba: Ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνος μὲν τῆς ἐν τοῖς εὐσεβείας καὶ τῆς ἑαυτοῦ τὴν πρέπουσαν εὐφημίαν ἔχων, πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον μεταπεφοίτηκε τοῦ θνητοῦ βίου καθάπερ ἐκ τοῦ συμποσίου πρὶν εἰς τινα παροινίαν ἐκπεσεῖν τὴν τῷ μακρῷ γήρᾳ παρεπομένην. *Ergò ille tuæ suæqué pietatis comitante eum faustâ acclamatione, antè nos ad immortalitatem ex hac mortali vitâ digressus est: tanquam è conviviô abiens, priusquam in errorem ex temulentiâ aliquem incideret, quales in longâ senectute incidere solent.* VII.

Consolat. ad Marc. c. 23.

ad Apollon.

Illas autem sordes & iniquinamenta evitare, adeò in nobis non est, ut penè etiam quantulumcunqué in nobis est virium, superet. *De quotidianis tantùm obscœnitatibus loquamur* (verba sunt Salviani) *quas tales & innumeras legiones dæmonum excogitaverunt, ut etiam honestæ ac probæ mentes, etsi non nullas earum spernere & calcare possunt, omnes tamen penitus superare vix possint. Sicut enim exercitus pugnaturi ea loca, per quæ venturas hostium turmas sciunt, aut foveis intercidere: aut sudibus præfigere, aut tribulis infestare dicuntur: scilicet, ut etiamsi non in omnia ea quispiam incidat, nullus tamen penitus evadat: Ita etiam dæmones tàm multas in vitâ istâ humano generi illecebrarum insidias prætenderunt, ut etsi plurimas eorum aliquis*

lib. 6. de Gubern. D.

lib. de bono mort. c. 6. *effugiat, tamen quacunque capiatur.* Hinc graviter D. Ambrosius monet: *Attolle animam tuam, ne eam illiciat esca laqueorum. Voluptates seculi, esca quædam sunt: & quod pejus est, esca malorum, esca tentationum. Dum voluptatem quæris, laqueos incurris. Omne iter istius vitæ plenam laqueorum est.* Et S. Hieronymus: *Casus*, inquit, *promptus est præsumptuosè, & non timidè, ambulantibus in viâ Dei, in quâ tot latent adversa, quot momenta sunt temporum.* Quæ loca antè oculos habuisse videtur Billius:

Proœm. Reg. Monachor.

l. 1. Antholog. 104.

O Deus, ô quantis vita est humana periclis
Subdita! quis tali vitet ab hoste necem?
Quoquò oculos vertam ipse meos discrimina mille
Tensa animæ cerno, retia mille meæ.
Sive cibos capiam, seu dem mea membra sopori,
Seu quid agam, laqueos subdolus hostis habet.
O Deus, ô quisnam fugiet tot retia? vano
Mens ea quæ fastu libera semper erit.

Consolat. ad Marc. c. 22. Seneca quoq; eundem ferit scopum: *Cogita*, inquit, *animi mille labes. Neq; enim recta ingenia, qualem in adolescentiâ spem sui fecerant, usq; in senectutem pertulerunt: sed interversa plerumq; sunt. Aut sera, eoq; fœdior luxuria invasit, & coëgit dehonestare speciosa principia: aut in popinam ventremq; projectis, summa illis curarum fuit, quid essent, quid biberent, &c.*

VIII. Taceo nunc mille calamitatum occasiones, quas progredientibus annis declinare, vel ideò difficilimum est: quòd hanc immutabilem legem rebus humanis Natura dixerit, ne quæ constans & perennis esset felicitas, sed ut curæ voluptatem sequerentur, utq;

——— *medio de fonte lepôrum*
Surgat amari aliquid, quod in ipsis floribus angat.

Pindarus: ——— ἤδη

Olymp. 2.

βροτῶν κέκριται
πεῖρας οὔ τι θανάτου
οὐδ' ἀσύχιμον ἁμέραν
ὁπότε παῖδ' ἀλίου
ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ
τελευτάσομεν

jam

ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι
εὐθυμιᾶν τε μέτα καὶ
πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν.

Jam statam mortis horam prorsus non habent mortales; neq; unquam quietum diem, Solis prolem, cum innoxio bono finiemus. Fluctus autem aliàs alii cum felicitate & infortunio invaserunt humanum genus.

Euripides:

Φεῦ, οὐκ ἔστιν οὐδὲν πιστὸν, οὔτ' εὐδοξία, *Hecub. v. 959.*
οὔτ' αὖ καλῶς πράσσοντα, μὴ πράξειν κακῶς.
φύρουσι δ' αὖθ' οἱ θεοὶ πάλιν τε καὶ πρόσω
Ταραγμὸν ἐντιθέντες, ὡς ἀγνωσίᾳ
σέβωμεν αὐτούς.

Heu. Nihil est tutum: nullaq; cui possis fidere, felicitas:
Ut non, qui secundis utitur rebus, possit fieri miser:
Sed cuncta miscent excitato numina
Suisq; deq; tumultu, ut futuri inscitiâ
Ipsos colamus Deos.

Idem:

Ἰὼ, ἰὼ, πανδάκρυτ' ἐφαμερῶν ἔθνη πολύπονα *Orest. v. 975*
λεύσσεθ' ὡς παρ' ἐλπίδας μοῖρα βαίνει
ἕτερα δ' ἑτέροις ἀμείβεται
πήματ' ἐν χρόνῳ μακρῷ
βροτῶν δ' ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰών.

Heu heu! quàm lachrimosa & afflicta gens mortalium
Videte, quàm improviso adrepat necessitas:
Longis ævi tractibus
Clades alias alia vicissim excipiunt.
Omne enim ævum mortalium instabile est.

Item:

Παλαίσμαθ' ἡμῶν ὁ βίος. εὐτυχοῦσι δὲ, *Suppl. v. 550*
οἱ μὲν τάχ' οἱ δ' ἐσαῦθις, οἱ δ' ἤδη βροτῶν *V. eund. Iph.*
τρυφᾷ δ' ὁ δαίμων. πρός τε γὰρ τοῦ δυστυχοῦς *in Aul. v. 30*
ὃς εὐτυχήσῃ, τίμιος γεραίρεται. *Jone v. 383.*
ὁ δ' ὄλβιος νιν, πνεῦμα δειμαίνων λιπεῖν *& 1512.*
ὑψηλὸν αἴρει. *Herc. Fur. 506.*

Vita nostra certamen est; resq́; prospera
His quidem statim, illis in posterum, aliis modò mortalibus
Affluunt, luditq́; ludum insolentem fortuna. Nam à misero
Qui mox futurus beatus, obnixo colitur studio
Pursus felix jam, ne relinquat spiritum metuens
Eum sublimem tollit.

Consolat. ad Marc. 21. Quod cùm ita se habeat, quem invenire hodiè potes (Senecæ verba sunt) cujus res tàm benè positæ sint & fundatæ, ut nihil illi, procedenti tempore, timendum sit? *Labuntur humana ac fluunt: neq; pars vitæ nostræ tam obnoxia & tenera est, quàm quæ maximè placet. Ideoq́; felicissimis optanda mors est: quia in tantâ inconstantiâ turbâq́; rerum, nihil, nisi quod præteriit, certum est. Quis tibi recepit, illud pulcherrimum filii tui corpus, & summâ pudoris custodiâ inter luxuriosa urbis oculos conservatum, potuisse ita morbos evadere, ut ad senectutem formæ illæsum perferret decus.* Huic adstipulatur vetus Comicus:

εἰτ' εἰ μὲν ᾔδεις ὅτι τοῦτον τὸν βίον
ὃν σὺ ἐβίωσε, ζῆν διευτυχοῦντ' ἀεὶ
ὁ θάνατος σου ἄκαιρος. εἰ δ' ἤνεγκεν αὖ
οὗτος ὁ βίος τι τῶν ἀνηκέστων, ἴσως
αὐτός σου γέγονεν εὐνούστερος.

Si constitisset hac de re certò tibi
Reliquum quòd ille vitæ cursum prosperè
Fuisset exacturus, mortem dicere
Intempestivam tibi liceret. Sin erat
Gravis aliqua eventura calamitas ei
Mors melius illi, quàm tu consuluit quidem.

Lucianus huc respexit hoc Epigrammate:

l. 3. Anthol. εἰς βρέφη.

Παῖδά με πενταέτηρον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα
    νηλειὴς Ἀΐδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ κλαίοις· καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
    παῦρα, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

Callimachus quinquennis ego puer atra subivi
    Limina Plutonis, curaq́; nulla fuit.
Parcite sed lachrymis: Vitam ut mihi Parca negavit
    Longam: sic vitæ incommoda nulla dedit.

Omni-

Omnibus itaq; malis erepti sunt, quos DEUS ex hac mundi tempestate in portum maturè perduxit. *Excessit,* (iterum cum Consolat. ad Seneca loquor) *filius tuus terminos, intra quos servitur. Excepit illum* Marc. 19. *magna & aeterna pax: non paupertatis metu, non divitiarum curâ, non libidinis per voluptatem animos carpentis stimulis incessitur, non invidiâ felicitatis alienae tangitur, nec sua premitur, nec conviciis quidem ullis verecundae aures verberantur: nulla publica clades conspicitur: nulla privata, non sollicitus futuri pendet ab eventu, semper in deteriora dependenti. Tandem ibi constitit, unde nil eum pellat, ubi nil terreat. O ignaros,* cap. 20. pergit idem, *malorum suorum, quibus non mors ut optimum inventum naturae laudatur! quae sive felicitatem includit, sive calamitatem repellit, sive satietatem aut lassitudinem senis terminat: sive juvenile aevum, dum meliora sperantur, in flore deducit: sive pueritiam antè duriores gradus revocat: omnibus finis, multis remedium, quibusdam votum, de nullis melius merita, quàm de his ad quos venit, ante-* cap. 24. *quam invocaretur.* Et consolatione eâdem: *Quod unum ex tam bono filio poteras dolere, doluisti: caetera exempta casibus plena voluptatis sunt: si modo, quid in illo pretiosissimum fuerit, intelligis: ipse quidem aeternus, meliorisq; nunc status est, despoliatus oneribus alienis, & sibi relictus, &c.* Verissimè, ô Seneca. Longè enim melior illorum status est, qui omnibus malis erepti, securè vivunt: quàm qui in calamitoso hujus mundi mari, variis miseriarum ventis ex diverso furentibus, huc illuc jactantur & oberrant. Id quod calculô quoquè suô confirmat Divus Gregorius M. cùm ait: Orat, in fun. ὅπερ ἐστὶ τοῖς πλέουσι λιμὴν εὔδιος, τοῦτο τοῖς ἐνθένδε χωριζομένοις, ἡ ἐκεῖσε μετάστασις parent. καὶ μετάθεσις· ἢ ὥσπερ οἱ μακρὰν ὁδὸν διεξεληλυθότες, τῶν ἔτι ταλαιπωρούντων καὶ μοχθούντων εἰσὶ ῥᾴους καὶ ἀπονώτεροι· οὕτως οἱ ἐπιτυχόντες τῆς ἐκεῖ καταλύσεως, τῶν ἔτι τὴν σκολιὰν καὶ κρημνώδη τοῦ βίου τούτου τεμνόντων ὁδὸν, ἀμείνους καὶ ἀσφαλέστεροι. *Quod navigantibus est portus, hoc iis, qui hujus vitae procellis agitantur, migrationem in alteram vitam esse: aut etiam, quemadmodum qui longum iter priores confecerunt, meliore sunt conditione, quàm qui itineris adhuc laboribus fatigantur: ita tolerabiliorem & meliorem illorum conditionem esse, qui ad supernum illud hospitium jam pervenerunt, quàm qui sinuosum adhuc praeruptumquè hujus vitae iter emetiuntur.*

Porrò, licet magni beneficii locô meritò habeatur, si quem IX. annorum pondere lassum, & vitae saturum è statione suâ dimit- Epist. 30. tat vitae pariter & necis arbiter DEUS (undè Seneca: *Jam verò,*

inquit, *si cui contigit, ut illum senectus leniter emitteret, non repentè avulsum vita, sed minutatim subductum: ne ille gratias agere Diis omnibus debet, quod satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratam, productus est)* non proindè tamen sortis humanæ iniquior videri debet conditio, si ætate florentes in medió cursu rapiantur, & *Cic. 1. Tusc.* vix in lucem nati, vitæ subducantur. Nam si in cæteris rebus meliùs putatur aliquam partem attingere. Cur in vitâ secus? *Sen. Ep. 30.* *Non* enim *vivere bonum est, sed benè vivere.* Audiamus Senecam: *Epist. 93.* *Obsecro te, æquius judicas te naturæ, an tibi parére naturam? Quid autem interest, quam citò exeas, unde utiq; exeundum est? Non ut diu vivamus curandum est, sed ut satis. Nam ut diu vivas, fatò opus est: ut satis, animô. Hoc agamus, ut quemadmodum pretiosa rerum; sic vita nostra non pateat multum, sed multum pendat. Actu illam metiamur, non tempore. Laudemus, & in numero felicium reponamus eum, cui quantulumcunque temporis contigit, benè collocatum est. Quemadmodum enim in minore corporis habitu, potest homo esse perfectus: sic & in minore temporis modô potest esse vita perfecta.* Præclarè idem Seneca alibi: *de Brevit. vit. 8.* *Non est*, inquit, *quod quemquam propter canos aut rugas putes diu vixisse. Non enim ille diu vixit, sed diu fuit. Quid enim? Si illum multum putes navigasse, quem sæva tempestas à portu exceptum huc & illuc tulit, ac viribus ventorum ex diverso furentium, per eadem spatia in orbem egit? non ille multum navigavit, sed multum jactatus est.* In hanc *ad Apollon.* sententiam Plutarchus: οὐχ ὁ μακρότατος βίος ἄριστος, ἀλλ' ὁ σπουδαιότατος. *Non longissima vita optima, sed honestissima.* Et addit: *Neq; enim, qui plurimum citharâ cecinit, aut oravit, aut in navi gubernavit, sed qui benè commendatur. Bonum autem non est in temporis diuturnitate situm, sed in virtute & decorâ proportione.* Iterumq; mox: Μέτρον γὰρ τοῦ βίου τὸ καλόν, οὐ τὸ χρόνου μῆκος. *Mensura enim vitæ, bonum; non autem temporis diuturnitas est.*

X. Cæterùm quod antè de mortis beneficiô dixi, hoc ipsum omnibus in universum φιλοψύχοις καὶ θανατοφόβοις responsum volo: videlicet, adeò non timendam esse mortem, ut potiùs beneficio illius nihil anteferendum sit. Equidem si rem æquâ lance pensitare velimus, mortem haudquaquam maximum malorum, sed maximorum potiùs bonorum summum esse *l. antè laud.* deprehendimus. Fatetur hoc Socrates apud Plutarchum:

Τὸ δὲ-

Τὸ δεδιέναι τὸν θάνατον, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ δοκεῖν σοφὸν εἶναι μὴ ὄντα. δοκεῖν γὰρ εἰδέναι ἐστὶν ἃ οὐκ οἶδεν· οἶδε μὲν γὰρ οὐδεὶς τὸν θάνατον, οὐδ' εἰ τυγχάνει τῷ ἀνθρώπῳ μέγιστον ὂν πάντων τῶν ἀγαθῶν, δεδίασι δὲ ὡς εὖ εἰδότες ὅτι τῶν κακῶν μέγιστόν ἐστι. *Qui mortem metuit, videtur sibi scire, quod ignorat. Scit enim nemo, an mors sit omnium, quæ homini contingere possunt bonorum maximum: metuunt autem eam, quasi certo sciant esse summum malum.* Qui mortem autem (quod ἐν παρόδῳ) tantoperè expavescunt, revocant mihi in memoriam versus Scaligeri, quos adscribo:

Semper merito vivere debet hujus auctor
Sententia: acerbum nimis excedere vita.
Quisquis subodoratus inanias tremendas,
Audet trepidus biscere de timore mortis:
Huic nihil poteris tetricus arido precari:
Quam ut pro perpete supplicio, vita sit illi
Nam mortis metus, haud metus, at plurima mors est.

Cæterùm, duobus potissimùm nominibus mortem non nisi optimè de nobis mereri deprehendimus. Primùm enim omnia mortalium mala dissolvit, iisq; exoptatum finem imponit. Æschylus: XI. *Mors mundanorum requies est certa malorum. Drac.*

Ὡς οὐ δικαίως θάνατον ἔχθουσι βροτοὶ
ὅσπερ μέγιστον ἴαμα τῶν πολλῶν κακῶν.
Injuria mors invisa est mortalibus,
Summum malorum plurimorum remedium.

Sophocles: *Antig.*

Ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγὼ, κακοῖς
ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;

Quos versus ita Latinos facit Muretus:

Nam quisquis, ut ego, in plurimis vixit malis,
Quidni ille mortem esse in lucro putet sibi?

Nam, ut idem: *Electr.*

Τοὺς θανόντας οὐχ ὁρῶ λυπουμένους.
Non amplius dolet, qui fato fungitur.

Euripides quoq; non unô hanc sententiam locô exprimit: *Alc. v. 935.*

Φίλοι, γυναικὸς δαίμον' εὐτυχέστερον
τοὐμοῦ νομίζω, καίπερ οὐ δοκοῦνθ' ὅμως.
τῆς μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλγος ἅψεταί ποτε
πολλῶν δὲ μόχθων εὐκλεὴς ἐπαύσατο.

O amici, conjugis fortunam beatiorem
Mea esse duco: quamvis autem hoc non videatur, tamen sic est.
Hanc enim nullus dolor attinget posthac.

Troad. v. 632. Item:

Τοῦ ζῆν λυπρῶς, κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν
Ἀλγεῖ γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν ᾐσθημένος.

At melius est mori, quàm calamitosè vivere,
Nihil enim dolet, qui nulla sentit mala.

v. 595. Heraclidib:

------- Τὸ γὰρ θανεῖν
κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται.

——— *Mors enim*
Malorum maximum remedium existimatur.

l. 1. Anthol. εἰς προσδοκίαν. Eleganter Græcus Poëta Palladas:

Προσδοκίη θανάτου πολυώδυνός ἐστιν ἀνίη,
Τοῦτο δὲ κερδαίνει θνητὸς ἀπολλύμενος.
Μὴ τοίνυν κλαύσῃς τὸν ἀποιχόμενον βιότοιο
οὐδὲν γὰρ θανάτου δεύτερόν ἐστι πάθος.

Expectare necem, res plena doloribus hæc est:
Qui periit, tacitè gaudeat ille sibi.
Desine nunc tandem defunctos plangere vita,
Certus, post cineres nil superesse mali.

Vel:

Plena dolore & cura est expectatio mortis:
Hoc lucri, letum qui subit, ille facit.
Functum igitur vita lacrymis urgere caveto,
Nemo à morte mali quicquam iterum patitur.

Sed ut Scriptoribus profanis Sacros etiam jungamus, sic hac de re D. Ambrosius: *Mors*, inquit, *una est in secessione animi & corporis, & in fine istius vitæ: quæ simul ut venit, omnes corporis dolores auferre, non augere consuevit. Metus verò qui hanc vitam viventibus frequenter ingruunt, mœstitia, dolores, gemitus, diversique cruciatus, gravitatum & ægritudinum vulnera, plurimas etiam mortes generi humano inferunt: ut ista mors remedium esse videatur, non pœna.* Et alibi: *Insipientes*, inquit, *mortem quasi summum malorum reformidant: sapientes quasi*

l. 2. de Cain. & Abel. 10.

De Bon. Mort. 8.

quasi requiem post labores, & finem malorum expetunt. Ad quam faciem D. Hieronymus: *Si cæcus,* inquit, *fuero, amici me lectio consolabitur. Si auditum quoque surdæ aures negaverint: vacabo à vitiis: nihil aliud nisi Dominum cogitabo. Imminebit super hac & dura paupěries, frigus, languor & nuditas: extremam expectabo mortem, & breve putabo malum, quod finis melior subsequetur.* Epist. 25.

Et hoc profectò solum si consideremus, non tantùm maturiorem, quàm pro expectatione nostrâ, charorum excessum æquiore animô ferre: sed etiam cùm accersitionis propriæ dies venerit: eò promtiùs ac libentiùs è statione nostrâ, vocante Dominô, excedere deberemus. *Quod cùm semper faciendum sit Dei servis,* (ait Cyprianus) *nunc fieri multò magis debet, corruente jam mundô, & malorum infestantium turbinibus obsessio: ut qui cernimus, cœpisse jam gravia, & scimus imminere graviora, lucrum maximum computemus, si isthinc velociùs recedamus. Si in habitaculo tuo parietes vetustate nutarent, tecta desuper tremerent, domus jam fatigata, jam lassa ædificiis senectute labantibus ruinam proximam minaretur; nonne omni celeritate migrares? Si navigante te, turbita & procellosa tempestas fluctibus violentiùs excitatis, prænunciaret futura naufragia; nonnè portum velociùs peteres?* Quæ ultima verba revocant mihi in memoriam illustre Scaligeri carmen: de Mort. c. 20

Quam dulce sit & suave, procul abesse periclo?
Nam quæ Boreosum mare discrimina puppi
Molitur, ab alto scopulo cernere tutum.
Discrimine quòd careas, est summa voluptas
Ah nos etiam, atq; etiam turbidis procellis,
Quos fert rigidum mare, tempestatibus acti
Hic malumus esse, & procul hinc cernere portum?
Quem sola potest mors dare, & illa altera vita.

XII. Et hinc tam apud Græcos, quàm Romanos, non tantùm caput defuncti, sed & lectum, quô efferebatur, & bustum & tumulum, corollis ac floribus solebant ornare. Non tantùm, ut hac florum sparsione in memoriam sibi revocarent ævi hujus brevitatem, & quæ spectatissimè floreant, celerrimè marcescere, ut Plinius loquitur: neq; etiam, ut defunctis animabus honorem habitum irent: (Nam has ἀθλίων βολάς receptas in eos, quos L. 21. c. 1.

honore volebant affectos, quosq; benevolentiâ prosequebantur ex Livio, Capitolino, Ovidio, Herodiano, Virgilio annotavit Lipsius) sed partim quòd vitæ agonem absolvissent: hoc est, labores & ærumnas, seu molestiarum hujus vitæ immensum pondus morte superassent: partim ut significarent ex victoria seculi ἀόχλητον ἀμεριμνίαν, Clemens Alexandrinus: Ἀοχλήτου δ' ἀμεριμνίας ὁ στέφανος σύμβολον. ταύτῃ καὶ τοὺς νεκροὺς καταστεφανοῦσι. *A turbâ & negotiô remotæ securitatis signum est corona: quare & eâ & mortuos coronant.* Quem tamen ritum coronandi mortuos, cujus non nulla etiam apud nos restant vestigia, prisci illi Christiani, qui nihil prorsus sibi commune esse cum paganis volebant, à moribus suis omninò repudiârunt. Legesis Tertullianum *de Cor. Mil.* Min Felic. *in Octav.* Kirchman. de Fun. Rom. *lib. 1. cap. 11.* Meurs. *de Funerib. cap. 4.*

ad 14. Tacit.

lib. 2. Strom. c. 8.

Eodem etiam fine apud Christianos olim præficarum locô Psaltriæ substitutæ fuerunt quæ Psalmos hymnosq; cantabant; ut gratias Deo agerent, quòd eum, qui è vitâ excessit, jam à laboribus liberaverit, quòd metu mortis exemptum apud se habeat, immarcessibili ornaturus coronâ. Ritum attestatur Corippus.

l. 3. de exseq. Justiniani Imp.

Omnis in exsequias sexus convenit & ætas,
Quis memorare potest tanta miracula pompæ?
Hinc Levitarum venerabilis ordo canentum,
Virgineus tonat inde chorus: vox æthera pulsat.

Victor Uticensis: *Quis verò sustineat atq; possit sine lachrymis recordari, dum præciperet nostrorum corpora defunctorum, sine solemnitate hymnorum cùm silentiô ad sepulchrum perduci.* Caussam autem modò indicatam exponit Divus Chrysostomus his verbis: εἰπὲ γάρ μοι, τί βούλονται οἱ ὕμνοι; οὐχὶ τὸν Θεὸν δοξάζομεν καὶ εὐχαριστοῦμεν, ὅτι λοιπὸν ἐστεφάνωσε τὸν ἀπελθόντα, ὅτι τῶν πόνων ἀπήλλαξεν, ὅτι τῆς δειλίας ἐκβαλὼν ἔχει παρ' ἑαυτῷ; μὴ διὰ τοῦτο ὕμνοι; οὐ διὰ τοῦτο ψαλμῳδίαι; ταῦτα γὰρ πάντα χαιρόντων ἐστί. Nec dubitat ibidem sanctus ille Orator affirmare, Deum ipsum ista ἐπιτειχίσαι (sic enim loquitur) hoc est, *istiusmodi quasi munimenta humanorum animorum extruxisse, ad evertendam illam perversam consuetudinem plangendi & insolabiliter lugendi mortuos.* Vide modò laudatum Kirchman. *de Fun Rom. l. 2. c. 6.*

l. de persecut. Vandalor. in Afric.

Homil. IV. ad Hebr.

Hæc

Hæc igitur cùm ita se habeant: *Scal. lib. 3. Epid.*

Non si ruat ex æthereis orbita suprema
Quicquid rutilo sidere flammeum coruscat:
Quicquid rapidis fluminis igniunt Cyclopes
Mihi cor pavor expectaret, exuatq; mentem.
Fracti ferient impavidum poli ruina
Qui non timeo vivere, cur mori timebo?
Hæc principium fabula, finis hæc malorum.

Utut autem (ad institutum nunc redeo) magnum hoc sit mortis beneficium, de quô adhuc verba fecimus: infinitis tamen partibus majus & sublimius est alterum, quô iis, qui vitâ meruerunt, ad meliorem diviniorem q; vitam aditum & fenestram aperit. Plutarchus: ὁ μεταλλαχὼς θειότερόν τινα βίον μετείληφεν ἀπαλλαγεὶς τῆς τῶν σωμάτων λατρείας, καὶ τῶν ἀπειροτάτων ἕνεκα λύπης φροντίδων τε καὶ συμφορῶν, ἃς ἀνάγκη τοὺς εἰληχότας τὸν θνητὸν βίον ὑπομένειν, ἕως ἂν ἐκλήσωσι τὸν ἐπικλωσθέντα τῆς ζωῆς βίον. ὃν ἔδωκεν ἡμῖν ἡ φύσις οὐκ εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ἀπένειμε τὸν μερισθέντα κατὰ τοὺς τῆς εἱμαρμένης νόμους. Hoc est: *Is, qui inter mortales esse desiit, divinioris cujusdam vitæ factus est consors, liberatus servitute corporis, & ærumnosis istis solicitudinibus atqué casibus, quos necesse est ut perferant, quibus mortalis hæc vita obtigit, donec conficiant fato destinatum ipsis vitæ curriculum. Quam quidem vitam nobis natura non ut perpetuam quandam possessionem concessit, sed pro fati legibus unicuiqué certâ ratione attribuit.* Silenus in Oratione ad Midam, ut ex Aristotele idem scriptor refert: Διόπερ καὶ πρὸς τοὺς μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζειν, καὶ τὸ ψεύσασθαί τι κατ' αὐτῶν καὶ τὸ βλασφημεῖν, οὐχ ὅσιον, ὡς κατὰ βελτιόνων ἡγούμεθα, καὶ κρειττόνων ἤδη γεγονότων. *Itaq; cùm felices censemus esse & beatos, qui vitâ hac defuncti sunt, tum nefas putamus, quicquam de iis falsò aut contumeliosè dicere: quippe qui melioris jam præstantiorisqué naturæ facti sunt compotes.* Sic apud Heliodorum Theagenes & Chariclea increpantur, quòd Calasirin vitâ functum lugerent & deplorarent, ὃν χαίροντας καὶ εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν, ὡς τῆς βελτίονος μετειληχότα λήξεως, καὶ πρὸς τὴν κρειττόνων κεκληρωμένον ὁ θεῖος καὶ ἱερὸς παρεγγυᾷ λόγος. *Quem lætitiâ & gratulationibus prosequendum esse, tanquam meliorem consecutũ requiem, & præstantiorẽ statum sortitum, divina & sacra doctrina præcipit.* Seneca: *Ne invideris fratri tuo; quiescit tandẽ liber, tandem tutus, tandem æter-*

Marginal notes: XIII. — *ad Apollon.* — *l.7. Æth. 18.* — *ad Polyb.*

æternus est. Fruitur nunc aperto & libero cœlo, ex humili atque depresso in eum emicuit locum (quisquis ille est) qui solutas vinculis animas beati recipit sinu: & nunc liberè vagatur, omniaq; rerum naturæ bona cum summâ voluptate perspicit. Erras, non perdidit lucem frater tuus, sed securiorem sortitus. Quæ omnia ex Platonis fontibus emanasse videntur, cujus verba, pulcherrima enim sunt, juvat adscribere:

Axiochô.

ὥστε οὐκ εἰς θάνατον ἀλλ' εἰς ἀθανασίαν μεταβάλλεις ὦ Ἀξίοχε· οὐδὲ ἀφαίρεσιν ἕξεις τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' εἰλικρινεστέραν τὴν ἀπόλαυσιν· οὐδὲ μεμιγμένας θνητῷ σώματι τὰς ἡδονὰς, ἀλλ' ἀκράτους ἁπασῶν ἀλγηδόνων. κεῖσε γὰρ ἀφίξῃ, μονωθεὶς ἐκ τῆσδε τῆς εἱρκτῆς. ἔνθα ἄπονα πάντα, καὶ ἀστένακτα, καὶ ἀγήρατα: γαληνός δέ τις, καὶ κακῶν ἄγευστος βίος, ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ διαιτώμενος, καὶ περιαθρῶν τὴν φύσιν, καὶ φιλοσοφῶν οὐ πρὸς ὄχλον καὶ θέατρον, ἀλλὰ πρὸς ἀμφιθαλῆ τὴν ἀλήθειαν. *Itaque non ad mortem, sed ad immortalitatem transis, Axioche: neque bonis spoliaberis, sed sincerius eis fruêris: habiturus voluptates, non cum mortali permistas corpore; sed puras putas, omniumque molestiarum expertes. Nam carcere hoc elapsus, tuiq; juris factus, eò pervenies, ubi omnia & laborum dolorumq; & suspiriorum atq; senectutis expertia sunt: ac vicissim vita erit ab omni malô remota, tranquillitatis inconcussæ, & perpetuæ serenitatis plena: in qua & naturam rerum consideres: & tua studia non ad turbam & spectatores, sed ad veritatem florentissimam referas.* Pindaro eadem mens:

Olymp. 2.

ἴσον δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ
ἴσα δ' ἐν ἁμέραις ἅλι-
ον ἔχοντες ἀπονέστερον
ἐσθλοὶ νέμονται βίο-
τον, οὐ χθόνα ταράσσον-
τες ἀλκᾷ χερῶν
οὐδὲ πόντιον ὕδωρ
κεινὰν παρὰ δίαιταν. ἀλ-
λὰ παρὰ μὲν τιμίοις
θεῶν, οἵτινες ἔχαι-
ρον εὐορκίαις,
ἄδακρυν νέμονται
αἰῶνα.

Æquè autem noctu semper ac æquè interdiu Solem habentes continuum, boni vitâ fruuntur, nec terra nec mari, paupertatis abigendæ causa operantes: sed enim apud colendos Deos, qui vita integritate gavisi sunt, illachrymabilem ducunt ætatem.

de bon. mort: c. 3.

Sed præstat hic auscultare D. Ambrosium: *Quis dubitet*, inquit, *de bono mortis, cùm id, quod inquietum, id quod erubescendum, id quod inimicum nobis est, id quod violentum, id quod procellosum, & ad omnia vitia illecebrosum est, conquiescat & jaceat, & quasi ferreâ*

caveâ

caveâ claudatur sepulchri; relinquatur rabies ejus exanimis, & emortua compago viscerum in terram resolvatur: id autem, quod familiare virtutibus, amicum disciplinis, studiosum gloriæ, sequax boni, Deo subditum est, ad illud sublime evolet, & cum illo puro & perpetuo bono atq; immortali maneat, ipsi adhæreat, & cum ipso sit, de quo cognationem ducit, ut quidam ait, &c. Ibi autem, ait suavissimè D. Bernhardus, *vita erit sine morte; dies sine nocte; securitas sine timore; jucunditas sine dolore; tranquillitas sine labore; pulchritudo sine deformitate; fortitudo sine debilitate; rectitudo sine perversitate; Christus sine malitiâ; veritas sine fallaciâ; felicitas sine miseriâ. Ibi non senescent,* (D. Cypriani verba sunt) *non tabescent, non putrescent amplius: perpetua sanitas, felix æternitas beatitudinis illius sufficientiam confirmabunt.* *Serm. 3. Domin. Lat.* *Serm. de Ascens. Christ. sub fin.*

Ut verbô me expediam: *Joh. Major.*

Ut nunc triste mori: sic dulce resurgere quondam
Christus ut in vitâ; sic quoq; morte lucrum.
In terris labor est: requies sed dulcis in urnâ:
In summô venient gaudia summa die.

XIV. Cùm itaq; mors tot tantorumq; bonorum fruendorum facultatem nobis concedat: non tantùm non bonis mentibus metuenda fugiendavé, sed omnibus potiùs votis expetenda & invocanda erit. Clemens Alexandrinus: ἐκλεκτὸς ὡς ξένος πολιτεύεται, κτητά τε καὶ ἀπόκτητα εἰδὼς πάντα. ὅσα δὲ τριττὰ εἶναι ἀγαθὰ οἱ περιπατητικοὶ θέλουσι, χρῆται αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ τῷ σώματι, ὥς τις μακρὰν στελλόμενος ἀποδημίαν, πανδοχείοις καὶ ταῖς παρ' ὁδὸν οἰκήσεσιν· ἐπιμελούμενος μὲν καὶ κοσμικῶν, τῶν τόπων ἔνθα καταλύει· ἀπολιπὼν δὲ τὴν οἴκησιν. καὶ τὴν κτῆσιν, καθάπερ καὶ τὴν χρῆσιν, ἀπροσπαθῶς, προθύμως τῷ ἀπάγοντι τοῦ βίου συνεπόμενος, οὐδαμῶς ὀπίσω κατ' οὐδεμίαν, ἀφορμὴν ἐπιστρεφόμενος· εὐχαριστήσας μὲν ἐπὶ τῇ παροικίᾳ, εὐλογῶν δὲ ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ, τὴν μονὴν ἀσπαζόμενος τὴν ἐν οὐρανῷ. *Electus vitam agit tanquam hospes, sciens omnia, quæ sunt acquirenda, & quæ rejicienda: quæcunqué autem bona triplicia esse volunt Peripatetici, eis utitur: quin etiam corpore, sicut aliquis, qui procul peregrè proficiscitur, diversoriis & habitaculis, quæ ei in via occurrunt: curam quidem gerens etiam rerum mundanorum & loci, in quo diversatur: habitationem autem & possessionem, sicut etiam usum, relinquens, nulla motus perturbatione: promtô & alacri animô eum sequens, qui è vitâ abducit: nullâ occasione se unquam retrò convertens, de incolatu quidem agens gratias, benedicens* *l. 4. Strom. p. 394.*

autem propter exitium, cœlestem amplectens mansionem. Præclarè & cordatè Cicero: *Nos verò, inquit, si quid tale acciderit, ut à Deo denunciatũ videatur, ut exeamus è vita: læti & agentes gratias pareamus, emittiq́; nos è custodiâ & levari vinculis arbitremur, ut aut in æternam, & planè in nostram domum remigremus, aut omni sensu molestiaq́; careamus. Sin autem nihil denunciabitur, eô tamen simus animô, ut horribilem illum diem aliis, nobis faustum putemus: nihilq́; in malis ducamus, quod sit vel à diis immortalibus, vel à naturâ parente omniũ constitutum. Non enim temerè nec fortuitò sati & creati sumus: sed profectò fuit quadã vis, quæ generi consuleret humano: nec id gigneret aut aleret, quod cùm exanclavisset omnes labores, tùm incideret in mortis malũ sempiternum: portum potiùs paratum nobis & perfugiũ putemus. Quò utinam velis passis pervehi liceat.* (1. Tuscul.)

Illustri Scaligero eadem quoq; mens fuerat: (l. 4. Epid.)

Jam jam satur hinc abeo. Jam tetra venena
Me solicitant, ocius exilere vita
Hic quid faciam, cui nihil hic potest placere?
An qui mihi displiceo cæteris placebo?

Et alibi: (lib. 5.)

Est exilium vita misella nostra cœli,
Quo patria nos evocat ad pios penates.
Optare pium est igitur hæc solvere vincla
Mutareque pacificis servilia regna.

Hoc autem piorum desiderium eleganti similitudine illustrat Palladius: *Quemadmodum, inquit, poma, cùm ad supremam maturitatem venerint; diutiùs in ramis permanere non sustinent, sed Domini manum requirunt: ita & in sanctis fieri videas, cum cœlestis pulchritudinis desideriô & amore ardent, antè præfinitum sui obitus diem frui promissione festinant.* Quæ verba antè oculos habuit Billius: (in vit. Chrysostomi.)

(l. 2. Anth. 49)

Ante diem cupit Elias discedere vitâ,
Ante diem David, Paulus & ante diem.
Tædiaque exilii lachrymis testantur acerbis:
Quodque moras faciat mors tenebrosa, dolent.
Poma velut Domini dextram matura requirunt.
Arbore præque suô pondere sæpè cadunt:
Sic pietate graves, meritisque insignibus, optant
Ante diem vitæ claudere morte dies.

CAPUT

CAPUT XXV.

Object. *Animæ duntaxat* [1] *expectandam esse illam melioris vitæ conditionem: Corpus autem terræ reddi, dissolvi, & in nihilum redigi.* Resp. *Non excludi corpus* [2] *à felicitatis illius communione. Multiplex* [3] *resurrectionis typus in naturâ propositus. Nil corporis* [4] *resurrectionem morari, quocunq; vel locô, vel modô moriare. Quam ob causam corpus corrumpi,* [5] *& incineres converti necesse fuerit.*

Verùm enimverò:

> Ἄλλαν μὲν ἐξηντλήκαμεν, ἡ δ᾽ ἐπεισρεῖ.
>
> *Exhausimus quidem illam, at influit altera,*

ut proverbiale habet apud Zendotum carmen. Dicat enim fortassè quispiam: *Animæ duntaxat, quæ*, ut ait Prudentius, *lucis & ætheris indigena est, paratam illam esse felicitatem: nihil autem indè ad corpus, nobile illud animæ domicilium & planè stupendum, commodi redundare.* Cathem. 3.

Hoc enim post divortiũ animæ cum eodem, terræ, origini suæ, redditum, dissolvitur esca fuit vermium, in tabem abit, &, verbô ut dicam, redit in nihilum, quod fuit antè nihil. I.

> *Et jam de sacrô quid tandem corpore restat?*
> *Ossa, cinis, pulvis, nomen inane, nihil.*
> *Scilicet omne suos repetit, repetetque recursus,*
> *Et gaudent reditu singula quæq; suô.*
> *Terra tulit cunctos, cunctos quoq; terra resolvit,*
> *Mutat & in cinerem, quod cinis antè fuit.*

Phocylides antiquissimus scriptor:

> Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
> λυόμενοι κόνις ἐσμέν.
>
> *Ex terrà corpus nobis est: rursus in illam*
> *Solvimur, & pulvis sumus.*

Epicharmus, citante Plutarchô: συνεκρίθη καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε πάλιν. γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ᾽ ἄνω. *concreta sunt & discreta sunt,* ad Apollon.

redieruntq́, undè venerant: terra quidem in terram, spiritus verò sursum. Cui omninò simile est illud Euripidis ab ipso Heraclidè Ponticô relatum:

χωρεῖ δ᾽ ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντ᾽ εἰς γαῖαν
τὰ δ᾽ ἀπ᾽ αἰθρίου βλαστόντα γονῆς, εἰς αἰθέρα.
Retrorsum eunt tellure nata in tellurem.
Et æthereô semine genita, fiunt æther.

Suppl v. 531. Et ejusdem:

Ἐάσατ᾽ ἤδη γῆ καλυφθῆναι νεκρὺς
ὅθεν δ᾽ ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ᾽ ἀφίκετο
ἐνταῦθ᾽ ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα
τὸ σῶμα δ᾽ εἰς γῆν. οὐ γὰρ κεκτήμεθα
ἡμέτερον αὐτό, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον
κἄπειτα τὴν θρέψασαν αὐτό, δεῖ λαβεῖν.
Sinite jam terrà tegi mortuos
Undè enim unaqueq́; pars hominis *venit in corpus*
Eò rediit, spiritus quidem inætherem
Corpus verò in terram. Haud enim possidemus
Ipsum nobis *proprium, nisi ad incolendam vitam,*
Deindè oportet terram, *quæ* corpus *aluit, ipsum recipere.*

lib. 1. Sic Manilius:

—— Fortes animæ, dignatáq́; nomina cœlo
Corporibus resoluta suis, terráq́; remissa
Huc migrant ex orbe, suumq́; habitantia cœlum
Æthereos vivunt annos.

lib. 11. Lucretius:

Cedit item retrò, de terra quod fuit antè
In terras, & quod missum est ex ætheris oris,
Id rursum cœli fulgentia templa receptant.

Gracilis Epitaphiô Probinæ:

Vita subit cœlum, corpus tellure tenetur,
Omnia sic repetunt jura locosq́; suos.

Cathem. 10. Prudentius:

Rescissa sed ista seorsum
Proprios revocantur in ortus:

Petit

Petit alitus athera fervens
Humus excipit arida corpus.

Et in Epitaphiô Senecæ eleganter scribitur:

Namq; animam cœlo reddimus: ossa tibi.

Immò, quod deplorandam corporis ignobilitatem eximiè auget, non omnium defunctorum corpora terra mater sinu suô recipit: sed alii insepulti jacent, alios ignis consumit, alii aquâ absorpti totô elementô sepeliuntur: huic

Squamea cœnosô præstabit ventre sepulchrum
Belua, consumtis cruda cadaveribus.

alii bestiis dilaniandi objiciuntur: alii, quod ipsâ morte graviùs, miseris & horrendis modis excruciati excarnificatiq; ferarum & volatilium rapacitati offeruntur.

Et hîc quidem ad adstruendam corporis humani animâ viduati dignitatem, sapientiæ humanæ aqua hæret: quam tamen ex uberrimis & limpidissimis cœlestis Philosophiæ fontibus supplere promtum & in proclivi. II.

Ut enim per vitam ad mortem est transitus: ita per mortem ad vitam est reditus. Hinc corpus nostrum, post emigrationem inquilini sui, terræ asservandum committitur, non ut ibi pereat prorsus & aboleatur; sed ut post exigui temporis decursum, supremi vitæ pariter & necis arbitri omnipotenti verbô, ad nobiliorem vitam denuò excitetur. Prudentius:

Hinc nos & ipsum non perire credimus *Peristeph.14 v.636.*
Corpus sepulchro quod vorandum traditur.
Quia Christus in se mortuum corpus Crucis
Secum excitatum vexit ad solium Patris
Viamq; cunctis ad resurgendum dedit.

Item: *Cathem.9. 95.*

Tunc Patres, sanctiq; multi Conditorem prævium
Jam revertentem secuti tertiô demùm die
Carnis indumenta sumunt, eq; bustis prodeunt.
Cerneres coire membra de favillis aridis.
Frigidum venis resumtis pulverem tepescere
Ossa, nervos, ac medullas gluttinô cutis tegi.

Et Hymnô seq. *v.45.*

Modo quod requiescere corpus
Vacuum sine mente videmus
Spatium breve restat, ut alti
Repetat collegia sensus.
Venient citò secula, cùm jam
Socius calor ossa revisat;
Animataq; sanguine vivo
Habitacula pristina gestet.
Quæ pigra cadavera pridem
Tumulis putrefacta jacebant
Volucres rapientur in auras,
Animas comitata priores.

Orat. in laudem Cæsarii p. 50.

Suavissimè D. Gregorius: Πείθομαι, inquit, σοφῶν λόγοις, ὅτι ψυχὴ πᾶσα καλή τε καὶ θεοφιλής, ἐπειδὰν τοῦ συνδεδεμένου σώματος ἐνθένδε ἀπαλλαγῇ, εὐθὺς μὲν ἐν συναισθήσει καὶ θεωρίᾳ τοῦ μένοντος αὐτὴν καλοῦ γενομένη, ἅτε τοῦ ἐπισκοτοῦντος ἀνακαθαρθέντος ἢ ἀποτεθέντος, ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ λέγειν χρή, θαυμασίαν τινὰ ἡδονὴν ἥδεται, καὶ ἀγάλλεται, καὶ ἵλεως χωρεῖ πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, ὥσπερ τι δεσμωτήριον, χαλεπὸν τὸν ἐνταῦθα βίον ἀποφυγοῦσα, καὶ τὰς περικειμένας ἀποσεισαμένη πέδας, ὑφ' ὧν, τὸ τῆς διανοίας πτερὸν καθείλκετο. καὶ οἷον ἤδη τῇ φαντασίᾳ καρποῦται τὴν ἀποκειμένην μακαριότητα. μικρὸν δ' ὕστερον καὶ τὸ συγγενὲς σαρκίον ἀπολαβοῦσα, ᾧ τὰ ἐκεῖθεν συνεφιλοσόφησε, παρὰ τῆς καὶ δούσης καὶ πιστευθείσης γῆς, τρόπον ὃν οἶδεν ὁ ταῦτα συνδήσας, καὶ διαλύσας Θεός, τούτῳ συγκληρονομεῖ τῆς ἐκεῖθεν δόξης. καὶ καθάπερ τῶν μοχθηρῶν αὐτοῦ μετέσχε διὰ τὴν συμφυΐαν, οὕτω καὶ τῶν τερπνῶν ἑαυτῆς μεταδίδωσιν, ὅλον εἰς ἑαυτὴν ἀναλώσασα, καὶ γενομένη σὺν τούτῳ ἓν καὶ πνεῦμα καὶ νοῦς, καὶ Θεός, καταποθέντος ὑπὸ τῆς ζωῆς τοῦ θνητοῦ τε καὶ ῥέοντος. *Sapientum verbis adducor, ut credam, generosam omnem Deoq; charam animam, posteaquam corporis vinculis soluta hinc excesserit, protinus bonum, quod eam manet, persentientẽ & contemplantem (utpote eo, quod mentẽ caligine obducebat, vel purgato, vel abjecto, vel quô verbô ea res appellanda sit, nescio) mirabili quâdam voluptate affici, & & exultare, atq; hac vitâ, velut gravi quodam ergastulô, fuga relicta, excussisq; compedibus, quib. animi penna deprimi solebat, hilarẽ ad dominum suum convolare beatitudinemq; recondiam imaginatione quadam, jam percipere: post etiam aliquantò, cùm cognatam carnem à terrâ, quæ & dederat, & infidem acceperat, receperit (quod quô modô fiet, is novit, qui ea inter se conjunxit atq; dissolvit) tum demũ eam quoq; ad gloriã cœlestis here-*

hæreditatem secum admissuram, & quemadmodum ob naturæ conjunctionem in ærumnarum ipsius partem vocata fuerat, sic etiam vicissim gaudia sua cum ipsa communicaturum, totum videlicet corpus ad seipsam rapientem, velutque absumentem, cumque eo unum effectam, & spiritum, & mentem, & Deum, absorpto à vitâ, quod mortale erat & caducum.

Quod si amplius dubitas, *S. Paulini de obitu Celsi.*

— cineres in corpora posse reverti

Et fieri reduces in sua vasa animas:

Ezechiel tibi testis erit. *c. 37.*

Immò & Sanctus Hiob, cujus notissima omnibus verba elegantibus metris comprehendit Matthias Bergius, quæ sic habent:

Credo, nihil dubitans, te vivere magne Redemptor,
Qui mea de putri membra levabis humo.
Cum mea me pellis rursum præcinget, & ipsum
Te meâ in hâc coràm carne videbo Deum.
Cùm nactus nullo moriturum tempore corpus,
In purâ verum carne videbo Deum.
Illum ego sum visurus; in hoc mea lumina figam,
Illius intuitu lætus ovansque fruar.
His oculis, his, inquam, oculis per secula cuncta
Unius aspiciam numina magna Dei.

Et aliô modô Prudentii inhærens vestigiis: *Apoth. de Resurrect. Car. hum.*

Credo equidem (nec vana fides) hunc vivere, qui me
Ipse sua est pretiô mortis mercatus Jesus.
Credo, inquam, mea membra solô reparanda, meumque
Hac in carne Deum me visurum, illa ubi mundo
Deficiente dies aderit, nova Sabbata quando
Æternus genitor post hæc mala tempora, condet.
Tum mihi restituar: vultus, vigor, & color idem
Qui modò vivit, erit: nec me vel dente, vel ungue
Fraudatum revomet patefacti fossa sepulchri.
Pellite proindè metum mea membra, & credite, vosmet
Cum Christo reditura Deo. Nam vos gerit ille,
Et secum revocat; morbos ridete minaces

Insti-

Inflictos casus contemnite, tetra sepulchra
Despuite: exsurgens, quò Christus transiit, itis.

Eâdem nixus fuit fiduciâ Ill. Scaliger:

Si pro meritis accipiam præmia vitæ:
Vix supplicii quid satis esse puniendo.
Sic vita putrescit, quasi vitta menstruata:
At qui me aliquid de nihilo, fecit, ut essem,
Primi vitio qui patris in nihil relapsum,
Qui nequitiis atq; meâ protervitate
Lapsum toties in nihilum, restituet me:
Dulcis sonus in pectore meo nomen Jesus,
Merita objiciet tum sua, cùm nostra requiret.

III. Hujus, porrò, carnis nostræ resurrectionis multiplicẽ typum in naturâ Deus nobis proposuit, quos longô ordine recenset Epiphanius in Oratione, quæ Ancoratus inscribitur, ubi hæc addit: ἡ φύσις πᾶσα διαῤῥήδην ἐλέγχει, ὑποφαίνουσα καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἀναστάσεως τὸ εἶδος. τὰ σπέρματα τῶν γεννημάτων σπείρεται, καὶ πρῶτον ἀποθνήσκει: ἔπειτα πληροφορεῖται. ἐὰν γὰρ μὴ ἀποθάνῃ, οὐ ζωογονεῖται. Ad quam faciem Tertullianus:

de Judic. Dom.

Apparere Deo vivos de morte necesse est,
Resumtisqué suis homines astare figuris.
Arida sic vacuis redduntur semina terris,
Et potiùs fixis putrescunt mortua sulcis,
Nonné animatur & hinc reparatis culmen aristis,
Atq; iterum vivis flaccescunt fortia granis,
Consurguntq; novæ vario de genere messes.

Et lib. 2. contra Marcion.

In grano latet arbor; & hoc nisi terra sepultum
Putrescat, non dat decoratos arbore fructus,
Viticula in gracili latet ingens corpore botrus
Si quæras, non est: cùm vult Deus, esse videtur.
Arboribus folia, spinis rosa, germina campis
Mortua dejiciunt, & rursus viva resurgunt.
Hæc homini Deus antè oculos revocata reformat
Propter quem locuples primus largè omnia fecit.
Omnia nuda cadunt, suo corpore singula vestit,

Cur

Cur hominem solum cui tantos fudit honores
Non tantùm revocet sibi, quem super omnia fecit?

Sic & Prudentius: 2. Symmach. v. 195.

Non desunt exempla meæ virtutis in ipsis
Seminibus. Natura docet revirescere cuncta
Post obitum. Siccantur enim, pereunte vigore,
Quô vixere prius, tunc sicca & mortua, sulcis
Aut foveis mandata latent, & more sepulchri
Obruta de tumulis redivivò germine surgunt,
Numquid nosse potes vel conjectare, quis istud
Tam sollers opifex struat? aut qua vis agat intus?
Nil vos, ô miseri, Physicorum dogmata fallant!
En! ego gignendi Dominus ac restituendi,
Quod perit fluxitq́, potens; arentia quæq́,
In veteres formas aut flore aut fronde reduco.
Idq́, ipsum quandoq́, homini facturus, inani
Surgat ut ex cinere structuraq́, pristina constet, &c.

Horum vestigiis insistens Dracontius sic canit: Hexaëm. v. 445. Confer Tertull. l. de resurr. carn. p. 54. & Apolog. 45. M. Minuc. Fel. in Octav. p. 79. Macar. homil. 11. p. 142. & homil. 11 p 158 Prud. Cath. 10. 121. & 2. in Symmach. 261.

Sed ne sit fixum, reditus non esse sepultis
Cordibus illorum, qui legis sancta profanant,
Annua conspiciant agris frumenta renasci
Mortua per sulcos terram findentis aratri:
Major & ex trunci surgit radicibus arbor,
Et foliis vestita viret redeuntibus annis
Pampinus uvifera vitis sarmenta revestit,
Et geminata sui redeunt virgulta ruboris
Ambrosio reduces rumpuntur cortice fructus.
Et cui vita fugax, & par cum flore senectus
Fit rediviva virens, & crinibus herba renatis, &c.

Succinctè & eleganter quidam ex recentioribus:

Ut Sol occidit & redit vicissim
Ut ver latum hyemem excipit rigentem:
Ut tellus segetem refundit almam,
Ut vi frigoris interemta hirundo
Vitam verè vivo resumit, utq́,
Phœbum nubila consequi videmus:

Ut vivit moriendo Solis ales:
Ut noctem fugat almalux diei:
Et somnum vigiles sequuntur hora:
Ut solet reparare sylva frondes
Excussas Borea, sonante flatu:
Sic mortem quoq; vita consequetur:
Tumba corpora putrefacta reddet
Non squalentia, sed decore summò
Exornata. Procul, procul facessat
Tetra hæc impietas & execranda,
Quæ latum omnia terminare censet
Non postquam semel occidit brevis lux
Nox est perpetuò una dormienda:
Sed postquam brevis hæc peracta vita est,
Restat altera finienda nunquam.

Nec aliena videntur ab hoc loco Æneæ Gazęi verba in aureolô librô, qui *Theophrastus* inscribitur: οὕτω τῶν σωμάτων ἡ ὕλη, τὸ βαρὺ καὶ κεχυμένον καὶ θνητὸν διαφυγοῦσα τῇ τοῦ δημιουργοῦ φιλοτιμίᾳ καὶ τέχνῃ, καθαρὰ καὶ κούφη καὶ ἀθάνατος γίγνεται. ἤδη γὰρ, αὐτὴν πρὸς τὸ ἀθάνατον τῆς ψυχῆς κοινωνίαν πεποιημένην ἀθανασίαν ποτὲ μεταλαγχάνειν. εἰ γὰρ ἥλιος προσβαλὼν ὕδατι ψυχρῷ θέρμην τι ἐπεγείρει, καὶ ἀπὸ τοῦ ὕδατος πῦρ αὔξει καὶ φλόγας, πῶς ἂν ἀπιστήσειε τοῦ ἀνθρώπου τὸ σῶμα, ψυχὴν ὅλην ἀθάνατον εἰσδεξάμενον, δυνάμει καὶ ἀκτῖνα τῆς ἀθανασίας ἐκτήσασθαι; οἷον γῆ πυρωθεῖσα τὸ θεῖον. ἡ τέως μὲν κεῖται ψυχρὰ καὶ ἀτιμωμένη καὶ ἄτυφος. ἐπειδὰν δὲ πυρὸς ἴχνος γένηται τοῦτο ῥᾳδίως ἀνήρπασε, πρὸς ὃ τὸ πρῶτον ἐλάνθανεν ἔχουσα, καὶ ταχέως ἐξήφθη, καὶ ἐνεργείᾳ τὴν δύναμιν ἔδειξε, καὶ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς τάξιν ἐπείγεται. οὕτω δὴ τῶν ἀνθρώπων τὰ σώματα, τῇ τῆς ψυχῆς ἀθανασίᾳ συμμιχθέντα τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ψυχρὰ καὶ ἀκίνητα παντελῶς ἀπέρριπται, ψυχῇ δὲ κοινωνεῖν ἐπιτήδεια, κἂν ποτε αὖθις ξύμμιξις ἐθέλοι προσδιαλλάττεται, καὶ διανίσταται καὶ ἡδέως ἀναπίπτει καὶ πρὸς ἀθανασίαν ἀνίπταται. *Etenim si Sole vi caloris sui agente in aquam frigidam, aqua calefit, & ex se quasi ignẽ flammamq; emittit, quis non credat humanũ corpus, susceptâ animâ totâ immortali, vim ignẽq; æternitatis sibi quoq; mancipasse? veluti sulphur, quid est aliud quàm terra q. igne succensa? Ea tamen jacet, estq; & videtur ei qui tangit frigida & abjecta, at ignẽ quem occultũ intra se habet, adhibitum extemplo arripit, celeriterq; succendit, vimq; suam reipsa monstrat, atq; in naturam ignis properè transit. Hoc modò corpora humana postquam cum anima immortali naturâ conjuncta fuerint atq; commixta, aliàs quidem frigida & immobilia prorsus jacent, at cùm sint ad ineundam cum animâ societatem apta, cumprimum eis postea conjunctio illa obtigerit, prompta & parata sunt ad id, ut se foveri finant,*

finant, resurgant, ut suaviter Animam sequantur, & ad immortalitatem recurrant.

Fac autem negari cuiquam sepulturæ locum, corpusq; vel igne consumi, vel aquâ absorberi, vel à bestiis dilaniari, vel aliô quocunq; modô dissolvi. Nihil refert. Nam ut notus habet Lucani versus, etiam ab Augustino laudatus, IV. lib. 7.

——— capit omnia tellus,
Quæ genuit, cœlô tegitur, qui non habet urnam. l. 1. de Civ. Dei. c. 12.

Nec absimiles illi, quibus ad Cæsarem (qui vetuerat humari aut comburi occisorum in pugnâ Pharsalicâ cadavera) conversus, ita eum alloquitur: Confer Plutarch. εἰς αὐξ... ἡ ...ία.

Nil agis hac irâ, tabesné cadavera solvat
An rogus, haud refert, placida natura receptat
Cuncta sinu.

Facilem autem esse jacturam sepulchri Diogenes quoque Cynicus, agnovit: à quô cùm quæreretur, *ubi sepeliri vellet, postquam naturæ debitum exsolvisset? in agrum*, respondit, *me projicite*: cumq; regereretur, *fore ut feræ illum & volucres lancinarent*; *Bacellum*, intulit ille, *propè me ponite, quo irruentes abigam.* Rursum illi: *atqui nihil senties. Quid igitur*, inquit Diogenes, *oberit nihil sentienti ferarum aut volucrum laniatus?* Non malè. Quid enim est mors? *Separatio*, ait D. Ambros. *animæ & corporis. Anima absolvitur, corpus resolvitur. Quæ absolvitur, gaudet: quod resolvitur in terrā suā, nihil sentit: quod nihil sentit, nihil agnoscit.* Proindè rectè Seneca: *Ultra pœnarum omnium terminū sepultura: non defunctorum, sed vivorū causa inventa est, ut corpora & visu & odore fœda, amoverentur. Non defunctis, sed nostris oculis parcimus.* Quæ eadē & Ciceronis mens erat, qui ita alicubi: *Totus*, inquit, *hic locus est contemnendus in nobis, non negligendus in nostris: ita tamen ut mortuorū corpora nihil sentire sentiamus. Quantū autem consuetudini famæq; dandū sit, id curent vivi: sed ita, ut intelligant, nihil ad mortuos pertinere.* Cordatè & masculè Prudentii Roman. Cic. 1. Tusc. de bon. mort. 2. Excerpt. 1. Tuscul.

Nam membra parvi pendo, quô pactô cadant,
Casura certâ lege naturæ suæ.
Instat ruina, quod resolvendum est, ruat.
Nec distat, ignes & fidiculæ sæviant
An corpus ægrum languor asper torqueat,
Cùm sæpè morbos major armet sævitas. Peristeph. 14 v. 478.

Et paucis interjectis:

Hoc perdo solum, quod peribit omnibus
Regi, clienti, pauperiq; & diviti.
Sic Vernularum, sic Senatorum caro
Tabescit, imò cum sepulchrô condita est.

Octav p. 24 M. Minucius: *Indè videlicet & execrantur rogos, & damnant ignium sepulturas. Quasi non omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis tamen & ætatibus in terram resolvatur: nec interfit, utrum feræ diripiant, an maria consumant: an humus contegat, an flamma subducat; cum cadaveribus omnis sepultura, si sentiunt, pœna sit: si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate, medicina.* Notanda autem hic sunt D. Augustini verba: *Multa ante me Christianorum corpora terra non texit: sed nullum eorum quisquam à cœlô & terrâ separavit, quam totam implet præsentia sui, qui novit, undè resuscitet, quod creavit.* Quod forsitan animo volvit Conr. Celtis, ita canens:

l. supra c.

Quo moriare loco nil refert, ad Jovis aulam
A terrâ spatium semper habebis idem.

l. 3. Anthol. εἰς ναυαγήσαντας.

Fortean etiam respexit ad Græcum Platonis Distichon:

Ναυηγοῦ τάφος εἰμί. ὁ δ' ἀντίον ἐστὶ γεωργοῦ·
ὡς ἁλὶ, καὶ γαίῃ ξυνὸς ὕπεστ' ἀΐδης.
Naufragus hac situs est, jacet illâ rusticus urnâ
Ad Styga sive salo, par via, sive solo.

περὶ ἑαυτοῦ κατὰ πίστιν καὶ ἀπόκρισιν.

Age autem & D. Gregorii Nazianzeni hac de re sententiam audiamus:

---------- Τυτθοῖς φρενὸς ἦδε μελήδων
εἴτε τάφῳ δώσει τις ἐμὸν δέμας, ἄπνοον ἄχθος
εἴτε καὶ ἀκτερέϊστον ἕλωρ θήρεσσι γένοιτο,
θήρεσσιν ἢ κυνέσσιν ἑλώριον, ἢ πετεηνοῖς.
εἰ δ' ἐθέλεις, συνέχευον ἐς ἠέρα χείρεσι πάσσοις
ἢ καὶ ἀπὸ σκοπέλων μεγάλων ῥίψειας ἄτυμβον
ἢ ποταμοῖσι πυθμοῖο, καὶ ὑετίῃσι ῥοῇσιν.
Οὐ γὰρ ἄϊστος ἐγὼ μόνος ἔσσομαι, οὐδ' ἀσυνάκτος
Ὡς ὄφελον, πολλοῖς τόδε λώϊον. ἀλλ' ἅμα πάντας
ὕστατον ἤμαρ ἄγει περάτων ἄπο νεύμασι θείοις.
εἴπῃ καὶ ποταμοῖς ὀλόλοιτο θ' ἄψεα νύσσῃ.
——— *Nam mente pusilla*
Atq; parum forti quis me non diceret esse,

Si gra-

Si gravis ista meis hæreret cura medullis
Marmoreone aliquis condat mea membra sepulchro
An contra tumuli privatum corpus honore
Præda feris, sævisq; avibus, canibusq; futurum est.
Quod si etiam libeat rapidis absumtto flammis,
Et tectos cineres in cœlum sparge, vel altos
Ferreus in scopulos, prœruptaq; saxa cadaver
Abjice: vel fluviis etiam putrescat & imbre.
Non ego divinos oculos ex omnibus unus
Effugiam, nec, cùm mortalis turba coibit
Judicis æterni vocem auditura tremendam,
Solus ego è tantô cœtu numeroqué relinquar.
Atq; utinam linquar, nam tum plerisqué latère
Utilius fuerit, quàm tantæ accedere luci.
Verùm omnes extrema dies jussu conjunget in unum.
Sit licet in cineres quisquam dilapsus & auras
Membraqué perdiderit violenti injuria morbi.

Cui sententiæ prorsus subscribit Prudentius:

Non si cariosa vetustas Cathem. 10. 149.
Dissolverit ossa favillis
Fueritqué cinisculus arens
Minimi mensura pugilli:
Nec si vaga flamina, & auræ
Vacuum per inane volantes
Tulerint cum pulvere nervos
Hominem perisse licebit.

Et alibi sub personâ DEI.

——— possum renovare favillas 2. in Symm. 92.
Antiquam in faciem; Nec desperanda potestas
Qui potui formare novum, reparabo peremtum:

Allusit huc N. Chytræus, Poëta nostri seculi & pietate & singulari eruditione clarissimus, in carmine oppidò quàm eleganti, ac veluti communi omnibus piis epitaphiô, quod facere non possum, quin adscribam:

Res nihili expertus terrenas esse, nihilqué
Hic nihili jaceo, pulveris umbra, nihil.

Ex nihilô sed qui cœlum hoc terramq́; creavit,
Me cum carne meâ non nihil esse sinet.
Non animam sinet esse nihil: falsumq́; probabit
Hoc; Redit in nihilum, quod nihil antè fuit.
Hac spe ipsam nihil mortem, nihili omnia feci,
Et nihili vermes hic quoq; euro nihil.
Nil tenebras, nil fœtorem, Christus modò nil non
Sit mihi, quo sine sunt omnia nostra nihil.

l.2. adv. Hæreses p. 237. exiv. Sed quid, tandē dicis, attinet, corrumpi, & in tabē nihilūq; converti corpora nostra, si eadē vitę restituere divinô sedet Numini? Si grave nō est, audiamus Epiphan. hac de re ita philosophantē: ὥσπερ οὖν ἀλεξιφαρμάκου τρόπον ὑπὸ τοῦ ἀλεξιτῆρος ἡμῶν καὶ ἀληθοῦς ἰατροῦ Θεοῦ πρὸς ἐκρίζωσιν τῆς ἁμαρτίας παρελήφθη ὁ θάνατος καὶ ἀφανισμόν, ἵνα μὴ διαιωνίζοι ἐν ἡμῖν εἴη τὸ κακὸν ἀθάνατον, ἅτε ἐν ἀθανάτοις ἀναθάλλον. αὖθις δὲ λελωβημένοι, καὶ ἐκστάντες νοσώδει τρόπῳ τῆς οἰκείας ἀρετῆς, ἐπὶ πολὺ διατρίβωμεν, ἅτε ἐν ὑφεστηκόσιν ἀεὶ καὶ ἀθανάτοις σώμασι τὴν κατὰ τὸ ἁμάρτημα μεγάλην τρέφοντες νόσον. διὸ δὴ καλῶς ταύτην πρὸς ἀμφοῖν σωτηρίαν καὶ ψυχῆς καὶ σώματος, φαρμακευτικῆς τρόπου καθάρσεως τὸν θάνατον ὁ Θεὸς ηὗρε, ἵνα πανάμωμοι καὶ ἀσινεῖς οὕτως ἐξεργασθῶμεν. φέρε γὰρ ἐπειδὴ πολλῶν δεῖ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα παραδειγμάτων, ἐν οἷς ζητεῖν αὐτὰ μάλιστα σκεπτόμεθα, μὴ ἀφιστάμενοι πρὶν ἂν πρᾶγμα εἰς εὐδηλοτέραν ἑρμηνείαν ἀποτελευτήσῃ καὶ ἀπόδειξιν ὁ λόγος. φαίνεται τοίνυν ὥσπερεί τις δημιουργὸς ἀνὴρ ἄγαλμα καλὸν ὑπὸ χρυσοῦ κατεσκευασμένον, ἢ ὕλης ἑτέρας αὐτῷ, καὶ πάντα τὰ μέλη συμμέτρως εἰς κάλλος διακεκοσμημένον πάλιν χωρίνοι λελωβημένον, ἄφνω θεασάμενος ἀπό τινος ἀνθρώπου πονηροτάτου, ὃς οὐκ ἐνεγκὼν ὑπὸ βασκανίας εὐπρεπὲς εἶναι τὸ ἄγαλμα, ἐσίνατο ματαίαν ἡδονὴν καρπούμενος τοῦ φθόνου. πρόσχες γάρ, ὦ σοφώτατε Ἀγλαοφῶν, ὅτι εἰ βούλοιτο μὲν εἶναι σπουδαζόμενον ὅλως ὁ δημιουργός, καὶ ψεκτὸν τὸ μετὰ τοσαύτης αὐτῷ σπουδῆς τε καὶ φροντίδος πεποιημένον, πάλιν προσήκει συγχωνεύσαντα αὐτό, τοιοῦτον ποιεῖν οἷον καὶ πρόσθεν ἦν. εἰ δὲ μὴ ἀναχωνεύοι, μηδὲ ἀναγκάζοι, ἐᾷ δὲ μένειν θεραπεύων αὐτὸ καὶ ἐπανορθούμενος, ἀνάγκη δὴ πυρακτούμενον καὶ χαλκευόμενον τὸ ἄγαλμα μηκέτι δύνασθαι διατηρηθῆναι τὸ αὐτό, ἀλλὰ διηλλαγμένον ἔσεσθαι καὶ ὑπεσπασμένον. διὰ τοῦτο εἰ βούλοιτο τὸ καλὸν αὐτῷ καὶ ἄμωμον εἶναι τὸ ἔργον, ἀναθλᾶσαι αὐτὸ καὶ ἀναχωνεῦσαι δεῖ, ὅπως τὰ μὲν ἔχῃ, καὶ τὰ ἀλλοιώματα πάντα τὰ ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτῷ καὶ φθόνου ὑπάρξαντα, αὐτὰ μὲν διὰ τῆς ἀνασκευῆς καὶ ἀναχωνεύσεως ἀπόληται. τὸ δὲ εἰς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος ἀσινὲς καὶ ἀνεπίβουλον αὖθις ἄγαλμα ὁμοιότατον αὐτῷ κατασκευασθῇ. τῷ μὲν γὰρ ἀγάλματι ἀπολέσθαι, οὐκ ἔστι κατὰ τῷ αὐτῷ τεχνίτῃ, κἂν πάλιν εἰς ὕλην λυθῇ. ἀποκατασταθῆναι δὲ οὐκ ἔτι, διὰ τὸ ἐν πάσῃ τέχνῃ τὸν ἄριστον δημιουργὸν μὴ πρὸς τὸ ἀρχαῖον, τὸ ἐπιτευχθησόμενον ὁρᾶν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σύμμετρον, καὶ αὖθις τοῦ δημιουργουμένου. τοιοῦτον γὰρ φαίνεται δή μοι καὶ τὸ ἐφ᾽ ἡμῶν ὁ Θεὸς οὕτως οἰκονομηκέναι. τὸν γὰρ ἄνθρωπον τὸ εὖ περιπίστευτον ἑαυτοῦ τέχνασμα λαμπά-

βασκανίοις ἐπιβουλαῖς φθόνῳ κεκακωμένον ἰδών, οὐκ ἠνέσχετο τοῦτον καταλεῖψαι, φιλάνθρωπος ὤν, ὅπως μὴ δι' αἰῶνος εἴη μεμωμημένον ἀθάνατον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν ψόγον, ἀλλὰ διέλυσεν εἰς ὕλην πάλιν, ἵνα διὰ τῆς ἀναπλάσεως ἐκτακῶσι καὶ ἐξαφανισθῶσι πάντα τὰ ἐν αὐτῷ μωμήματα. τὸ γὰρ ἐκεῖ ἀναχωνευθῆναι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον, τὸ ἐνταῦθα ἀποθανεῖν καὶ διαλυθῆναι τὸ σῶμα, τὸ δὲ ἐκεῖ ἀναμορφωθῆναι κατὰ ὕλην, ἢ ἀνακοσμηθῆναι, τοῦτο ἐνταῦθα μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸ ἀναστῆναι. Hoc est: *Ad instar auxiliaris medicamenti ab opitulatore veroq; Medico Deo, ut radicitus evelleret peccatum, mors & abolitio est admissa sive recepta, ne perennans in nobis malū immortale fieret, in immortalibus veluti subindè denuò exoriens: ipsi verò detrimento affecti, qui à peculiari nobis virtute desciverimus, ægrorū de more, in morbô utplurimum degeremus, tanquam in subsistentibus & immortalibus corporib. ingentem foventes peccati ægritudinem. Quocirca rectè, ad utriusq; corporis scilicet & animæ salutem, medica purgationis in modum mortē Deus adinvenit, ut ita reprehensione omni & nocumento immunes redderemur. Apparet enim, eum tanquam summū aliquem opificem, statuam pulchram ex aurô aut aliâ materiâ ab ipso fabrefactam, & omnibus membris decenter ad pulchritudinē exornatam, rursum conflavisse, ubi ex improvisô eam vidit ab homine quopiam pessimô depravatam esse: qui quod per invidiam, tàm præclaram & decoram esse statuam non tulerit, illam corrupit & deformavit, inanē reportans invidiæ fructum. Si enim statuarius ille opus suum vult pulchrum & irreprehensibile esse, peropus est, ut id confringat, & denuò conflet: ut fœditatem & deformitatem omnem, quæ ex insidiis & invidiâ imago est affecta, per restitutionem & iteratam conflationem prorsus aboleat, imaginē verò in suam formam integram, & omnis adulterinæ admixtionis expertem ipsi quam simillimam redintegret. Statua quidem ipsa deperire non potest, perindè atq; opifex ejus, etiamsi illa rursus in materiā resolvatur: restitui verò potest. Fœditas autem & nocumentum ei illatum, disperire possunt: evanescunt n. in conflatura: restitui non possunt, eò quod in arte omni opifex optimus, non ad id, quod fœdum est, aut quod utcunq; fortuitò fit, sed ad ejus quod struitur & fit, condecentiam & rectitudinē respiciat. Idem & in nobis Deus ita disposuisse videtur. Nam hominē longè decentissimum opificium suum lividis & veneficis insidiis vitiatū esse videns, eò quòd amator hominum sit, noluit eum in statu ejusmodi relinquere, ne in ævū esset reprehensibilis, sempiternū in se habens probrū: sed rursum in materiam dissolvit, ut per reformationē evanescant & aboleātur in eô omnia reprehēsibilia. Quod namq; illic est, statuā denuò conflari: id hic est, corpus mori & dissolvi. Quod v. ibi materiam reformari, aut denuò exornari, hoc est post mortē resurgere.*

Eun-

Cyprian. in serm. de Resurrect. Eundem feriunt scopum elegantissima Sanctissimi Homiletæ & Martyris verba, quæ adscribere, iisq; totũ hoc negotium veluti pretiosissimâ quadam gemmâ obsignare juvat. Sic autem exclamat: *Quàm mirabilis est scientia tua Deus! confortata est super nos, nec possumus ad eam attingere. Hac sapientia tua altitudo, qui mundum non ex præcedente materia, sed solô Verbi tui imperiô condidisti; in ordine creaturarum aliis quidem vitam temporalem, aliis procurasti perpetuam, admirabili quadam ratione quædam mutans & renovans, & præfinitô tempore metam irrationalib. omnibus præfigens, quam transire non possent. Homo, quia ex cœlesti & terrenâ materiâ compactus erat, vestitus extrinsecus pelle & carnibus, tempus accepit, quô te jubente redderet terra, quod de terra assumserat, & ad immaterialem originem reverteretur spiritus, cujus natura dissolutionis non admittit injuriam. Corpus putredine, & caro vermibus consumenda, secundum naturæ suæ rationem æternitatis non poterant privilegiô perfrui: & quod sibi jure non competebat, à Conditore nequibat exigere. Sed tu, optime Domine, ultrò gratiam volens dare spiritui, decrevisti clementiùs, ut ex societate & clientelâ, quam reddiderat animæ caro, aliquid ei commodi proveniret; & quæ ei vehiculum fuerat, & particeps studiorum, in recompensatione ministerii iterum dilecto accolæ conconsociata, pudica & pacifica rediret, nullas secum revehens contumelias, quibus deinceps quietis internæ concuteret pietatem. Te igitur jubente terra fit caro, & expulsa de domô, iterùm conjugatur viro, non jam ancilla, sed libera: & habitant unius moris in domo, murmurationibus sopitis, quas olim compugnantes inter se concupiscentiæ concitabant. Quis, Domine Deus, considerare hæc opera tua sufficit? & quis lutum coagulare potest in carnem? quis formare potest in hominem? quis infundere animam? quis reddere vitam? quis dare æternitatem? quis reddere felicitatem? Ad hunc proventum humana laborat creatio: hæc semper fidelium expectatio fuit. Tu morti imperas, & absorpta eliditur corruptio, ubi æger te medente sanatur. Gustasti mortem pro filiis hominum, ut, qui tecum mortui erant, tecum viverent; & participes tribulationum etiam consolatione gauderent.*

INDEX

INDEX RERUM ET SENTENTIARUM memorabilium.

A.

 [Simi-

Animus

aqua-

[Solennibus, puta, verbis illis quibus baptizandi per Compatrem seu Susceptorem (Gestantem appellat D. Augustinus) abrenuntiant diabolo & pompæ ejus, & operibus ejus, &c. De quibus juvat audire S. Chrysostomum *Homil.* 1. *ad Ephes.* Τί χαριέστερον τῶν ῥημάτων δι' ὧν ἀποταττόμεθα τῷ διαβόλῳ, δι' ὧν συντασσόμεθα τῷ Χριστῷ; τῆς ὁμολογίας ἐκείνης τῆς πρὸ τοῦ λουτροῦ, τῆς μετὰ τὸ λουτρόν; ἐννοήσωμεν ὅσοι διεφθείραμεν τὸ βάπτισμα, καὶ στενάξωμεν, ἵνα δυνηθῶμεν αὐτὸ πάλιν ἀναλαβεῖν. Hoc est: *Quid gratiosius illis verbis, per quæ abrenuntiamus Diabolo? per quæ in Christi militum numerum adscribimur? Confessione illâ quæ fit ante lavacrum, & illâ, quæ post lavacrum? Cogitemus quicunq; corrupimus baptisma, ut id recipere rursus possimus.* V. eundem *Homil. ad Coloss.* & *Homil. ad populum Antiochenum* (quę est Catechesis ad illuminandos, hoc est, baptisandos) ubi sic inquit: *Vocis illius recorderis, quam dum sacris instituereris emisisti: Abrenuntio tibi, Satana, & pompæ tuæ, & cultui tuo. Dic igitur continuò: Abrenuntio tibi Satana. Nihil hac tutius voce, si ipsam per opera exhibeamus. Hanc & nos initiari debentes discere censeo. Hæc enim vox confœderatio est cum Deo, &c.* Et in extremo ejus homiliæ suadet, *ut nunquam sine illo verbo exeamus domo in publicum, sed antequam limen nostrum supergrediamur, ita prius dicamus: Abrenuntio tibi, Satana; & conjungor tibi, Christe. Hanc vocem fore instar baculi, & armaturæ & turris inexpugnabilis. Si hanc vocem proferamus, & simul crucis signum fronti imprimamus, pollicetur fore, ut nec homo malus occurrens, nec ipse Diabolus quicquam nos lædere possit, velut Christi milites, cum suis armis ubiq; apparentes.* Hæc & plura alia Rittershusius in Salvian. *ad pag.* 182. Adi Rhen. ad Tertull. *lib. de cor. milit. p.* 502.]

[Meritò. Quanta enim malorum Ilias & lerna in bello insit, patria nostra per aliquot jam, proh dolor! annos experta abundè est. Etenim:

Quòd cessat Phœbea chelys, quòd carmine muta
Conticuere Deæ. Mars impius egit. [pro
Quòd spretis audax Musis petit arma juvent'
Et volucres premere audet equos. Mars impius egit.

Quòd ligo, quòd vomer, quòd sarcula, rastra, bidentes
In gladios abiere truces. Mars impius egit.
Quòd cernis nullum deserta per oppida civem,
Nec campis errare greges. Mars impius egit.

Graphicè etiam miseriarum illud mare describit Ovidius *l.* 3 *trist.* 10.

Hostis equo pollens, longèq; volante sagitta
Vicinam latè depopulatur humum.
Diffugiunt alii nullisq; tuentibus agros,
Incustodita diripiuntur opes.
Ruris opes parvæ, pecus, & stridentia plaustra
Et quas divitias incola pauper habet.
Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis,
Respiciens frustrà rura, laremq; suum.
Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis:
Nam volucri ferro tinctile virus inest.
Quæ nequeũt secũ ferre, aut abducere, perdunt;
Et cremat insontes hostica flamma casas.

Sic B Augustinus alicubi: *Opera,* inquit, *bellorum sunt, homines interficere, templa spoliare, popu-*

 quod

quod & Seneca 1. *de Ira* 12. *abominandum remedii genus* esse scribit, *sanitatē debere morbo*: Et quamvis febres etiam quædam genera valetudinis levent; melius tamē esse, ex totò illis caruisse. Nec de nihilo certè est, quod præcepit Juvenalis: *Orandum est, ut sit mens sana in corpore sanô.* Et quis est, qui cupiat ægrotare corpore, ut animô benè valeat, constitutusq; sit? Deindè quis munia consueta vel in vita communi, sive in Republ. seu in re familiari, vel in Ecclesia rectè obire ac fungi poterit morbo laborans sontico? Hæc Rittershusius *in Salvian. ad pag.* 14. qui laudatam sententiam excusari quadamtenus ac defendi posse putat, si dicamus, luxuriam atquè lasciviam carnis inimicam esse rationi. Quamobrem Paulus quoquè præcipit, curam ut quisq; agat corporis sui, modò ne lasciviat, &c.]

[Lucianus *Charonte*: χα. τὰς πόλεις τὰς ἐπισήμους ἤδη δεῖξόν μοι, ἃς καί τι ἀκούομεν, τὴν Νῖνον τὴν Σαρδανάπαλλου, καὶ Βαβυλῶνα, καὶ Μυκήνας καὶ Κλεωνὰς, καὶ τὴν Ἴλιον αὐτήν. πολλοὺς γοῦν μέμνημαι διαπορθμεύσας ἐκεῖθεν, ὡς δέκα ὅλων ἐτῶν μὴ νεωλκῆσαι, μηδὲ διαψῦξαι τὸ σκαφίδιον. Ερ. ἡ Νῖνος μὲν, ὦ πορθμεῦ, ἀπόλωλεν ἤδη, καὶ οὐδὲ ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, οὐδ᾽ ἂν εἴποις ὅπου ποτ᾽ ἦν. ἡ Βαβυλὼν δέ σοι ἐκείνη ἐστὶν ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον, οὐ μετὰ πολὺ καὶ αὐτὴ ζητηθησομένη, ὥσπερ ἡ Νῖνος. Μυκήνας δὲ καὶ Κλεωνὰς αἰσχύνομαι δεῖξαί σοι, καὶ μάλιστα Ἴλιον. ἀποπνίξεις γὰρ, εὖ οἶδ᾽, ὅτι τὸν Ὅμηρον κατελθὼν, ἐπὶ τῇ μεγαληγορίᾳ τῶν ἐπῶν. πλὴν ἀλλὰ πάλαι μὲν ἦσαν εὐδαίμονες, νῦν δὲ τεθνᾶσι καὶ αὗται. ἀποθνήσκουσι γὰρ, ὦ πορθμεῦ, καὶ πόλεις, ὥσπερ ἄνθρωποι, καὶ τὸ παραδοξότατον, καὶ ποταμοὶ ὅλοι. Ἰνάχου γοῦν οὐδὲ τάφος ἐν Ἄργει καταλείπεται. CH. *Verùm celebriores urbes mihi commonstra,*

de quib.

[Solennis piorum ac religiosorum hominum in futuræ alicujus actionis promissione formula, quā & S. Jacobus commendat *c.4.v.13.14.15*, & D. Paulus studiosè observavit *Act.18.v.21. 1 Cor.4.v.19. & c.16. v 7.* Neq; v. tantū homines pii in Ecclesia hunc morē loquendi observarunt, sed etiā cordati & graves viri inter ipsos paganos, & in his Imp Alexander Severus, de quo scribit Lamprid. eum dies itinerū publicè proponere solitum, ita, ut edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: *Illâ die, illâ horâ ab urbe sum exiturus, &* SI DII VOLVERINT, *in prima mansione mansurus, &c.* Sic Homerus:

αἴκε θεοί γ' ἐθέλωσι τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

Hoc est:

Diis ita si visum fuerit, quos gestat Olympus.

Præclarè S. Cypr. *Tract de Idol. van. Et vulgus in multis Deum naturaliter confitetur, cùm mens & anima sui autoris & principii admonetur. Dici frequenter audimus: ô Deus! Et Deus videt: Et, Deo commendo: &, Deus mihi reddet: &, quod Deus vult, &* Si DEUS DEDERIT, *&c.* V. Erasm. *Adag.* Ritt. in Salv. *ad p.* 212.]

Diaboli

[Senecæ hæc sententia est, qua suam causam tacitè agere videtur. Constat enim eum ditissimum fuisse: adeoq; studiosum parandæ rei, ut ter millies sestertiũm quadriennio cumularit, Tacito teste: quæ summa valet *centies quinquagies centena millia Coronatorũ:* seu ut vulgo computamus *cò πλάτη* *Tonnas auri quinquaginta.* Facilè igitur ei fuit de paupertate ad legem naturę componsita philosophari, quemadmodum

Qui satur est, pleno laudat jejunia ventre
Et què nulla premit sitis, est sitientib. asper.]

Feron

[Succurrit hîc lepida rei malæ gestæ & acceptæ cladis excusatio equitis cujusdam Dalmatæ apud elegantissimũ Busbequium *Epist. Turc.* 3. Is cum Bassis Visiriis in Divano, qui consilii locus est, congregatis nunciaret, justum penè Musulmannorum exercitum ab exiguâ Christianorum manu cæsum & profligatum fuisse; Bassæ autem in suorum ignaviam & timiditatem stomacharentur, contrà verò Christianorum animi præsentiam & fortitudinem commendarent: Tum nihil commotus Dalmata, *non rectè accipitis*, inquiebat, *an non auditis vi sclopetorum nos obrutos; ignis nos profligavit, non virtus hostium. Alius longè meditus fidius pugnæ fuisset exitus, si vera virtute nobiscum congressi fuissent. Illi sibi in auxilium ignem asciverunt, ignis violentia superati sumus, fatemur. Ignis unum est ex elementis, & quidem acerrimum. Et quæ sunt cujusq; mortalium vires tantæ, quæ elementorum violentiæ non cedant.*]

G.

H.

[Simile quid de Pythagora memoriæ proditum est: *Legimus enim, fuisse ursam quampiam, feritateq; conspicuam, magnitudine insi-*

sciturientes existentes? Tumores illos inflatos dico, quibus cogitur spuma. Earum sanè quædam sunt parvæ & exiles, quæ jam statim dissolutæ evanescant. Aliæ verò diutiùs durant, at quæ aliis ad se coactis vehementer inflantur, ac in maximum surgunt tumorem, tandem & hæ dissolvuntur omninò, pereuntq;, neq; enim secus fieri poterit. Hæc tibi hominum vita. Singuli flatu tumescunt, ita ut alii sint majores, alii autem minores, postremò alii quidem momentaneam, moxquê deficientem sentiant inflationem: alii verò prius deficiant, quàm omninò constituantur. At omnes destrui & evanescere necesse est.

[Huc refer, quod idem refert Seneca Epist 7. Casu in meridianum spectaculum incidi lusus exspectans, & sales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contrà est quidquid antè pugnatum est, misericordia fuit. Nunc omissis nugis, mera homicidia sunt: nihil habent, quô tegantur: ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustrà manum mittunt. Hoc pleriq; ordinariis paribus & postulaticiis præferunt. Quid ni præferant? non gula, non scuto repellitur ferrum, Quò munimenta? quò gladii artes? Omnia ista mortis moræ sunt. Manè leonibus & ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur. Interfectores interfecturis jubentur objici, & victorem in aliam detinent cædem. Exitus pugnantium mors est: ferro & igne res geritur. Hæc fiunt, dum vacat arena, &c. Deinde subjungit mimesin verborum, quibus uti solerent spectatores gladiorum: Occide, ure, verbera. Quare tam timidè incurrit in ferrum?

[Consentit cum D. Gregorio Optat. Milevitan *lib. 2. de Schism. Donatist. Fac illum peccasse, cùm peccatum non esse constet. Jacebat, ut æstimas. Si Apostolum legisti, tu vide cui stes, & ille cui jaceat. Si servus es, Dominum recognosce, & intellige, quia non tibi jacebat, qui tecum paulò antè currebat. Quid in potestatem alienam irruis? Quid temerarius Dei tribunal ascendis? Et cùm ipse sis reus, in alterum audes ferre sententiam? Et legisti: Qui stat, Domino stat suo: & qui jacet, Domino jacet suo. Potens est autem Dominus ejus suscitare eum. Tu quis es, qui de servo alieno judices?* Idem: *lib. 4. in pr. Facite, ut ex utraq; parte nullus nostrûm humano judicio alterum damnet. Dei est, nosse verum, illius, ferre sententiam. Taceamus omnes homines. Solus Deus judicet peccatorem: cujus sacrificium sit canina victima, & cujus oleum ungi desideranti ingerat metum, &c.* Ex his aliisq; SS Patrum locis nata fuit C. Rittershusio Elegia non inelegans, cui titulum fecit JUDEX SUIIPSIUS. quam huic indici inserens gratiam à Lectore me quoq; initurum speravi.

Quisquis es, ô, divinum, homo, ne conscende tribunal,
Inq; alios Judex tute sedere cave:
Néve sit in promptu semper tibi calculus ater
Credita non illa est urna movenda tibi.
Judicium passo pro nobis orbis iniquum,
Judicium nato tradidit omne Pater.
Is pariter Judex vivorum & luce carentum,
Ultima cùm cœlo buccina clanget, erit.
Impatiens consortis hic est: huic debita soli est
Gloria, mortali nec rapienda manu.

 Si cen-

Si censura tamen te, judiciumq; juvabit
. Intereà, judex ipse sedeto tui.
Quippe domi invenies damnandi materiem amplam
Non est illa (mihi crede) petenda foris.
Te tibi siste reũ, quæsitor, & excute ad unguẽ:
Atq; tibi caussam dicere tutè jube.
Ipse tua dicas anime: cur illa patrasti?
Cur bona amisisti tot facienda tibi?
Ne spectato foràs, neu res scrutare aliorum
Reddenda est vitæ dum ratio una tuæ.
Nil referre tuâ, si quid peccaverit alter
Credito. Num tu ideò crimine purus eris?
Quisq; suũ portabit onus: sua præmia quisq;,
Ut facta ipsius promeruère, feret.
Non aliorum accusandi, sed propria facta
Purgandi locus est. Fac satis ergò loco.
Ante oculos mentis, statuas ignita fluenta,
Sulphureosq; amnes, & tenebrosa loca,
Milleq; supplicii formas sine fine luendi
Quiq; animo vermis dira venena jacit.
Hoc te quotidiè moneo exercere tribunal:
Hoc omni est vacuum crimine judicium.
Una isthæc superis etiam censura probatur
Hæc sola abs te in te est urna movẽda tibi.
Ipse tui Judex si te damnaveris, olim
Absolvi Domino judice dignus eris.
Ipse tui Judex si sedulus esse laboras,
Vanescet de aliis sollicitudo tibi.
Est oculata foris Lamia; int⁹ degit, ut ajunt,
Luminibus cassis Tu Lamia esse cave.]

[Et meritò. Cordatis enim omnibus potior videtur censura gravissima Joh. Chrysostomi, Christiano homini optabiliorem esse & morbum & mortem, quàm sanitatem recuperatam, & vitam prolongatam beneficio incantationum vel amuletorum. Quâ de re nos plura in Tractat. de partib. Extern. cap. de collo.]

Iracun-

Manu

Momus

[Qui volet, videat insigne Monachorum encomium apud Johannem Campanum *lib.* 4. *Epist.* 12. Quàm verò sinistrè & contemptim pagani viri etiam summi & sapientissimi de Monachis judicarint, ex Claud. Rutilio Numatiano cognoscere est, *lib.* 1. *Itinerar.*

Processu pelagi jam se Capraria tollit
Squalet lucifugis insula plena viris.
Ipsi se Monachos Grajo cognomine dicunt
Quòd soli nullo vivere teste volunt,
Munera fortunæ metuunt, dum damna verentur
Quisquam sponte miser, ne miser esse queat?
Quænam perversi rabies tàm dira cerebri,
Dum mala formides, nec bona posse pati?
Sive suas repetunt ex fato ergastula pœnas
Tristia seu nigro viscera felle tument.
Sic nimiæ bilis morbum adsignavit Homerus
Bellerophonteis sollicitudinibus.
Nam juveni offenso sævi post tela doloris
Dicitur humanum displicuisse genus.

En quàm contumeliosè Monachos vocet Rutilius viros lucifugas, & stultos, & atra bile seu morbo Bellerophonteo laborantes. Idem etiam nihil contumeliarum prætermittit, cùm *eodem lib.* scribit, nobilem quendam, qui ex pagano Christianus & Monachus erat factus vivum esse funus seu cadaver: à Furiis exagitatum esse, ut Deos hominesq; desereret: quasi circeo poculo incantatum & transformatum esse, ut pro animo humano ferinum indueret, adeoq; eum in seipsum sævire, ut, si omnes Deos iratos haberet, atrociùs ab his tractari non posset. Versus viri illius Clarissimi, qui summis Romæ honoribus perfunctus est (fuit enim Arcadii & Honorii Imperatorum temporibus, Tribunus militum, Præfectus Urbi, & Præfectus Prætorio) hi sunt:

-- -- -- -- damni monumenta recentis
Perdidus hic vivo funere civis erat,
Noster enim nuper Juvenis majoribus amplis
Nec censu inferior conjugiové minor,
Impulsus furiis homines divosq; reliquit,
Et turpem latebram credulus exul agit.
Infelix, putat illuvie cœlestia pasci,
Seq; premit læsis sævior ipse Deis,
Num, rogo, deterior Circæis secta venenis?
Tunc mutabantur corpora; nunc animi.

Cæterùm Religosos sive Monachos non tàm angelos pacis esse, ut vulgo creduntur, quàm scelerum atrocissimorum quà architectos, quà ministros, multis allatis exemplis ostendit Piccart. *Dec.* 8 *obs. c.* 6. Id quod sibi etiam persuasum habuit Poëta quidam sic canens:

Hoc solum Monachus nimirum à Dæmone distat,
Quod quidquid vafer hic suggerit, ille facit.
At si juncta dolis anus adjuvet & colat astu,
Audebunt Erebi depopulare domum.]

omni-

[In hanc sententiam Lucianus Charonte Homeri versus laudat, Ὦ μάταιοι τῆς ἀνοίας, οὐκ εἰδότες ἡλίκοις ὅροις διακεκλήρωται τὰ νεκρῶν καὶ τὰ ζώντων πράγματα, καὶ οἷα τὰ παρ' ἡμῖν ἐστι. καὶ ὅτι

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ,τ' ἄτυμβος ἀνὴρ, ὅς τ' ἔλλαχε τύμβου
ἐν δ' ἰῇ τιμῇ Ἶρος, κρείων τ' Ἀγαμέμνων
Θερσίτης δ' ἶσος Θέτιδος παιδὶ ἠϋκόμοιο.
πάντες δ' εἰσὶν ὁμῶς νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα.
Γυμνοί τε ξηροί τε, κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.

O stulti, quæ est hæc amentia? Non scitis, quàm latè distantibus finibus viventium & mortuorum res sunt sejuncta? quopacto se res habeant apud nos, ubi

Mortuus est æquè, tumuli qui nescit honorem
Et qui sortitur spectanti funera saxi:
Atq; honor unus adest & Regi Agamemnoni & Iro:
Thersita & similis Thetidos formosus Achilles.
Umbra nam pariter sicca, nudaq; pererrant
Asphodeli campos, confracto vertice cunctos.

Idem in Diogenis & Mausoli Dial. sic ille ad hunc: Ἀλλ' ὦ καλὲ Μαύσωλε, οὔτε ἡ ἰσχὺς ἔτι σοι ἐκείνη. οὔτε ἡ μορφὴ πάρεστιν. εἰ γοῦν τινα ἑλοίμεθα δικαστὴν εὐμορφίας πέρι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, τίνος ἕνεκα τὸ σὸν κρανίον προτιμηθείη ἂν τοῦ ἐμοῦ. φαλακρὰ γὰρ ἄμφω, καὶ γυμνά. καὶ τοὺς ὀδόντας ὁμοίως προφαίνομεν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφῃρήμεθα, καὶ τὰς ῥῖνας ἀποσεσιμώμεθα. *Atqui ô formose Mausole, neq; vires jam illæ, neq; forma tibi jam adest, adeò ut si quem arbitrum de formæ præcellentia delegerimus, haudquaquam dicere potis sit, quamobrem tua calvaria mea sit anteferenda: siquidem utraq; pariter tum calva, tum nuda, utriq; dentes pariter ostendimus: pariter oculis orbati sumus: pariter naribus simis ac sursum hiantibus deformati.* Et in Dial Nirei, Thersit. & Menip. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὑπὸ γῆν, ὡς οἶμαι, κάλλιστος ἦλθες, ἀλλὰ τὰ μὲν ὀστᾶ ὅμοια, τὸ δὲ κρανίον ταύτῃ μόνον ἂν διακρίνοιτο, ἀπὸ τοῦ Θερσίτου κρανίου, ὅτι εὔθρυπτον τὸ σόν· ἀλαπαδνὸν γὰρ αὐτὸ, καὶ οὐκ ἀνδρῶδες ἔχεις. Νι. καὶ μὴν ἐροῦ Ὅμηρον, ὁποῖος ἦν, ὁπότε συνεστράτευον τοῖς Ἀχαιοῖς. Μι. ὀνείρατά μοι λέγεις, ἐγὼ δὲ ἃ βλέπω, καὶ νῦν ἔχεις, ἐκεῖνα δὲ οἱ τότε ἴσασιν. Νι. οὔκουν ἐγὼ εὐμορφότερός εἰμι, ὦ Μένιππε; Μιν. οὔτε σὺ, οὔτε ἄλλος εὔμορφος. ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾍδου, καὶ ὅμοιοι ἅπαντες. *Atqui non item sub terram opinor pulcherrimus venisti, quippe qui reliquis quidem ossibus aliis appareas assimilis: porrò calvaria hoc uno insigni à Thersitæ calvaria dignosci possit, quòd tua delicata est & mollicula: quandoquidem isthuc habes effæminatum, ac neutiquam viro decorum. NI. Attamen Homerū percontare, qua specie tum fuerim, quum inter Græcorum copias militarem. MEN. Tu quidem somnia mihi narras: at ego ea specto, quæ video, quæq; tibi adsunt in præsentia: Cæterum ista norunt, qui id temporis vivebant. NIR. Quid igitur tandem? annon ego formosior, Menippe? MEN. Neq; tu, neq; quisquam alius formosus hoc loco: siquidem apud inferos æqualitas est, paresq; sunt omnes.* Præclarè etiam Romanus sapiens *Epist. 90. Indignare, si quid in te iniqui propriè constitutum est: sed si hæc imos summosq; necessitas alligat, in gratiam cum fato revertere, à quo omnia resolvuntur. Non est, quòd nos tumulis metiaris, & his monumentis, quæ viam disparia prætexunt: Æquat omnes cinis: impares nascimur, pares morimur. Idem de urbibus, quod de urbium incolis dico: tam Ardea capta, quàm Roma est. Conditor ille juris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. Ubi verò ad finem mortalium ventum est: Discede, inquit, ambitio: omnium quæ terram premunt, Siremps lex esto.*]

Mor-

[Ludovicus Bigus:

Hinc incerta pedum vestigia, pallor in ore
Hinc delirantis debilitas cerebri.
Hinc caput excluditur vertigine: bile tumescunt
Pectora; torquentur viscera; visus hebet.
Perq; cutem largus totam diffunditur humor
Sæpeq; mori tales occupat ante diem.]

[Lucianus Charonte: εἰ δ' οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐνενόουν ὅτι θνητοί τε εἰσὶν αὐτοὶ, καὶ ὀλίγον τοῦτον χρόνον ἐπιδημήσαντες τῷ βίῳ, ἀπίασιν, ὥσπερ ἐξ ὀνείρατος, πάντα ὑπὲρ γῆς ἀφέντες, ἔζων τε ἂν σωφρονέστερον, καὶ ἧττον ἠνιῶντο ἀποθανόντες. νῦν δ' ἐς ἀεὶ ἐλπίσαντες χρήσασθαι τοῖς παροῦσιν, ἐπειδὰν ἐπιστὰς ὁ ὑπηρέτης καλῇ, καὶ ἀπάγῃ πεδήσας τῷ πυρετῷ ἢ τῇ φθόῃ, ἀγανακτοῦσι πρὸς τὴν ἀγωγὴν, οὔποτε προσδοκήσαντες ἀποσπασθήσεσθαι αὐτῶν. *Quòd si jam inde abinitio secum perpenderent mortales se esse, ac posteaquam paululum hoc temporis in vita fuerint peregrinati, hinc relictis rebus terrenis omnibus velut è somno migraturos, profectò & prudentiùs circumspectiusq; vitam ducerent, & cùm emoriendum esset, minus ægerentur. Nunc autem quia præsenti rerum statu usuros se perpetuò sperant, cùm minister aut vocarit, aut abducere fuerit conatus irretitos vel febre, vel tabe: stomachantur, & ducenti renituntur, propterea sanè quod abstrahendos se à bonis præsentibus ne expectârint quidem.*]

[Hujus loci est illud Senecæ, *Epist.* 63. *Nec sicci sint oculi amisso amico, nec fluant, lacrimandum est, non plorandum. Duram tibi legem videor ponere? cùm Poëtarum Græcorum maximus, jus flendi dederit in unum duntaxat diem, &c.* Locus est *Iliad.* τ. ubi Ulysses Achillem à nimio luctu absterret: atque inter alia dicit:

Ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν ὅς κε θάνῃσι,
Νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας.
Sed sepelire decet defunctum, pectore forti
Constantes, unamq; diem fletu indulgentes.

Eandē incudem ferit idem Sen. *Ep.* 99. *Non est itaque, quòd lacrimas propter circumstantes assidentesq; aut contineas, aut exprimas: nec cessant, nec fluunt unquam tàm turpiter, quàm finguntur. Eant suâ sponte: ire autem possunt placidis atq; compositis. Sæpè salvâ sapientis auctoritatè fluxerunt, tanto temperamento, ut illis nec humanitas, nec dignitas deesset. Licet, inquam, naturæ obsequi, gravitate servatâ. Vidi ego in funere suorum verendos, in quorum ore amor eminebat, remotâ omni lugentium scenâ. Nihil erat, nisi quod à veris dabatur affectibus. Est aliquis & dolendi decor, hic sapienti servandus est: & quemadmodum in cæteris rebus, ita & in lacrimis sat est. Imprudentium ut gaudia, sic dolores exundavère, &c.* Confer de Tranq. *An.* 13.]

[Scitum est Philostrati Lemnii dictum, quo Ælianum repercussit, qui accusationem cujusdam retrò Tyranni scripserat; *Laudarem, inquit, institutum tuum, si vivum accusasses: viventem namq; tyrannum incessere, viri esse duco; at mortuo insultare, cujusvis.* εἶναι γὰρ δὴ τὸ μὲν ζῶντα τὸν τύραννον ἐπικόπτειν, ἀνδρός: τὸ δ' ἐπεμβαίνειν κειμένῳ, παντός. Quam in sententiam trahi potest illud *Anthol.* 1. εἰς ἀνδριάντα, quod Hector dixit, cùm persoderetur mortuus à Græcis:

Βάλλετε νῦν, μετὰ πότμον, ἐμὸν δέμας· ὅττι καὶ αὐτοὶ
νεκροῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί.
Nunc post fata meum telis configite corpus:
Audet & exanimum lepus infestare leonem.

Quod notare deberent illi, qui inimicitias & odia, ne morte quidem extingui patiuntur.

tur. In quorum gratiam juvat adscribere Optati Milevitani verba *l.* 6. ferè extremo: *Quid referam etiam illam impietatem de vestra conjuratione venientem, qui ad hoc Basilicas invadere voluistis, ut vobis solis Cimiteria vindicetis? non permittentes sepeliri corpora Catholica, ut terreretis vivos, malè tractatis & mortuos, negantes funeribus locum. Si inter viventes fuerat certamen, odia vestra vel mors aliena compescat. Jam tacet, cum quo paulò antè litigabas. Quid insultas funeri? quid impedis sepulturam? quid cum mortuis litigas? perdidisti malitiæ fructum. Etsi corpora non vis in unum quiescere, animas tamen in uno apud Depositas non poteris separare.* Alia longè mens erat maximo Imperatori & optimo Principi Carolo V. qui cùm Anno 1547. victor Witebergam Urbem ingrederetur, & quæ inibi essent publica ædificia lustraret avidè, urgebant eum duæ Eumenides infernales, Ferdinandus Albanus, & Episcopus Atrebatensis, uti Lutheri sepulchrum dirui, demortuique cadaver publicè concremari juberet. Quorum petitionem gravi & ad severitatē eā Majestate dignam composito vultu accepit, atque his verbis eam sibi displicuisse testatus est: *Nil mihi ultrà cum Luthero, alium ille jam habet Judicem, cujus jurisdictionem evadere nostrum non est, neq; mihi cum mortuis bellum esse sciatis, sed cum superstitibus & in nos armatis.* Cumquè animadvertisset, Hispanos suos cum Albano & Atrebatensi sentire, severè atq; vitæ etiam capitisq; periculò sanxit, *inviolatum Lutheri sepulchrum ut esset* Vid. Camer. *T.* 1. *Hor. c.* 3. Piccart *Dec.* 6. *Obs c.* 6.]

N.

[Cæl. Calcagninus:

Crura [illegible] *lapi terans impegit acuto,*
[illegible] *jussus obiret* [illegible].
Inde dolens clamat: verè Natura Noverca es,
Atq; hominis semper, quæ potes arte, noces.
Par cōpulo, par plaga mihi, par vuln^o utriq;:
Verū ego cùm doleam, nil dolet ipse lapis.]

Natura

[Hac de re vide Cæl. Rhodig *lib.* 16.*c.* 23. Seneca *Epist.* 53. navigationem suam & jactationem in mari describens: *Pejùs, inquit, vexabar, quàm ut periculum mihi succurreret. Nausea enim me, segnis & sine exitu, torquebat: quæ bilem movet, nec effundit.* Traho huc, quod idem eleganter *Epist.* 108. *Nullos pejùs mereri de omnibus mortalibus judicio, quàm qui Philosophiam velut aliquod artificium venale didicerunt: qui aliter vivunt, quàm vivendũ esse præcipiunt. Exempla enim seipsos inutilis disciplinæ circumferunt, nulli non vitio quod insequuntur, obnoxii. Non magìs mihi potest quisquam talis prodesse præceptor, quàm gubernator in tempestate nauseabundus. Tenendũ est, rapiente fluctu, gubernaculum, luctandum cum ipso mari eripienda sunt vento vela: quid me potest adjuvare rector maris, attonitus & vomitans? Quanto majore putas vitam tempestate jactari, quàm ullam ratem?* V. Plutarch. *Quæst.* Natural. & qui indè hausit Cæl. Rhodigin *loco laud.*

[Imò tribus tantũ, secundùm Anacharsidis illud Apud Plutarch. *Odi vitam, quæ pendet à funibus, ubi navigantes vix tribus digitis absunt à morte.* Hinc navigationem nihil aliud esse dicunt, quàm mortis quandam professionem, ex illo Phædri *lib.* 4.

Ne: ad professæ mortis audacem viam
Fabricasset Argus opere Palladio ratem.

[Quæ de Nautilo hic dicuntur, lucem accipiunt ex Oppiano *l.* 1. Ἀλιευτ. *v.* 340.

Ἔστι δέ τις γλαφυρῷ κεκαλυμμένος ὀστράκῳ ἰχθὺς
μορφὴν πουλυπόδεσσιν ἀλίγκιος, ὅν καλέουσι
Ναυτίλον, οἰκείῃσιν ἐπικλείοντες ναυτιλίῃσι (δαίς.
Ναίει μὲν ψαμάθοις, ἀνὰ δ᾽ ἔρχεται ἄκρον ἐς ὕ-
πρηνὴς, ὄφρα κε μή μιν ἐνιπλήσειε θάλασσα.
Ἀλλ᾽ ὅτ᾽ ἀναπλώσῃ ῥοθίων ὕπερ ἀμφιτρίτης
αἶψα μεταστρεφθεὶς ναυτίλλεται, ὥς ἀκαήμων
Ἴδρις ἀνήρ· δοιοὺς μὲν ἄνω πόδας, ὥστε κάλωας
Ἀντανύει, μέσος δὲ διαρρέει, ἠΰτε λαῖφος
λεπτὸς ὑμὴν, ἀνέμῳ δὲ τιταίνεται. αὐτὰρ ἔνερθε
Δοιοὶ ἁλὸς ψαύοντες ἐοικότες οἰήκεσσι
Πομποὶ τ᾽ ἰθύνουσι δόμον, καὶ νῆα, καὶ ἰχθῦν.
Ἀλλ᾽ ὅτε ταρβήσῃ σχεδόθεν κακὸν, οὐκέτ᾽ ἀήταις
φύγῃ ἐπιτρέψας· σὺν δ᾽ ἔσπασε πάντα χαλινὰ
Ἱστία τ᾽, οἴηκάς τε· τὸ δ᾽ ἀθρόον ἔνδον ἐδέξατο
Κῦμα, βαρυνόμενος δὲ καθέλκεται ὕδατος ὁρμῇ.

Quæ sic reddit Rittershusius: (*scis*

Est autem quidam concava contectus testa piscis
Forma polypis, quem vocant
Nautilum, propriis cognominè navigationib.
Habitat quidem in arenis: prodit verò summam in aquam
Pronus, ne ipsum impleat mare.
At quando natat supra Amphitritem,
Statim conversus navigat, tanquam navis
Gnarus aliquis: geminos quidem sursum pedes velut funes
Extendit, media autem tanquam velum
Tenuis membrana; vento verò expanditur: sed infernè (*naculis,*
Bini (pedes) *mare attingentes similes guber-*
Ducesq; dirigunt domũ, & navem, & piscem.

 Verùm

Verum ubi metuit ex propinquo malum, non amplius ventis
Fugis (se) committens: contrahit autem omnes frenos, (pit
Velaq; gubernaculaq;: copiosumq; intus reci-
Fluctum: gravatus autem deorsum trahitur aquæ impetu.

De eodem pisce elegantissimum Callimachi Epigramma refert Athenæus *lib.7. c.19.* quod non piget adscribere:

Κόγχος ἐμὶ Ζεφυρῖτι παλαίτερος, ἀλλὰ σὺ νῦν με
Κύπρι Σεληναίης ἄθυρμα πρῶτον ἔχεις
Ναυτίλον ὃς πελάγεσσιν ἐπέπλεον, εἰ μὲν ἀῆται
Τείνας οἰκείων λαῖφος ἀπὸ προτόνων
εἰ δὲ γαληναίη λιπαρὴ Θεός, οὖλος ἐρέσσων
Τοῖς ποσὶν ὥσπερ καὶ τοὔνομα συμφέρεται
ἐς τ' ἔπεσον παρὰ θῖνας Ἰουλίδος, ὄφρα γένωμαι
Σοὶ τὸ περίσκεπτον παίγνιον Ἀρσινόη.
Μηδέ μοι ἐν θαλάμῃσιν ἔθ' ὡς πάρος (εἰμὶ γὰρ ἄπνους)
Τίκτῃ τ' αἰνοτέρας ὠὰ Ἀλκυόνης·
Κλεινίου ἀλλὰ θυγατρὶ δίδου χάριν. οἶδε γὰρ ἐσθλὰ
Ῥέζειν, καὶ Σμυρναίη ἐστὶν ἀπ' Αἰολίδος.

Concha ego sum, ô Zephyriti, vetus: at nunc tu me
O Venus, Selenææ primū habes donarium,
Nautilum, mari olim innatantem: si ventus flaret
E propriis rudentibus expanso velo:
At in nitida tranquillitate celer ego solus remigabam (dicat:
Multis quo: habeo pedibus, ut nomen in-
Julidis tandem in litus incidi ut essem
Tibi charum ludicrum, ô Arsinoë,
Jam non opto, quandoquidem expiravi, ut in cubili me jacente
Alcyon miseranda, veluti quondam, ova pariat:
Verùm in Cliniæ filiam beneficium conferas, quæ & honesta (Smyrna.
Facere didicit, & nata est ex Æolide

Alludit autem Poeta (quod transiens addo) ad veterum morem, quò virgines, cum excessissent puellares annos, jamque essent nubiles, oblectamenta pueritiæ suæ Veneri consecrarent. Inter quæ puellarum ludicra & puppæ erant, & conchæ Venereæ, & ocellata sive κυλολάιζις, & id genus alia: ut concha nautili, quæ specie pulcherrima est, acatii modo carinata, & candore ac levitate mirabili.]

[Ne Charon quidem infernalis ille portitor Apulejus *l. 6. Metamorph.* quasi medio *Nec mora, cùm ad flumen mortuum venies, cui præfectus Charon protinus expetens portorium, sic ad ripam ulteriorē sutili cymba deducit commeantes. Ergò & inter mortuos avaritia vivit? nec Charon ille, Ditis pater, tantus Deus quicquam gratuitò facit: & pauper moriens viaticum debet quærere: & æs, si fortè præ manu non fuerit, nemo eum expirare patietur? Huic squalido seni dabis nauli nomine de stipibus, quas feres, alteram, sic tamen ut ipse suâ manu de tuo sumat ore. &c.*]

[Exceptô, si credere fas est, unô illô obolô, quem ex stultâ paganorum superstitione in os inserebant defuncto, ut portitori infernali Charonti, ceu suprà dictum, pro naulo solveret Stygiam trajecturus paludem. Quem nummulum barbaricô idiomate *δανάκην* vocatum fuisse ex Etymologico Magno discimus. Ejus meminit Vet. Epigrammatarius Antiphanes. *lib.* 1. *Antholog.* εἰς φειδωλοὺς:

Ψηφίζεις, κατάρατε· ὁ δὲ χρόνος, ὡς τόκος, οὕτω
καὶ πολιὸν τίκτει γῆρας ἐπερχόμενος.
Κοὔτε πιὼν, οὔτ' ἄνθος ἐπὶ κροτάφοις ἀναδήσας
οὐ μύρον, οὐ γλαφυρὴν γνοὺς ἢ μελισμάτιον.
Τεθνήξῃ, πλουτοῦσαν ἀφεὶς μεγάλην διαθήκην.
ἐκ πολλῶν ὀβολὸν μοῦνον ἐνεγκάμενος.

Infelix numeras, tempus cui fenoris instar
Adveniens senium concumulando parit.
Ut tibi serta caput potanti nulla coronent
Te ut nullum unguentum musicavé exhilaret;
Mors veniet, tabulisq; relictis ditibus, unum
Omnibus ex opibus vix capies obolum.]

[Solenne esse novercis simultates inter liberos & parentes serere, elegantissimis verbis testatur Libanius in *Cæci Apologiâ*: Οἶδα μὲν οὖν ὡς ἀξιοῦσι μητρυιὰν τῇ φύσει πολέμιον ἐκεῖναι μὲν γὰρ ἐπιβουλεύουσι. καὶ διαφθείρουσι παιδίσκασιν οἴκοι δι' ἀρμένα δεινὴ δὲ διαβολαῖς αἰσθοις, καὶ σκευωρήμασιν, ἢ φαρμακείαις καὶ μαγγανεύμασι διαλύουσι μὲν πατρικὴν εὔνοιαν. ἐκπολεμοῦσι δὲ τὰ γένη πρὸς ἄλληλα, καὶ παῖδα πρόποι μίαν μηχανήσονται τῶν φιλτάτων. Hinc noverca secundùm quosdam quasi νέα ἀρχὴ dicta, id est, *nova princeps*. Statim enim atq; in domum mariti traducitur, omnia sibi arrogare nititur, & sæpè novercalibus delinimentis infatuati mariti coguntur judicium ferre contra proprium sanguinem; & filios exhæredare, ut ex *lib.* 4. *de inoff. test.* notat Marcell. Donat. *in lib.* 1. *Annal. Tac. cap.* 6. Verùm hìc mihi illud Gaij probatur apud Stobæum *sermone* 67. interprete Gesnero: *Abstineo ne quid graviùs dicam, propter novercæ nomen: multa enim nomina ad confirmandum odium præoccupantur: & novercam vera vix dicere creditur. Verũ non oportet ex significatione nominũ de moribus judicari: quandoquidem non pauci hactenus, qui infames nomenclaturas habebant, ingeniô præditi fuêre non malô. Alii rursus honestis à natura nominibus ornati, animis dissimilibus ad opera accedunt.*]

[A quo qui sibi metuunt, herbam quærant Phrixam, in monte quem frontem

 Ari-

Parti-

Peritu-

δίδοται

δέδοται ἡμῖν, πῶς οὐχὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ νοῦ ἐπακούει ὁ Θεός· ὅπου γε ἤδη ψυχὴ ψυχῆς, καὶ νοῦς νοὸς ἐπαΐει; ὅθεν οὐ τὰς πολυφώνους γλώσσας ἀναμένει ὁ Θεὸς, καθάπερ οἱ παρ' ἀνθρώπων ἑρμηνεῖς. ἀλλ' ἁπαξαπλῶς ἁπάντων γνωρίζει τὰς νοήσεις· καὶ ὅπερ ἡμῖν ἡ φωνὴ σημαίνει, τοῦτο τῷ Θεῷ ἡ ἔννοια ἡμῶν λαλεῖ ἣν καὶ πρὸ τῆς δημιουργίας εἰς νόησιν ἥξουσαν ἠπίστατο. ἔξεστιν οὖν μηδὲ φωνῇ τὴν εὐχὴν παραπέμπειν, συντείνοντα μόνον ἔνδοθεν τὸ πνευματικὸν πᾶν εἰς φωνὴν τὴν νοητὴν, κατὰ τὴν ἀπερίσπαστον πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφήν. *Si autem vox & dictio nobis data est causa intelligentiæ, quomodo non ipsam animam & mentem Deus exaudit, cùm jam certè anima animam, & mens mentem exaudiat? Undè loquaces Deus linguas non expectat, ut hominum interpretes, sed cognoscit omnium, ut semel dicam, mentes: & quod nobis vox significat, hoc Deo nostra loquitur cogitatio, quam etiam ante creationem sciebat esse venturam in mentem. Licet ergò etiam absq; voce emittere orationem, modò quis quicquid est intrinsecus spirituale, intendat in vocem, quæ mente percipitur, per indivulsam ad Deum conversionem.* Aliter autem ingeniati erant Pythagorei, qui preces clarâ voce nuncupari voluerunt. Causam reddit idem Alexandrinus 4. *Str. ext.* Τί δ' οἱ Πυθαγόρειοι βουλόμενοι, μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι κελεύουσιν; ἐμοὶ δοκεῖ, οὐχ ὅτι τὸ θεῖον ᾤοντο μὴ δύνασθαι τῶν ἡσυχῇ φθεγγομένων ἐπαΐειν, ἀλλ' ὅτι δικαίας ἐβούλοντο εἶναι τὰς εὐχὰς, ἃς οὐκ ἄν τις αἰδεσθείη ποιεῖσθαι, πολλῶν συνειδότων. *Quid ergò sibi volunt Pythagorei, cùm jubent cum voce precari? non quod, ut mihi quidem videtur, existimarunt Deum non posse exaudire eos, qui tacitè loquuntur, sed quòd justas vellent esse preces, quas non vereretur quis fundere multis eas scientibus.* Nescio, an huc respexerit M. Cicero in *Orat. pro L. Manil.* ubi homines atque Deos omnia bona in Cn. Pompejum congessisse significare volens, ita inquit: *Hoc brevissimè dicam, neminem unquam tàm impudentem fuisse, qui à Diis immortalibus tot & tantas res* tacitus *auderet optare, quot & quantas Dii immortales ad Cn. Pompejum attulerint.* V. Petr. Victor. *lib. 10. var. Lect. cap. 11.*]

[Ex veteri sententiâ: Δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν, οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ. *Sapientis haud est bis in eodem labier.* Undè & parœmia: Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν προσκρούειν λίθον. *Iterum ad eundem turpe lapidem impingere.* Quam usurpavit Gregorius Theol. *in Epist. quadam ad Bosphorium*: Δὶς γὰρ πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσπταίειν τοῖς ἀνοήτοις μόνοις ἡ παροιμία δίδωσι. *Bis enim ad eundem lapidem impingere, solis stultis concedit proverbium* Ovidius 2. *Trist.* v. 15.

At nunc tanta meo comes est insania morbo
Saxa memor refero rursus ad icta pedem,

Mirùm. Cum aliàs, ut habent Amphidis versus apud Stobæum:

ἐν οἷς ἂν ἀτυχήσῃ ἄνθρωπος τόποις
ἥκιστα τούτοις πλησιάζειν ἥδεται.
In quibus homo est non admodum felix locis
Minimè süave est admovere ad hæc pedem.

Quod, naturâ doctore, etiam rationis expertia cavent sedulò. Etenim:

Terretur nimio pennæ stridore columba
Unguibus accipiter saucia facta tuis.
Nec procul à stabulis audet discedere, si qua
Excussa est avidi dentibus agna lupi,

ut canit Ovid. 1. *Trist.* 1. & 1. *Pont.* 2.

Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
Audet in humanos fessa venire sinus.
Nec se vicino dubitat committere tecto
Quæ fugit infestos territa cerva canes.]

Salomo-

[Venustè Lucianus *l.* 3. *Anthol.* εἰς βρέδην:
Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται· ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ,
Μέμφεται· ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον.
Quilibet absentem quæritq; optatq; senectam,
Illa tamen paucis sæpè cupita venit.
Venerit hæc eadem, quis non accusat & odit?
Sic melior semper debita, crede mihi est.]

[Quo cum cōsentit Seneca *ad Pol.* 20. *Quid immortale manus mortales fecerunt? Septem illa miracula, & si qua his multo mirabiliora sequentium annorum exstruxit ambitio, aliquando solo æquata videntur. Ita est. Nihil perpetuum, pauca diuturna sunt. Aliud alio modo fragile est: rerum exitus variantur: ceterùm quicquid cœpit, & desinit. Mundo quidam minantur interitū, & hoc universum, quod omnia divina humanaque complectitur, si fas putas credere, dies aliquis dissipabit, & in confusionem*

T. Petr

ERRATA Benevolus Lector sic corrigat.

PAg. 3. l. 7. *νοῦς.* p. 7. in marg. *lassescat* ibid. *recepto.* p. 11. l. 37. *adsidet.* p. 14. l. 6. in marg. *apud Stob.* p. 16. l. 20. *gratiam τῶν.* p. 29. l. 33. *effœta* p. 34. l. 7. *alicubi* p. 35. l. 19. *Cæterùm* l. 24. *alterum.* l. 27. *ultraq;* p. 39. l. 2. *fixa* p. 40. in marg. *Pythag.* ibid. l. 31. *ζῆς.* p. 42. l. 13. *eumq;* l. 15. *prærogativa* p. 44. l. 9. *παντὸς.* p. 54. l. 15. *abundantissimam.* p. 55. l. 10. *Lacizis.* p. 56. l. 6. *κυβερνᾶν.* ib. *πλευρᾶς.* p. 58. l. 11. *nullus.* p. 6[illegible]. l. 10. *Saresberiensis.* p. 87. l. 3. *uniuscujusq;* p. 101. l. 35. *persuaserit.* p. 102. l. 21. *adivit.* p. 105. l. 9. *Pura legentis.* ibid. in marg. sic lege: *præter auct. q. l. doctiss.* W. pet. 111. l. 5. *velocius.* l. *πλεῖν.* p. 112. l. ult. *prædicit.* p. 113. l. 13. *opera* p. 114. l. 4. *genitiq;* l. 36. sic lege: *κόσμος, πάλιν καθ' ὅσον, τοῖς μὲν κεκρατημένοις τὸ ἄρχειν.* p. 119. l. 34. *Quem etiam ad modum.* p. 124. l. ult. *hominibus.* p. 129. l. 36. *ludens.* p. 138. l. 34. *circumscribere* p. 158. l. 19. *ὑβρίζει* p. 159. l. 23. *præcepit* p. 161. l. 31. *decepta* p. 164. l. 23. *quô.* l. 25. dele l. 2. E G. l. 34. *hunc.* p. 165. l. 26. *opera* p. 167. l. 29. *Doris* p. 173. l. 33. *perimere & ab. labore auct. est* p. 179. l. 14. *utilior.* l. 23. *præclarissimi.* p. 184. l. 34. *nescium* p. 188. l. 9. *ipsa.* p. 190. l. 16. *σύζυγοι δ' ὡς.* p. 193. l. 35. *impatiens.* p. 196. l. 17. *adhuc.* p. 197. l. 9. *carina* p. 202. l. 31. *Itali.* p. 203. l. 4. *subiere* p. 205. l. 21. *affundere.* p. 207. l. 10. *crambe hæc.* l. 25. *Medicis quoq;* l. 32. *obstrictos.* p. 212. l. 2. *cœnopolio.* p. 217. l. 5. *λαοδαίκ.* l. 23. *ignominiam.*

*p.*220 *l.*14.*poteſt.* *p.*225.*l.*10.*l.c.* *l.*ult. *Literar.* *p.*226.18. *Steph. Forcat.* ib. in marg. *Literar.* *p.*227. *l* 33. *ζεῦς.* *p.*228. *l* 6. *κεκαπνιδωμένου.* *l.*7 *συντάξεις.* *l.*22 *ad* *p.*237. *l.*24. *ἴσως* *p.*249. *l.*20. *conſuetè.* *l.*29. *ἀπομεῖμ·* *p.*252. *l* 6. *projecto* *p.*260. in marg. *certiſſ* *p.*261. l. ult. *mutilationẽ quicquam* *p.*265. *l.*10 *ſoleat.* *p.*268. *l.*9. *immunditia.* *p* 290. *l.*31. *intolerabilia.* *p.*291. *l.*2. dele & *l.*21. *intolerabile.* *p.*292. *l.*11. *ſocietatis.* *p.*296. *l.*16. *lupis* *p.*298. *l.*18 *ἴσα* *p* 323. l. ult. *cadaveribus.* ib. *ignavos.* *p.*331. *l.*17. *hoc.* *p.*339. *l.*26 dele, vel parenth. vel marg. *p* 340. *l.* 1. *concertationes.* *l.*27. *evectos.* *p.*344. *l.*4 *vidi* *p.*345. *l.*5 *fiat* *p* 378. *l.*18. *nimium* *p.*352. l ult *perdendi.* *p.*356. *l.*1. *divitiis.* *l.*33. *foditur.* *p.*361. *l.*30 *ſtabili* *p* 369. in marg. *φίδιον* *p.*380. *l.*8 & *anima.* *l.*10. *gravata* *p* 381. in marg. *Bacc.hp* 395. *l.*22. *vitii.* *p.*402. *l.*34 *innuerent.* *p.*413 *l.*30 *nos.* *p.*414. *l.*30. dele. *fuiſſe.* *p* 426. *l.*11. *virtutes* *p.*435. *l.*2. *ultimum* *p* 440. *l.*19. *mæſtitiam.* *p.*443 *l.*11. *judicium etiam* *p.*453. *l.*15. *improbe.* *p.*454. *l.*1. *eum ſi.* ibid. *caſus.* *l.*10. *proprios.* *l* 14. *iniucunda.* *l.*25. *τοῖς.* *l.*28. *λύσσαις.* *l.*33. *ἐπιχέων* *p.*455. *l.*2 *δεῖ.* *l* 10. *ἀκραχόλοις* *l.*20. *lubricum.* *p.*459. *l.*15. *nectens.* *p.*464. *l.*10. *dignius.* *l.*17. *labi.* *p.*478. *l* 34. *Calliſthenes.* *p.*479. in marg. *Pior.* *p.*481. *l.*1. *per* *p.*180. in marg. *ad Catturam.* *p.*481. *l.*28. *accidere.* *p.*483. in marg. *Arthrit.* *p.*484. marg. *Mæcenatis* *p.*489. *l.*5 *inclinat.* *p.*492. *l.*19. *viniq;* *l.*10. *omnibus.* *p.*495. *l.*29. *pleno.* *p.*498. *l.*34 *caduntur.* *l* 35. *Sabæa.* *p.*499. *l* 3. *juventam.* *l* 26. *auxilio.* *p.*504 *l* 10. *partum.* *p.*506. *l.*21. *germanæ.* *p.*507. *l* 8. *ſic.* *l.*23. *quandoquidem.* *p.*509. *l.*30. *honeſtum* *p.*510. *l.*24. *ἰτέων.* *p.*513. *l.*12. *teneres.* *p.*520. *l.*28. *οἱ* *p.*524. *l.*1. *lugeamus.* *p.*528. *l.*5 *Rurſus.* *p.*532. *l.*16. *perfectus.* *p.*533. *l.*13 *obſeſſio.* *l* 18 *turbida* *p.*534. *l.*8. *ſecuritatis.* *p.*535. *l.*3 *corruſcat.* *l.*5. *expectoret* l. ult *quieſcit.* *p.*536. *l* 2. *beato.* *p.*537. *l.*33. *mundanarum.* *p.*538. *l.*1. *exitum* *p.*539. *l.*12. *Zenodotum* *l.*18 *fit.*

Atq; hæc ferè ſunt, quæ in relectione potiſſima occurrebant
Errata aut macula, quas aut INCURIA *fudit,*
Aut HUMANA *parùm cavit* NATURA.

Alia ſi fors viderit aut deprehenderit diligentia tua, ô Amice Lector; utpote diſtinctiones vitioſas accentus, vel omiſſos, vel corruptos, literas tranſpoſitas, pro tuo judicio & æquanimitatẽ illa, quæcunq; fuerint, emendabis, ſupplebis, tolles. Memor illius Luciani ſuprà à me laudati: *Hominis eſſe peccare; Dei vero aut viri Diis proximi errata corrigere.*

F I N I S.